XII PANEGYRICI VETERES,

Ad antiquam quà editionem, quà Scripturam infinitis locis emendati, aucti.

IOHANNES LIVINEIVS BELGA, *Gandensis, recensebat, ac notis illustrabat.*







ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCIX.

Cum gratia & Priuilegio.

Panegyricorum Index.

GENEROSO ET CLARISS. VIRO, MARCO VELSERO, SEPTEMVIRO, CONSVLARI, *ac Patricio Augustano, Iohannes Liuineius S.P.*



EDEVNT, ecce, ad te tandem Panegyrici tui, generose & clarissime Velsere. quid ni enim tuos appellem? in quos è bibliotheca priuata ingens adiumentum contulisti, Francisci Modij (iuuenis accurati, & ingenio elegante, quem immatura mors nuper extinxit) notis, quas è Bertiniensis monasterij Audomaropole scripto codice exceperat, tibique donauerat, vltrò & liberaliter ad nos transmissis. Redeunt autem non αὐτῷ τῷ μέτρῳ, sed (quod religiosus poëta iubet) λώιον, ausim dicere. nam etsi Modiana illa præclara & eximia, tamen pleraque omnia aut iam occupata erant, aut meliùs in codicibus qui penes nos legebantur, paucaque quædam de nouo accesserunt.

Omnino autem quid præstiterimus rem ipsam loqui quam ex oratione mea intelligi malo. Voluimus quidem certè scriptores minimè pęnitendos pro virili iuuare. (De Plinio hic non dico, qui in suo genere meo iudicio regnat, abesset tantùm affectatio quædam molesta, & illa perpetua πομπικωτέρα dictio. In his autem nostris magni magistri συνθιασώταις, vt incidant subinde quæ meritò desideres, quàm multa passim acuta, bella, grauia, & quæ, vt ille dicebat, posses tollere? Multa veterum, multa Ciceronis imitatio) Sed, quod aiebam, iuuandi mihi in primis videbantur, tùm quòd infinitis mendis scatebant, ac fœdè laceri non à verbis aliquot, & sententiis, sed integris etiam pagellis habebantur, tùm vel maximè historiæ causâ, quam (si laudatores dissimules) non aliunde pleniùs certiusque cognoscas. nam quæ Sex. Victor, Eutropius, &, qui diligentior vtroque,

Zosi-

Zoſimus ſcripſerunt, valde ſunt conciſa. Et eſt tamen in quo viciſſim lucem ex his noſtri mutuentur, vt ſuis quæque locis accuratè monemus. Quam opellam noſtram ſi iudicio tuo (quod ſpero) approbamus, abundè mihi ſtudiorum fructum aſſequutus videbor, teque vt, cuicuimodi hæc erunt, eorum patrocinium ne defugias etiam etiamque rogo & obteſtor. Vale ſingulare Germaniæ tuæ ornamentum.



Ad lectorem.

IN *auctoribus his purgandis, amice Lector, pluribus vsi quà scriptis, quà vulgatis codicibus, breuitatis causa singulis quosque litteris designamus. Est igitur* V *exemplaris signum quod penes nos est in membrana exaratum, notæ admodum bonæ;* B *Apographi Bertiniensis, Francisci Modij fide;* L *veterum Schidarum quas doctissimus Car. Langius ad Frobenianā lectionem contulerat;* C *editionis Cuspiniani quæ Viennæ prodiit* M. D. XIII. *quam humanissimus Iustus Lipsius suppeditauit;* R *Beati Rhenani quam Frobenius excudit;* G *Lugdunensis, non vnius anni, & typopographi. Prodierunt & alibi, sed quos operæpretium non sit excutere. Hoc te scire volui amice Lector, tu interea salue, & faue.*

C. PLINII SECVNDI
NOVOCOM. PANEGYRICVS
TRAIANO A. DICTVS.

I.



ENE ac sapienter, P. C., maiores instituerunt vt rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus *caperetur, quòd nihil ritè nihilq. prouidenter homines sine Deorum Immortalium ope, consilio, honore auspicarentur. Qui mos cui potiùs quàm Consuli, aut quando magis vsurpandus colendusque est quàm cū imperio Senatus, auctoritate reip. ad agēdas optimo Principi gratias excitamur? quod enim præstabilius est, aut pulchrius munus Deorùm quàm castus, & sanctus, & DIs simillimus Princeps? Ac si adhuc dubium fuisset forte casuque rectores terris, an aliquo Numine darentur, Principem tamen nostrum liqueret diuinitus constitutum. non enim occulta potestate Fatorum, sed ab Ioue ipso coram ac palā repertus, electus est. quippe inter aras & altaria, eodemque loci quem Deus ille tam manifestus ac præsens quàm cælum ac sidera insedit. Quo magis aptum piumque est, te Iuppiter *optime, antea conditorem, nunc conseruatorem imperij nostri, precari vt mihi digna Consule, digna Senatu, digna Principe cōtingat oratio, vtque omnibus quæ dicentur à me libertas, fides, veritas constet, tantumque à specie adulationis absit gratiarum actio mea quātum abest à necessitate. equidem non Consuli modò, sed omnibus ciuibus enitendum reor ne quid de Principe nostro ita di-

*capere, vt

*Opt. Max e.

cant, vt idem illud de alio dici potuisse videatur. Quare abeant ac recedãt voces illæ quas metus exprimebat. Nihil quale antea dicebamus. nihil enim quale antea patimur. Nec eadem de principe ᵹ quæ prius prædicemus. neque enim eadem secretò loquimur quæ prius. Discernatur orationibus nostris diuersitas temporum, & ex ipso genere gratiarum agendarum intelligatur cui, quando sint* hactenus, vt Deo, nunc nusquam vt Numini blãdiamur. non enim de tyranno, sed de ciue, nõ de domino, sed de parente loquimur. Vnum ille se ex nobis, & hôc magis excellit atque eminet, quòd vnum ex nobis putat, nec minùs hominem se quàm hominibus præesse meminit. Intelligamus ergo bona nostra, dignosque nos illius vsu probemus, atque identidẽ cogitemus ᵹ si maius Principibus præstemus obsequium qui seruitute ciuium quàm qui libertate lætantur. Et populus quidem Romanus dilectum * Principem seruat, quantoque paulò antè concentu formosum alium, hunc fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum alterius & vocem, huius pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat. Quid? nos ipsi diuinitatem Principis nostri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, vt amor, & gaudium tulit, celebrare vniuersi solemus? Iam quid tam ciuile, tam Senatorium, quã illud additum à nobis Optimi cognomen? quod peculiare huius & proprium arrogantia priorum Principum fecit. Enimuerò quàm cõmune, quàm ex æquo, quòd felices nos, felicem illum prædicamus, alternisque votis, Hæc faciat, Hæc audiat, quasi non dicturi nisi fecerit, comprecamur? Ad quas ille voces lacrymis etiam, ac multo pudore suffunditur. agnoscit enim sentitque sibi, nõ Principi dici. Igitur quod temperamentum omnes in

palam e c.

Vide notas.

quam sit indignum c

f. Principum.

illo subito pietatis calore * seruamus, hoc singuli quoq;, meditatique teneamus, sciamusq́.nullũ esse neq; sincerius, neq; acceptius genus gratiarũ quam quod illas acclamationes æmuletur quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me * attinet, laborabo vt orationem meã ad modestiam Principis moderationemque submittam, nec minus considerabo quid aures eius pati possint, quàm quid virtutibus debeatur. Magna & inusitata Principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor ne me in laudibus suis parcum, quàm ne nimium putet. Hęc me cura, hæc difficultas sola circumstat. (nam merenti gratias agere facile est, P.C.) non enim periculum est, ne cũ loquar de humanitate exprobrari sibi superbiam credat; cũ de frugalitate, luxuriam; cùm de clementia, crudelitatem; cùm de liberalitate, auaritiam; cùm de benignitate, liuorem; cùm de continẽtia, libidinem; cùm de labore, inertiam; cùm de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratúsve videar prout satis aut parum dixero. animaduerto enim etiam Deos * non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentia & sanctitate lætari, gratioremque existimari qui delubris eorum puram castamque mentem quàm qui meditatum carmen intulerit. Sed parendum est * Senatusconsulto, quo ex vtilitate publica placuit, vt Cõsulis voce sub titulo gratiarum agendarum boni Principes quæ facerent recognoscerẽt, mali quæ facere deberent. Id nunc eò magis solenne ac necessarium est, quòd parens noster priuatas gratiarum actiones cohibet & comprimit, intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare quod Senatus iuberet. Vtrumque, Cæsar Auguste, moderate, & quòd alibi tibi gratias agi non sinis, & quòd hîc sinis. non enim à teipso tibi honor iste,

seruabimus G
f. seruauimus.
pertinet, vt B
ipsius V C A R
S.C. V

ſed ab agentibus habetur. Cedis affectibus noſtris,
nec nobis munera tua prædicare, ſed audire tibi
neceſſe eſt. Sæpè ego mecum, P.C., tacitus agitaui
qualem quantumq. eſſe oporteret cuius ditione nu-
regerentur v c g a tuque maria, terræ, pax, bella * gerantur, cum inter-
ea fingenti formantique mihi Principem quem
æquata DIs Immortalibus poteſtas deceret nun-
quam voto ſaltem cōcipere ſuccurrit ſimilem huic
quem videmus. Enituit aliquis in bello, ſed obſole-
uit in pace. Aliū toga, ſed non & arma honeſtarunt.
humilitate v c, probè. Reuerentiā ille terrore, alius amorem * humanitate
captauit. Ille quæſitam domi gloriā in publico, hic
in publico partam domi perdidit. Poſtremò adhuc
nemo extitit cuius virtutes nullo vitiorum confinio
læderentur. At Principi noſtro quanta concordia
quantuſque cōcentus omnium laudum omniſque
contigit? Vt v. gloriæ * contigit, vt nihil ſeueritati eius hilaritate,
nihil grauitati ſimplicitate, nihil maieſtati huma-
detrahitur? v c nitate * detrahatur? Iam firmitas, iam proceritas
corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad-hoc
ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam mune-
re Deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus ad augen-
dam maieſtatem ornata cæſaries nónne longè late-
que Principē oſtentant? Talem eſſe oportuit quem
nō bella ciuilia, nec armis oppreſſa reſp., ſed pax, &
adoptio, & tandē exorata terris Numina dediſſent.
An fas erat nihil differre inter Imperatorem quem
homines, & quem DI feciſſent? Quorum quidem
Auguste v c c in te Cæſar * iudicium & fauor tunc ſtatim cùm ad
iudicio e f. in- dicio. exercitum proficiſcereris, & quidē inuſitato, * eni-
tuit. nam ceteros Principes aut largus cruor hoſtia-
rum, aut ſiniſter volatus auium conſulentibus nun-
ciauit, tibi aſcendenti de more Capitolium (quan-
quam non id agentium) ciuium clamor vt iam
Principi occurrit. ſiquidem omnis turba quæ limen
inſe-

insederat ad ingressum tuum foribus reclusis * iam quidem, (vt tunc arbitrabatur) Deum, ceterum (vt docuit euentus) te consalutauit Imperatorem. Nec aliter à cunctis omen acceptum est. nam ipse intelligere nolebas. recusabas enim imperare, recusabas, quod bene erat imperaturi. Igitur cogendus fuisti. Cogi porrò non poteras nisi periculo patriæ, & * mutatione reipublicæ. obstinatum enim tibi non suscipere imperium nisi seruandum fuisset. Quare ego illum ipsum furorem motumque castrensem reor extitisse quia magna vi magnoque terrore modestia tua vincenda erat. * At sicut maris cælique temperiem turbines tempestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præcessisse crediderim. illa quid. O mutatu C O Ac V C

*HABET has vices conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda * noscantur. Occultat vtrorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumque causa sub diuersa specie latent.* Magnum quidem illud sæculo dedecus, magnum reip. vulnus impressum est, Imperator, & parens generis humani obsessus, captus, inclusus, ablata mitissimo seni * seruandorum hominum potestas, ereptumque Principi illud in Principatu beatissimum, quòd nihil cogitur; si tamen hæc sola erat ratio quæ te publicæ salutis gubernaculis admoueret, propè est vt exclamem tãti fuisse. Corrupta est disciplina castrorum, vt tu corrector emendatorque contingeres; inductum pessimum exemplum, vt optimum * opponeretur; postremò coactus Princeps quos * nollet occidere, vt daret Principem qui cogi non posset. Olim tu quidem adoptari merebare, sed nesciissemus quantum tibi deberet imperium si antè adoptatus esses. Expectatũ est tempus in quo liqueret non tam accepisse te beneficium, nascantur C imponerẽt v. s. imponeret nolebat V C R G

quàm

quam dedisse. Confugit in sinum tuum concussa resp., ruensque imperium super Imperatorem Imperatoris tibi voce delatum est. Imploratus adoptione, & accitus es. Vt olim duces magni à peregrinis externisque bellis ad opem patriæ ferendam reuocari solebant, ita filius ac parens vno eodemq; momento rem maximam inuicem præstitistis. Ille tibi imperium dedit, tu illi reddidisti. Solus ergo *adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti, immo (vltra) dantem obligasti. communicato enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est. O nouum atque inauditum ad Principatum iter! Non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena vtilitas, alienus timor Principem fecit. Videaris licet quod est amplissimum consecutus inter homines, felicius tamẽ erat illud quod reliquisti. Sub bono Principe priuatus esse *desiisti. Assumptus es in laborum curarumque consortium, nec te læta & prospera stationis istius, sed aspera, & dura ad capessendam eam compulerunt. Suscepisti imperium postquam alium suscepti pænitebat. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod vterque optimus erat, dignusq. alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es non (vt priùs alius atque alius) in vxoris gratiam. asciuit enim te filium non vitricus, sed Princeps, eodemq. animo Diuus Nerua pater tuus factus est quo erat omnium. Nec decet aliter filiũ assumi si assumatur à Principe. An *S. P. Q. Romani exercitus, prouincias, socios transmissurus vni successorem è sinu vxoris accipias, summæque potestatis heredem tantùm intra domum tuam quæras, nõ per totam ciuitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes quem optimum, quem DIs simillimum inueneris? Imperaturus

*ad hoc qui pro ve
*desisti v.
*Vide notas

turus omnibus eligi debet ex omnibus. non enim seruulis tuis dominum, vt possis esse contentus quasi necessario herede, sed Principem ciuibus daturus * Imperator. Superbum istud & regium, *f. ea* nisi adoptes eum quem constet imperaturum fuisse etiamsi non adoptasses. Fecit hoc Nerua, nihil * interesse arbitratus genueris, an elegeris, *arb int. V.* si proinde sine iudicio adoptētur liberi ac nascuntur. Nisi tamen quòd æquiore animo ferunt homines quem Princeps parum feliciter genuit quàm quem malè elegit. Sedulò ergo vitauit hūc casum, nec iudicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumpsit. Itaque non tua in cubiculo, sed in templo, nec ante Genialem torum, sed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta est, qua tandem non seruitus nostra, sed libertas, & salus, & securitas fundabatur. sibi enim * DI gloriam *vind. DI gl. il. V.* illam vindicauerunt. Horum opus, horum illud imperium, Nerua * tamen minister fuit. Vterque, *f. tātum min.* qui adoptaret tam paruit quàm tu qui adoptabaris. Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus DIs, vt inuicti Imperatoris exortum victoriæ insigne decoraret. Hanc Imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cùm repente solito maior & augustior aduocata hominū concione Deorumque te filium sibi, hoc est, vnicum auxilium fessis rebus, assumpsit. Inde quasi deposito imperio, qua securitate? qua gloria? lætus, (nam quātulum refert deponas, an partiaris imperium? Nisi quòd difficilius hoc est) non secus ac præsenti tibi innixus, tuis humeris se patriamque sustentans, tua iuuenta, tuo robore inualuit. Statim consedit omnis tumultus. Non adoptionis opus istud fuit, sed adoptati. Atque ideò temerè fecerat Nerua si adoptasset alium. Oblitíne sumus vt nuper post adoptionem non

desierit

desierit seditio, sed cœperit? Irritamentum istud irarum, & fax tumultus fuisset nisi incidisset in te. Vide notas. * An dubium est vt dare non posset imperium Imperator qui reuerentiam amiserat? abest v, esse c Auctoritate eius effectum * est' cui dabatur. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter & statim factus es quæ proximè parens verus tantum in alterum filium cõtulit. Magnum hoc tuæ moderationis indicium, quòd non solum successor imperij, sed particeps etiam sociusque placuisti. nam successor etiamsi nolis habendus est, non est habendus socius nisi velis. Credéntne posteri patricio, & Consulari, & triumphali patre genitum, cum fortissimum, amplissimum, amantissimum sui exercitum regeret, Imperatorem non ab exercitu factum? eidem, cum Germaniæ præsideret, Germanici nomẽ hinc missum? nihil ipsum vt Imperator fieret agitasse, nihil fecisse, nisi quòd meruit, & paruit? paruisti enim Cæsar, & ad Principatum obsequio peruenisti, ni- animo v c a c hilque magis à te subiecti * animi factum est quàm quòd imperare cœpisti. Iam Cęsar, iam Imperator, iam Germanicus, absens & ignarus, & post tanta nomina quãtum ad te pertinet priuatus. Magnum videretur si dicerem, nescisti te Imperatorem futurum. Eras Imperator, & esse te nesciebas. Vt verò ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc esse quod fueras, sed non erat liberum. At non obsequereris Principi ciuis, Legatus Imperatori, filius patri? Vbi deinde disciplina? vbi mos à maioribus traditus quodcunque Imperator munus iniungeret æquo animo paratoque subeundi? quid enim si prouincias ex prouinciis, ex bellis bella mã- illum c. daret? Eodem * illo vti iure * cum ad imperium posse putes c c reuocet quo sit vsus cum ad exercitum miserit, nihilque

hilque intereſſe ire Legatum, an redire Principem iubeat, niſi quòd maior ſit obſequij gloria in eo quod quis minus velit. Augebat auctoritatem iubentis in ſummum diſcrimen auctoritas eius adducta, vtque magis parendum imperanti putares efficiebatur eô quòd ab aliis minus parebatur. Adhoc audiebas Senatus populique cõſenſum. Non vnius Neruæ iudicium illud, illa electio fuit. nam qui vbique ſunt homines hoc idem votis expetebant, ille tantùm iure Principis occupauit, primuſque fecit quod omnes facturi erãt. Nec hercule tantopere cunctis factum placeret niſi placuiſſet antè quàm fieret. At quo* temperamẽto (DI boni!) poteſtatem tuam fortunamque moderatus es! Imperator * titulis, & imaginibus, & ſignis, ceterùm modeſtia, labore, vigilantia Dux, & Legatus, & miles, cum iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires, neque aliud tibi ex illa adoptione quàm filij pietatem, filij obſequium aſſereres, longamque huic nomini ætatem, longam gloriam precarere. *Te prouidentia Deorum primum in locum prouexerat, tu adhuc in ſecundo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas. Priuatus tibi videbaris quamdiu Imperator & alius eſſet. Audita ſunt vota tua, ſed inquantum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni vtile fuit. Quem DI cælo vindicauerunt, ne quid poſt illud diuinum & immortale factum mortale faceret. deberi quippe maximo operi hanc * venerationem, vt nouiſſimum eſſet, auctoremque eius ſtatim conſecrandum, vt quandoque inter poſteros quæreretur an illud iam Deus feciſſet. Ita ille nullo magis nomine publicus parens quàm quia tuus, ingens gloria ingenſque fama, cum abundè expertus eſſet quã bene humeris tuis ſederet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eô ipſô carus omnibus ac de-

DI boni tempe. pot. v c

tu vcre

Iam te

quoque eſt

ac desiderandus, quòd prospexerat ne desideraretur. Quem tu lacrymis primum ita vt filium decuit, mox templis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem, sed alia mēte fecerunt. Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis * numen induceret, Claudium Nero, sed vt irrideret, Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur. Tu sideribus patrem intulisti non ad metum ciuium, non in cōtumeliam Numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis. Minus est hoc cùm fit ab iis qui & sese Deos putant. Sed licet illum aris, puluinaribus, Flamine colas, non aliô magis tamen Deū & facis & probas quàm quòd ipse talis es. in Principe enim qui electo successore fato concessit vna, itemque certissima diuinitatis fides est bonus successor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ accessit? Num * hos proximos diuinitate parentum desides ac superbos potiùs quàm illos veteres & antiquos *æmuleris qui hoc ipsum imperium peperere, *quod modò hostes inuaserāt, contempserantque, cuius pulsi fugatique non aliud maius habebatur indiciū, quàm * si triumpharetur? Ergo sustulerant animos, & iugum excusserant, nec iam nobiscum de sua libertate, sed de nostra seruitute certabant, ac ne indutias quidem nisi æquis conditionibus inibant, legésque vt acciperent dabant. At nunc rediit omnibus terror & metus, & votum imperata faciendi. vident enim Romanum ducem vnum ex illis veteribus & priscis, quibus Imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, & infecta victoriis maria. Accipimus obsides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis, immensisque muneribus paciscimur vt vicerimus. Rogant, supplicant, largimur, negamus, vtrumq; ex imperij maiestate.

Agunt

Marginal notes: crimen vt (at "maiestatis *"); Domitianum & Neronem (at "Num *"); f. æmularis. (at "*æmuleris"); Vide notis. (at "*quod modò"); quod triumph. * (at "quàm * si triumpharetur")

Agunt gratias qui impetrauerũt, non audent queri quibus negatum est. An audeant? qui sciant te assedisse ferocissimis populis eo ipso tempore quod amicissimum illis, difficillimum nobis, cùm Danubius ripas gelu iungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat, cùm feræ gentes non telis magis quàm suo cælo, suo sidere armantur. Sed vbi in proximo tu, non secus ac si mutatæ temporum vices essent, illi quidem latibulis suis clausi tenebãtur, nostra agmina percursare ripas, & aliena occasione, si permitteres, vti, vltroque hiemem suam Barbaris inferre gaudebant. Hæc tibi apud hostes veneratio. Quid? apud milites quam admirationem, quemadmodum comparasti, cùm tecum inediam, tecum ferrent sitim, cùm in illa meditatione campestri militaribus turmis Imperatorium puluerem sudoremque misceres, nihil à ceteris nisi robore ac præstantia differens, cùm libero Marte nũc cominus tela * librares, nunc vibrata susciperes, *f. vibrarã* alacer virtute militum, & lætus quoties aut cassidi tuæ, aut clypeo grauior ictus incideret, (laudabas quippe * ferientes, hortabarisque vt auderent. Et *ipse c o* audebant iam) cùm spectator moderatorq. ineuntium certamina virorum arma componeres, tela tentares, ac si * quid duriùs accipienti videretur, ipse vibrares? *quod v c b* Quid cùm solatium fessis, ægris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria nisi commilitonum antè lustrasses, nec requiem corpori nisi post omnes dare. Hac mihi admiratione dignus Imperator non videretur si inter Fabricios, & Scipiones, & Camillos talis esset. tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior * aliquis accenderet. *alius v f. glossa est.* Postquam verò studium armorum à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore translatum est, postquam exercitationibus nostris non veteranorum

norum aliquis, cui decus muralis, aut ciuica; sed
vnum VCG Græculus magister assistit, quam magnum est ex omnibus patrio more, patria virtute lætari, & sine æmulo ac sine exemplo secum certare, secum con-
imperaret v f. imperet. tendere, ac sicut * imperat solus, solum ita esse qui
Non inc. C V debeat imperare! * Nonne incunabula hæc tibi Cæsar & rudimenta, cùm puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres, nomenq. Germanici iam tum mererere, cùm ferociam superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes, Rhenumque & Euphratem admiratio-
Societate con. V C nis tuæ * fama coniungeres, cum orbem terrarum
abest V non pedibus * magis quàm laudibus peragrares, apud eos semper maior & clarior quibus postea
contigisses VCGA * contigisti? Et necdum Imperator, necdum Dei filius eras, Germaniam que cùm plurimæ gentes, ac prope infinita vastitas interiacentis soli, tum Pyrenæus, Alpes, immensiq. alij montes, nisi his compararentur, muniunt, dirimuntque. Per hoc omne spatium cùm legiones duceres, seu potiùs (Tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum vnquam, non equum respexisti. Leuis hic, non subsidium itineris, sed decus, & cum ceteris subsequebatur, vt cuius nullus tibi vsus, nisi cùm die statiuorum proximum campum alacritate, discursu, puluere attolleres. Initium laboris mirer, an finem? Multum est quòd perseuerasti, plus tamen quòd non timui-
Domitianus. sti ne perseuerare non posses. Nec dubito quin ille qui te inter illa Germaniæ bella ab Hispania vsq. vt validissimum præsidium exciuerat, iners ipse, alienisque virtutibus tunc quoque inuidus Imperator cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore cõceperit, quantam ille genitus Ioue post labores duraque imperi-
Eurysthei. ria * regi suo indomitus semper indefessusque referebat,

ferebat, cùm aliis ſuper alias expeditionibus * itinere illo dignus inuenireris. Tribunus verò diſiunctiſſimas terras teneris adhuc annis viri firmitate luſtraſti, iam tunc * præmonente Fortuna vt diu penituſque perdiſceres quæ mox præcipere deberes. neque enim proſpexiſſe caſtra, breuemque militiam quaſi tranſiſſe contentus, ita egiſti Tribunum, vt eſſe ſtatim Dux poſſes, nihilque diſcendum haberes tempore docendi. Cognouiſti per ſtipendia decem mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum, & diuerſam aquarum cælique temperiem vt patrios fontes patriumque ſidus ferre conſueſti. Quoties equos, quoties emerita arma mutaſti? Veniet ergo tempus quo poſteri viſere, viſendumque tradere minoribus ſuis geſtient quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa prætexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleueris, vt tunc ipſi tibi ingentium Ducum ſacra veſtigia iiſdem in locis monſtrabantur. Verùm hæc olim. In præſentia quidem quiſquis paulo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. quotus enim quiſque cuius tu non antè commilito quàm Imperator? Inde eſt quòd propè omnes nomine appellas, quòd ſingulorum fortia facta commemoras, nec habent annumeranda tibi pro rep. vulnera, quibus ſtatim laudator & teſtis contigiſti. Sed *magis prædicanda* moderatio tua, quòd innutritus bellicis laudibus, pacẽ amas, nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Ioui laurus, idcirco ex occaſione omni quæris triumphos. Non times bella, nec prouocas. Magnum eſt, Imperator Auguſte, magnum eſt ſtare in Danubij ripa, ſi tranſeãs, certum triumphi, nec decertare cupere cum recuſantibus. Quorum alte-

Margin notes: muneral alio c, corruptè. — I. Lipſius præmolente. Placet. — tanto vc. — eſt v

rum fortitudine, alterum moderatione efficitur. nam vt ipse nolis pugnare moderatio, fortitudo tua præstat vt neque hostes tui velint. Accipiet ergo aliquando Capitolium non * inanes currus, nec falsæ simulacra victoriæ, sed Imperatore veram ac solidam gloriam reportante * tranquillitatem, & * tamen confessa hostium obsequia, vt vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus triumphis. neque enim vnquam nisi ex contemptu imperij nostri factum est vt vinceremus. Quòd si quis Barbarus rex eò insolentiæ furorisque processerit, vt iram tuam indignationemque mereatur, næ ille siue interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, vt subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptum mare, illatasque non classes nostras, sed terras ipsas arbitretur. Videor iam cernere non spoliis prouinciarum, & extorto sociis auro, sed hostilibus armis, captorumque regum catenis triumphum grauem. Videor ingentia Ducum nomina, nec indecora nominibus corpora noscitare. Videor intueri immanibus ausis Barbarorum onusta fercula, & sua quemque facta vinctis manibus sequentem, mox ipsum te sublimem, instantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clypeos quos ipse perfoderis. Nec tibi opima defuerint si quis regum venire in manus audeat, nec modò telorum tuorum, sed etiam oculorum minarumque coniectum toto campo, totoque exercitu opposito perhorrescat. Meruisti proxima moderatione vt quandocunque te vel inferre, vel propulsare bellum coëgerit imperij dignitas non ideo vicisse videaris vt triumphares, sed triumphare quia viceris. Aliud ex alio mihi occurrit. quàm speciosum est enim

inimicos v *f. inimicos*

pacem, c

tam conf., c

enim quòd disciplinam castrorum lapsam extinctamque refouisti, depulso prioris sæculi malo inertia,& contumacia,& dedignatione parendi? Tutum est reuerentiam, tutum caritatem mereri, nec ducum quisquam aut non amari à militibus, aut amari timet, & inde offensæ gratiæque pariter securi instant operibus,adsunt exercitationibus, arma,mœnia,viros aptant. quippe non is Princeps qui sibi imminere, sibi intendi putet quod in hostes * paretur, quæ persuasio fuit illorum qui hostilia cùm facerent timebant. Eodem ergo tempore militaria studia,nec animos modò,sed &corpora ipsa languescere, gladios etiam incuria hebetati retundique gaudebant. Duces porrò nostri non tam regum * ceterorum,quam suorum Principum insidias, nec tam hostium, quàm commilitonum manus ferrumque metuebant. Est hæc natura sideribus, vt parua & exilia validiorum exortus obscuret. Similiter Imperatoris aduentu Legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen maior omnibus quidem eras, sed fine vllius deminutione maior. Eandem auctoritatem præsente te quisque quam absente retinebat. Quinetiam plerisque ex eo reuerentia accesserat quòd tu quoque illos reuerebare. Itaque proinde summis atque infimis carus sic Imperatorem commilitonemq. miscueras, vt studium omnium laboremque & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps sociusque releuares. Felices illos quorum fides & industria non per internuncios & interpretes, sed ab ipso te, nec auribus tuis,sed oculis probabantur. Consecuti sunt vt absens quoque de absentibus nemini magis quàm tibi crederes. Iam te ciuium desideria reuocabant, amoremque castrorum superabat caritas patriæ. Iter inde placidum, ac modestum,

paretur V

exterorum V C a

ſtum, * vt planè à pace redeuntis. Nec verò ego in laudibus tuis ponam quòd aduentum tuum non pater quiſquam, non maritus expauit. Affectata aliis caſtitas, tibi ingenita & innata, interque ea quæ imputare non poſſis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia faſtidium,
ad hoc V C R G annona quæ ceteris, * ad hos comitatus accinctus
parcus C & * parens. Diceres magnum aliquem Ducem, ac te potiſſimum ad exercitus ire. Adeò nihil, aut certè parum intererat inter Imperatorem factum &
abest V C * breui' futurum. Quàm diſſimilis nuper alterius Principis tranſitus? ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cùm abactus hoſpitum exerceret, omniaque dextera læuaque peruſta & atrita, vt ſi vis aliqua, vel ipſi illi Barbari quos fugiebat incide-
κατ' εἰρωνείαν: rent. ≠ Perſuadendum prouinciis erat illud iter Domitiani fuiſſe, non Principis: Itaque non tam pro tua gloria, quàm pro vtilitate communi edicto ſubiecisti quid in vtrumque veſtrum eſſet impenſum. Aſſueſcat Imperator cum imperio calculum
ſic extat, V C G R ponere, ≠ ſic redeat, tanquam rationem redditurus, edicat quid abſumpſerit. Ita fiet vt non abſumat quod pudeat dicere. Præterea futuri Principes
Vide notas (velint, nolint) ſciant, ≠ tantum conſtat, propoſitiſque duobus exemplis meminerint proinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos prout hoc vel illud elegerint. Nónne his tot tantiſque meritis nouos aliquos honores, nouos titu-
abest V los merebare? At tu etiam * nomen' Patris patriæ recuſabas. Quàm longa nobis cum modeſtia tua pugna? quàm tardè vicimus? Nomen illud quod
Vt V G alij primo ſtatim Principatus die ≠, Imperatoris & Cæſaris, receperunt, tu vſque eò diſtuliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator iam te mereri fatereris. Itaque ſoli omnium

nium contigit tibi vt Pater patriæ esses antè quàm fieres. eras enim in animis, in iudiciis nostris. Nec publicæ pietatis intererat quid vocarere, nisi quòd ingrata sibi videbatur si te Imperatorem potiùs vocaret & Cæsarem, cùm Patrem experiretur. Quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exerces? Vt cum ciuibus tuis quasi cum liberis parens viuis? vt reuersus Imperator qui priuatus exieras agnoscis, agnosceris? Eosdem nos, eundem te putas, par omnibus, & hôc tantum ceteris maior, * quô melior. Ac primum qui dies ille quo exspectatus desideratusque vrbem tuam ingressus es? Iam hoc ipsum, quod ingressus es quàm mirum, lætumque? nam priores inuehi & importari solebant non dico quadriiugo curru & albentibus equis, sed humeris hominum, quod arrogantius erat. Tu sola corporis proceritate elatior aliis & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia Principum egisti. Ergo non ætas quenquam, non valetudo, non sexus retardauit quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te paruuli noscere, ostentare iuuenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum * tui quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde alij se satis vixisse te viso, te recepto, alij nunc magis esse viuendum prædicabant. Feminas etiam tunc fecunditatis suæ maxima voluptas subiit, cùm cernerent cui Principi ciues, cui Imperatori milites peperissent. Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum qui non nisi suspensum & instabile vestigium caperet, oppletas vndique vias, angustumque tramitem relictum tibi, alacrem hinc atque inde populum, vbique per gaudium, paremque clamorem. Tam æqualiter ab omnibus ex ad-

f. quid

tuum v

 uentu

uentu tuo lætitia percepta eſt, quàm omnibus veniſti. Quæ tamen ipſa cum ingreſſu tuo creuit, ac propè in ſingulos gradus adaucta eſt. Gratum erat cunctis quòd Senatum oſculo exciperes, vt dimiſſus oſculo fueras, gratum quòd Equeſtris ordinis decora honore nominum ſine monitore ſignares, gratum quòd tantum tum-non vltrò clientibus ſalutatis quaſdam familiaritatis notas adderes, gratius tamen quòd ſenſim & placidè, & quantum reſpectantium turba pateretur incederes, quòd occurſantium populus te quoque, te immo maximè aſtaret, quòd primo ſtatim die latus tuum crederes omnibus. neque enim ſtipatus ſatellitum manu, ſed circumfuſus vndique nunc Senatus, nunc Equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuiſſet, ſilentes quietoſque lictores tuos ſubſequebare. nam milites nihil à plebe habitu, tranquillitate, modeſtia differebant. Vbi verò cœpiſti Capitolium aſcendere, quàm læta omnibus adoptionis tuæ recordatio? quam peculiare gaudium eorum qui te primi eodem loco ſalutauerant Imperatorem? Quinetiam Deum ipſum * tuum præcipuam voluptatem operis ſui percepiſſe crediderim. Vt quidem iiſdem veſtigiis inſtitiſti quibus parens tuus ingens illud Deorum prolaturus arcanum, quæ circumſtantium gaudia? quàm recens clamor? quàm ſimiles illi dies qui hunc genuit diem? Vt plena altaribus, anguſta victimis cuncta? vt in vnius ſalutem collata omnium vota: cùm ſibi ſe, ac liberis ſuis intelligerent precari quæ pro te precarentur. Inde tu in Palatium quidem, ſed eo vultu, * ſed ea moderatione, vt ſi priuatam domum peteres, ceteri ad Penates ſuos quiſque, iteraturus gaudij fidem vbi nulla neceſſitas gaudendi eſt. Oneraſſet alium eiuſmodi introitus

f. tum

ſhcſ v

troitus, tu quotidie admirabilior & melior, talis denique quales alij Principes futuros se tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis spatium. iunxisti enim ac miscuisti res diuersissimas, securitatem olim imperantis, & incipientis pudorem. Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis. Manet Imperatori quæ prior ⸗ humanitas ⸗. Incedebas pedibus? Incedis. Lætabaris labore? Lætaris, eademque omnia illa circa te, nihil * ipso te fortuna mutauit. Liberum est ingrediente per publicum Principe subsistere, occurrere, comitari, præterire. Ambulas inter nos non quasi * contingat, & copiam tui non vt imputes facis. Hæret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermoni suus cuique pudor, non tua superbia facit. Regimur quidem à te, & subiecti tibi, sed quemadmodum legibus sumus. nam & illæ cupiditates nostras libidinesque moderantur, nobiscum tamen & inter nos versantur. Emines, excellis vt honor, vt potestas, quæ super homines quidem, hominum sunt tamen. Ante te Principes fastidio nostri, & quodam æqualitatis metu vsum pedum amiserant. Illos ergo humeri ceruicesque seruorum super ora nostra, te fama, te gloria, te ciuium pietas ⸗ super ipsos Principes vehunt. Te ad sidera tollit humus, ita communia & confusa Principis vestigia. Nec vereor P. C. ne longior videar, cùm sit maximè optandum vt ea pro quibus aguntur Principi gratiæ multa sint. Quæ quidem reuerentius fuerit integra illibataque cogitationibus vestris reseruari quàm carptim breuiterque perstringi, quia fere sequitur vt illa quidem de quibus taceas tanta quanta sunt esse videantur. Nisi verò leuiter attingi placet locupletatas tribus, datumque congiarium populo, & da-

oris v c — *dextra verecundia c* — *f. ipsum* — *contingas v c* — *te libertas v c*

tum totum, cùm donatiui partem milites accepissent. An mediocris animi est his potiùs repræsentare quibus magis negari potest? Quanquam in hac quoq; diuersitate æqualitatis ratio seruata est. æquati sunt enim populo milites eô quòd partem, sed priores, populus militibus, quòd posterior, sed totum statim accepit. Enimuero qua benignitate
est, quantaque diuisum * est? quantæ curæ tibi fuit ne quis expers liberalitatis tuæ fieret? Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant; æquatique sunt ceteris illi etiam quibus non erat promissum. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus distinebatur? Expectatum est, prouisumque ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longè fuisset. Veniret quisque cùm vellet, veniret quisque cùm posset. Magnificum, Cæsar, & tuum disiunctissimas terras munificentiæ ingenio velut admouere, immensaque spatia liberalitate contrahere, intercedere casibus; occursare Fortunæ, atque omni ope anniti ne quis è plebe Romana dante congiarium te hominem magis sentiret se fuisse quàm ciuem. Aduentante congiarij die obseruare Principis egressum
vias co in publicum, insidere * examina infantium; futurusque populus solebat. Labor parentibus erat ostentare paruulos, impositosque ceruicibus adulantia verba blandasque voces edocere. Reddebant illi quæ monebantur, ac plerique irritis precibus surdas Principis aures astrepebant, ignarique quid rogassent, quid non impetrassent, donec planè scirent differebantur. Tu ne rogari quidem sustinuisti. Et quanquam lætissimum oculis tuis esset conspectu Romanæ sobolis impleri, omnes tamen antè quàm te viderent adirentve recipi, incidi iussisti, vt iam inde ab infantia parentem publi-

publicum munere educationis experirentur, crescerent de tuo qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua peruenirent, tantumque omnes vni tibi quantum parentibus suis quisque deberet. Rectè, Cæsar, quòd spem Romani nominis sumptibus tuis suscipis. nullum est enim magno Principe immortalitatemque merituro impendij genus dignius quàm quod erogatur in posteros. Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur, pauperibus educandis vna ratio est, bonus Princeps. Hic fiducia sui procreatos nisi larga manu fouet, auget, amplectitur, occasum imperij, occasum reip. accelerat.* Frustra Princeps plebe neglecta, vt defectũ corpore caput, nutaturumq. instabili pondere, tuetur. Facile est cõiectare quod perceperis gaudiũ cùm te parẽtum, liberorum, senum, infantiũ, puerorũ clamor exciperet. Hæc prima paruulorum ciuium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum præstitisti, ne rogarent. Super omnia est tamen quòd talis es, vt sub te liberos tollere libeat, expediat. Nemo iam parens filio nisi fragilitatis humanæ vices horret, nec inter insanabiles morbos Principis ira numeratur. Magnum quidem est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum, maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis. Atque adeò nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat, non alat, dum non occidat, nec deerunt qui filios concupiscant. Contrà largiatur & auferat, alat & occidat, ne ille * in tam breui tempore effecerit, vt omnes non posterorum modò, sed sui, parentumque pæniteat. Quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim quàm quòd congiarium das de tuo, alimenta de tuo, neque à te liberi ciuium vt ferarij

frustráque procreasti. V. O.

s. inquam

:untur. Instar ego perpetui congiarij reor afluentiam annonæ. Huius aliquando cura Pom>eio non minus addidit gloriæ quàm pulsus am>itus Campo, exactus hostis mari, Oriens triumphis, Occidensque lustratus. Nec verò ille ciuiliùs quàm parens noster, auctoritate, consilio, fide reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit, diuersasque gentes ita commercio miscuit, vt quod genitũ esset vsquam id apud omnes natum esse videretur. Nónne cernere datur vt sine vllius iniuria omnis vsibus nostris annus exuberet? quippe non vt ex hostico raptæ, perituræque in horreis messes nequidquam quiritantibus sociis auferuntur. Deuehunt ipsi quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit, nec nouis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Emit fiscus quidquid * videtur emere. Inde copiæ, inde annona, de qua inter licentem vendentemque conueniat, inde hic satietas, nec fames vsquam. Ægyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est, vt nihil imbribus cæloque deberet. siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere quàm quas ipse deuexerat, tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris quasi nunquam cessura certaret. Hæc inopina siccitate vsque * ad iniuriam sterilitatis exaruit, quia piger Nilus cunctanter alueo sese ac languidè extulerat, ingenibus * quoque tunc quidem ille fluminibus * conferendus. Hinc pars magna terrarum, * mergi pa-anti amne consueta, alto puluere incanduit. Frustra tunc Ægyptus nubila optauit, cælumque respexit, cùm ipse fecunditatis parens contractior & xilior iisdem vbertatem eius anni angustiis quibus abundantiam suam cohibuisset. neque enim solum

f. iubetur

in iniur. v c.

quidem tunc quoque v c

fluminibus tamen. v c

Videtur.

enis cursus optentur. Mirum, Cæsar, videretur si
fidem Ægyptum, cessantemque Nilum non sen-
let Vrbis annona. Quæ tuis opibus, tua cura vs-
ie illuc redundauit, vt simul probaretur & nos
gypto posse, & nobis Ægyptum carere non pos-
. Actum erat de fecúdissima gente si libera fuis-
:. Pudebat sterilitatis insolitæ, nec minùs erubes-
bat fame quàm torquebatur, cùm pariter à te
cessitatibus eius pudorique subuentum est. Stu-
bant agricolæ plena horrea, quæ non ipsi re-
rsissent, *quibus de campis illa subuecta mes- quibúsque c
, quáve in Ægypti parte alius * amnis. Ita bene- amnis v c
io tuo nec maligna tellus, & obsequens Nilus,
gypto quidem sæpe, sed gloriæ nostræ núquam
gior fluxit. Quàm nunc iuuat prouincias omnes
fidem nostram ditionemque venisse, postquam
ntigit Princeps * terrarum qui fecunditatem qui ter. ce
ınc huc, nunc illuc, vt tempus & necessitas po-
eret, trásferret referretque, qui diremptam mari
ntem vt partem aliquam populi plebísque Ro-
anæ aleret ac tueretur! Et cælo quidem nun-
am benignitas tanta vt omnes simul terras vbe-
: foueatque, hic omnibus pariter si non sterilita-
n, at mala sterilitatis exturbat, hic si nō fecundi-
em, at bona fecunditatis importat. Hic æternis
meatibus Orientem Occidentemq; connectit,
quæ vbique feruntur, quæque expetuntur om-
s gentes inuicem capiant, & discant quanto, & c
ertate discordi, seruientibus sit vtilius vnum es-
cui seruiant. quippe discretis quidem bonis
mium sua cuiusque ad singulos mala, sociatis
em atque permixtis singulorum mala ad nemi-
n, ad omnes * omnia bona pertinent. Sed siue f. omnium
ris diuinitas quædam, siue aliquis amnibus
nius, & solum illud & flumen ipsum precor vt
hac

hac Principis benignitate contentum molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. Non equidem reposcimus fenus, putet tamen esse soluendum, fallacemque vnius anni fidem omnibus annis omnibusque postea sæculis tanto magis quia non exigimus excuset. Satisfactum quà ciuium, quà sociorum vtilitatibus. Visum est spectaculum inde non enerue nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret, sed quod ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet, cùm in seruorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis, & cupido victoriæ cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem, quam iustitiam exhibuit, omni affectione aut intactus, aut maior? Impetratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur. Institit vltrò, & vt concupisceremus admonuit. Ac sic quoque plura inopinata, plura subita. Iam quàm libera spectantium studia, quàm securus fauor? Nemini impietas (vt solebat) obiecta, quòd odisset gladiatorem. Nemo * spectator spectaculum factus miseras voluptates vnco & ignibus expiauit. Demens ille, veríque honoris ignarus qui crimina maiestatis in arena colligebat, ac se despici & contemni nisi etiam gladiatores eius veneraremur, sibi maledici, in illis suam diuinitatem, suum Numen violari interpretabatur, cùm se idem quod Deos, idem gladiatores quod se putabat. At tu Cæsar quàm pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? Vidimus delatorum * iudicium' quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi * nouiter, sed templum, sed forum insederant. Nulla iam testamenta secura, nullus status certus. Non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum auaritia. Aduertisti oculos, atque vt

expectator ex. pectaculum v

agmen inductum q uam iter o

ite castris, ita postea pacem foro reddidisti. Excisti intestinum malum, & prouida seueritate cauine fundata legibus ciuitas euersa legibus videtur. Licet ergo cùm fortuna, tùm liberalitas tua fenda nobis præbuerit.(vt præbuit) nunc ingenrobora virorum, & pares animos, nunc immatatem ferarum, nunc mansuetudinem incognim, nunc secretas illas & arcanas, ac sub te priùm communes opes, nihil tamen gratius, nihil culo dignius quàm quòd contigit desuper intuedelatorum supina ora, retortasque ceruices. Agscebamus, & fruebamur, cùm velut piaculares iblicæ sollicitudinis victimæ supra sanguinem oxiorum ad lenta supplicia grauioresque pœnas ceretur. Congesti sunt in nauigia raptim consita, ac tempestatibus dediti. Abirent, * fuge- *fugerent vast.* V atque vastatas delationibus terras, ac si quem ctus ac procellæ scopulis reseruassent, hic nuda ca & inhospitale litus incoleret, ageret duram & xiam vitam, relictaque post tergum totius genehumani securitate mæreret. Memoranda facies. elatorum classis permissa omnibus ventis, coaque vela tempestatibus pandere, iratosque flus sequi, quoscunque in scopulos detulissent. Iubat prospectare statim à portu sparsa nauigia, & ad illum * mare agere Principi gratias, qui cle- *ipsum* VCGR ntia sua salua vltionem hominum terrarumq; s maris commendasset. Quantum diuersitas nporum posset tum maximè cognitum est, cùm em quibus antea cautibus innocentissimus quisstunc nocentissimus affigeretur, cumque insuomnes quas modò Senatorum iam delatorum ea compleret. Quos quidem non in præsens ùm, sed in æternum repressisti, mille pœnarum gine inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt?

Perdant quas habent. Expellere Penatibus gestiunt? Suis exturbentur, neque (vt antea) exanguem illam & ferream frontem nequidquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant, sed spectent paria præmio damna, nec maiores spes quàm metus habeant, timeantque quantum timebantur. Ingenti quidem animo Diuus Titus securitati nostræ vltionique prospexerat, ideoque Numinibus æquatus est, sed quanto tu quandoque dignior cælo, qui tot res illi adiecisti propter quas illum Deum fecimus? Id hôc magis arduum fuit, quòd Imperator Nerua, te filio, te successore dignissimus, * per quem magna quædam edicto Titi astruxerat, nihilque reliquisse tibi videbatur, qui tam multa excogitasti vt si ante te nihil esset inuentum. Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adiecissent? At tu simul omnia * perfudisti, vt Sol & dies non parte aliqua, sed statim totus, nec vni, aut alteri, sed omnibus in commune profertur. Quàm iuuat cernere ærarium silês & quietum, & quale ante delatores erat! Nunc templum illud, nunc verè Deus, non spoliarium ciuium, cruentarumque prædarum sæuum receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus vnus in quo optimo Principe boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica vtilitate conuulsum, nec pœna cuiquam remissa, sed addita est vltio, solumque mutatum quòd iam non delatores, sed leges timentur. * Ac fortasse non eadem seueritate fiscum qua ærarium cohibes. Immò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Dicitur Actori, atque etiam Procuratori tuo, In ius veni, sequere ad tribunal: nam tribunal quoque * excogitatum cruciatu est par ceteris, nisi illud litigatoris amplitudine

[Margin notes: per quam CR. — nisi V. acuti. — f. profudisti — At VCCR — Vide notas.]

ne metiaris. Sors & vrna fisco iudicem assi-
? Licet reijcere, licet exclamare. Hunc nolo,
nidus est, & bona sæculi parum intelligit) il-
volo, quia Cæsarem fortiter amat. Eodem fo-
untur Principatus & libertas. Quæ præcipua
gloria est, sæpiùs vincitur Fiscus, cuius mala
à nunquam est nisi sub bono Principe. Ingens
meritum, maius illud, quòd eos Procuratores
is, vt plerumque ciues tui non alios iudices
int. Liberum est* autem disceptanti dicere, *f. tamen*
o eum eligere. neque enim vllam necessitatem
neribus tuis addis, vt qui scias hanc esse benefi-
um Principalium summam, si illis & non vti
t. Onera imperij pleraque vestigalia institui
ro vtilitate communi, ita singulorum iniurijs
gerunt. His vigesima reperta est, tributum tole-
le & facile heredibus dumtaxat extraneis, do-
sticis graue. Itaque illis irrogatum est, his re-
sum, videlicet quòd manifestum erat quanto
a dolore laturi, seu potiùs non laturi homines
nt destringi aliquid & abradi bonis quæ san-
ne, gentilitate, sacrorum denique societate me-
sent, quæque numquam vt aliena & speranda,
vt sua semperque possessa, ac deinceps proxi-
cuique transmittenda cepissent. Hæc mansue-
o legis veteribus ciuibus seruabatur. Noui, seu
Latium in ciuitatem, seu beneficio Principis
issent, nisi simul cognationis iura impetrassent,
nissimi habebantur quibus coniunctissimi fue-
. Ita maximum beneficium vertebatur in gra-
imam iniuriam, ciuitasque Romana instar erat
, & discordiæ, & orbitatis, cùm carissima pi-
ra salua ipsorum pietate distraheret. Inuenie-
tur tamen quibus tantus amor nominis nostri
set, vt Romanam ciuitatem non vigesimæ mo-

dò, verùm etiam affinitatum damno bene compensari putarent. Sed iis maximè debebat* gratuita contingere à quibus tam magnò æstimabatur. Igitur pater tuus sanxit vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis peruenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non recepissent cùm ciuitatem adipiscerentur, eius vigesimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modò * reductus esset in patris* potestatem, ratus improbè & insolenter, ac penè impiè his nominibus inseri publicanum, nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente vigesima scindi. Nullum esse tanti vectigal quod liberos ac parentes faceret extraneos. Hactenus ille, parciùs fortasse quàm decuit optimum Principem, sed non parciùs quàm optimum patrem, qui optimum adoptaturus hoc quoque parentis indulgentissimi fecit, quòd delibasse quædam, seu potiùs demonstrasse contentus, largam ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit. Statim ergo muneri eius liberalitas tua astruxit, vt quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filij pater esset immunis, nec eodem momento quo pater esse desisset hoc quoque amitteret quod fuisset. Egregiè, Cæsar, quòd lacrymas parentum vectigales esse non pateris. Bona filij pater sine deminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat qui non habet luctus. Nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem quid reliquerit filius scire. Augeo P. C. Principis munus cùm ostendo liberalitati eius inesse rationem. ambitio enim, & iactantia, & effusio, & quidvis potius quàm liberalitas existimanda est cui ratio non constat. Dignum ergo Imperator mansuetudine tua minuere orbitatis iniurias, nec

gratuitò V

f relictus
f potestate

ec, pati quemquam filio amiſſo inſuper affi-
alio dolore. Sic quoque abundè miſera res eſt
ater filio * ſolus heres. Quid ſi cohæredem non à *ſine nepotibus.*
lio accipiat? Adde quòd cùm Diuus Nerua ſan-
iſſet vt in paternis bonis liberi neceſſitate vigeſi-
ıæ ſoluerentur, congruens erat eandem immu-
itatem parentes in liberorum bonis obtinere.
ır enim poſteris amplior honor quàm maioribus
aberetur? curve nō retro quoque recurreret ęqui-
ıs eadem? Tu quidem Cæſar illam exceptionem
:mouiſti, ſi modò filius in poteſtate patris fuiſſet,
ıtuitus (opinor) vim legemque naturæ, quæ ſem-
er in ditione parentum eſſe liberos iuſſit, nec vti
ıter pecudes, ſic inter homines poteſtatem & im-
erium valentioribus dedit. Nec verò contentus
rimum cognationis gradum abſtuliſſe vigeſimæ,
:cundum quoque exemit, cauitque vt in ſororis
onis frater, & contrà in fratris ſoror, vtque auus,
uia in neptis nepotiſque, & inuicem illi ſeruaren-
ır immunes. His quoque quibus per Latium ciui-
ıs Romana patuiſſet idem indulſit, omnibuſque
ıter ſe cognationum iura commiſit ſimul & pari-
r, & more naturæ, quæ priores Principes à ſingu-
s rogari geſtiebant non tā præſtandi animo quàm
egandi. Ex quo intelligi poteſt quantæ benignita-
s, quanti ſpiritus fuerit ſparſas atque (vt ita di-
ım) laceras gentilitates colligere atque conne-
:ere, & quaſi renaſci iubere, deferre quod negaba-
ır, atque id præſtare cunctis quod ſæpè ſinguli
on impetraſſent, poſtremò ipſum ſibi eripere tot
eneficiorum occaſiones, tam numeroſam obli-
ındi imputādique materiam. Indignum, (credo)
viſum ab homine peti quod DI dediſſent, (Soro-
s eſtis & frater, auus & nepotes? Quid eſt ergo
cur egetis vt ſitis, vobis eſtis) qui pro cetera ſua *Vide nota.*

 mode-

moderatione non minùs inuidioſum putat dare
hereditatem quàm auferre. Læti ergo adite hono-
res, capeſſite ciuitatem. Neminem hoc neceſſitu-
dinis abruptum velut truncum amputatumq́ue
deſtituet. Iiſdem omnes quibus antè pignoribus,
ſed honeſtiores perfruentur. Ac ne remotis
quidem, iamq́ue deficientis affinitatis gradus à
vt prius, c qualibet quantitate vigeſimam ⸗ inferre cogetur.
ſtatuit enim communis omnium parens ſummam
quæ publicanum pati poſſet. Carebit onere vige-
ſimæ parua & exilis hereditas, & (ſi ita gratus he-
res volet) tota ſepulcro, tota funeri ſeruetur, ne-
mo obſeruator, nemo caſtigator aſſiſtet. Cuiuſcun-
ſ. alicui que modi ea pecunia ex hereditate * alicuius ob-
uenerit, ſecurus habeat, quietuſque poſſideat. Ea
lex vigeſimæ dicta eſt, vt ad periculum eius per-
ueniri niſi opibus non poſſit. Conuerſa eſt iniqui-
tas in gratulationem, iniuria in votum, optat herès
vt vigeſimã debeat. Additum eſt vt qui eiuſmodi
diem c c ex cauſis in* idem edicti vigeſimã deberent, non-
ſ. Et dum tamẽ intuliſſent, non inferrent.*At in præte-
ritum ſubuenire ne DI quidem poſſunt, tu tamen
ſubueniſti, cauiſtique vt deſineret quiſque debere
Vide notas. quod non eſſet poſtea debiturus. ⸗ Idem * feciſti
effeciſti c ne malos Principes habuiſſemus, quo ingenio ſi
Natura pateretur. Quàm libenter tot ſpoliatis, tot
trucidatis ſanguinem, & bona refudiſſes? Vetuiſti
exigi quod deberi non tuo ſæculo cœperat. Alius
vt contummacibus iraſceretur, tarditatemq́ue ſol-
uendi dupli, vel etiam quadrupli irrogatione mul-
taret, tu nihil referre iniquitatis exiſtimas exigas
quod P quod deberi non oportuerit, an conſtituas * vt de-
beatur. Feres, Cæſar, curam & ſollicitudinem
Conſularem. nam mihi cogitanti eundem te col-
lationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congia-
tium

um obtulisse, delatores abegisse, vectigalia temerasse, interrogandus videris satisne computaueris imperij reditus, an tantas vires habeat frugalitas Principis, vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. nam quid est causæ cur aliis quidem, cùm omnia raperent, & rapta retinerent, vt si nihil rapuissent, defuerint omnia; tibi, cùm tam multa largiaris, & nihil auferas, omnia supersint? Nunquam Principibus defuerunt qui fronte graui & tristi supercilio vtilitatibus fisci cõtumaciter adessent. Et erant Principes ipsi sua sponte auidi & rapaces, & qui magistris non egerent, plura tamen semper à nobis contra nos didicerunt. Sed ad tuas aures cùm ceteris omnibus, tùm vel maximè auaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo & quiescũt, & postquã non est cui suadeatur, qui suadeant non sunt. Quo euenit vt tibi* cùm plurimum pro tuis, *tũ pro nostris moribus debeamus. Locupletabant & fiscum & ærarium non tam Voconiæ, & Iuliæ leges, quàm maiestatis singulare & vnicum crimen eorum qui crimine vacarent. Huius tu metum penitus sustulisti, contentus magnitudine. Qua nulli magis caruerunt quàm qui sibi maiestatem vindicabant. Reddita est amicis fides, liberis pietas, obsequium seruis. Verentur, & parent, & dominos habẽt. non enim iam serui Principis nostri amici, sed nos sumus, nec Pater patriæ alienis se mancipiis cariorem quàm ciuibus suis credit. Omnes accusatore domestico liberasti, vnoque salutis publicæ signo illud (vt sic dixerim) seruile bellum sustulisti, In quo non minus seruis quàm dominis præstitisti. * hos enim securos, illos bonos fecisti. Non vis interea laudari, nec fortasse laudanda sint, grata sunt tamen recordantibus Principem, illum in capita dominorum seruos

nihil retinuissent, c c

vt si nihil largiaris, & auferas, c

s. quidem

cum plurimum v c

plus tamen pro vo

nos V

uos subornantem, monstrantemque crimina quæ tanquam delata puniret, magnum, & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum quoties quisque similes Principi seruos haberet. In eodem genere ponendum est quòd testamenta nostra secura sunt, nec vnus omnium nunc quia scriptus heres. Non tu falsis, non tu iniquis tabulis aduocaris. Nullius ad te iracundia, nullius impietas, nullius furor cōfugit, nec quia offendit alius nuncuparis, sed quia ipse meruisti. Scriberis ab amicis, ab ignotis præteriris, nihilque inter priuatum & Principem interest, nisi quòd nunc à pluribus amaris. nam & plures amas. * Tenes Cæsar hunc cursum, & * probatur experimento sitne feracius & vberius non ad laudem modò, sed ad pecuniam Principi si herede illo mori homines velint, quàm si cogantur. Donauit pater tuus multa, & ipse donasti. Cesserit parum gratus, manent tamen ij qui bonis * eius, nihilque ex illis ad te nisi gloria redit. nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Sed quis antè te laudem istam pecuniæ prætulit? Quotusquisque Principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit quod esset de suo? Nonne vt Regum, ita Cæsarum munera illitos cibis hamos, opertos præda laqueos æmulabantur, cùm priuatis facultatibus velut hausta & multiplicata retro secum quidquid attigerant referrent? *Quàm vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse?* Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti, quæ tunc erat innocentium vita. Scis, & expertus es quantopere detestentur malos Principes etiam qui malos faciunt. Meministi quæ optare nobiscum, quæ sis queri solitus. nam priuato iudicio Principem geris, meliorem immò te præstas quàm tibi alium precabare. Itaq. sic

nunc quia non scriptus, C f. es

Tene C probabitur C probiter Vs. probetur.

f. tuis fruuntur CG

c imbuti sumus, vt quibus erat summa votorum
ıelior pessimo Princeps, iam non possimus nisi
ptimum ferre. Nemo est ergo tam tui, tam igna-
us sui, vt locum * ipsum post te concupiscat. Faci- f ipsum
ıus est vt esse aliquis successor tuus possit quàm vt
elit. quis enim curæ tuæ molem sponte subeat?
uis comparari tibi non reformidet? Expertus &
pse es quàm sit onerosum succedere bono Princi-
i, & * afferebas excusationem * adoptari. An pro- effer. v f. eam affer. adoptati VR. f adoptanti
a paruaque sunt ad æmulandum quòd nemo in-
olumitatem turpitudine rependit? Salua est om-
ibus vita, & dignitas vitæ, nec iam consideratus
c sapiens qui ætatem in tenebris agit, eadem quip-
e sub Principe virtutibus præmia quæ in liber-
ıte. Nec benefactis tantùm * & conscientia mer- ex consc. VCGR. sed etiam præmia CG
es. Amas constantiam ciuium, rectosque ac vi-
idos animos non (vt alij) contundis ac deprimis,
ed foues & attollis. Prodest bonos esse, cùm sit sa-
s abundeque si non nocet. His honores, his Sa-
erdotia, his prouincias offers, hi amicitia tua, hi
udicio florent. Acuuntur isti integritatis & in-
ustriæ pretio, similes, dissimiles alliciuntur. nam
ræmia bonorum malorumque bonos ac malos
ıciunt. Pauci adeò ingenio valent, vt non turpe
onestumque prout benè ac secus cessit expetant,
ıgiántve. Ceteri vbi laboris inertiæ, vigilantiæ
omno, frugalitatis luxuriæ merces datur, eadem
ta quibus alios artibus assecutos vident conse-
tantur, qualesque sunt illi tales esse & videri vo-
ınt, & dum volunt fiunt. Et priores quidem
'rincipes, excepto patre tuo, præterea vno, aut al-
ero, (Et nimis dixi) vitijs * potiùs ciuium quàm pænis v
irtutibus lætabantur, primùm quòd in alio sua
uemque natura delectat, deinde quòd patientio-
es seruitutis arbitrabantur quos non deceret esse

nisi seruos. Horum in sinum omnia congerebant, bonos autem otio, aut situ abstrusos & quasi sepultos non nisi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis. Et hercule æquum est esse eos carissimos bono Principi qui inuisi malo fuerint. Scis vt * sicut diuersa natura dominatio & Principatus, ita non aliis esse Principem gratiorem quàm qui maximè dominum grauentur. Hos ergò prouehis, & ostentas, quasi specimen & exemplar quæ tibi secta vitæ, quod hominum genus placeat. Et ideo non Censuram adhuc, non Præfecturam morum recepisti, quia tibi beneficiis potiùs quàm remediis ingenia nostra experiri placet. Et alioquin nescio an plus moribus conferat Princeps qui bonos esse patitur quàm qui cogit. Flexibiles quamcunque in partem ducimur à Principe, atque (vt ita dicam) sequaces sumus. huic enim cari, huic probati esse cupimus, (quod frustra sperauerunt dissimiles) eoque obsequij continuatione peruenimus, vt propè omnes homines vnius moribus viuamus. Porrò non tam sinistre constitutum est, vt qui malum Principem possumus bonum non possimus imitari. Perge modò Cæsar, & vim effectumque Censuræ tuum propositum, tui actus obtinebūt. * nam vita Principis Censura est, eaque perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus est quàm exemplo. quippe *infidelis recti magister est metus*. Meliùs homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quòd approbant quæ præcipiunt fieri posse. Et quis terror valuisset efficere quod reuerentia tui effecit? Obtinuit aliquis vt spectaculum pantomimorum populus R. tolli pateretur, sed non obtinuit vt vellet. Rogatus es tu quod cogebat alius

f. sunt

namque a

alius, cœpitque esse beneficium quod necessitas uerat. neque enim à te minore concentu vt tolle-es pantomimos quàm à patre tuo vt restitueret xactum est. Vtrumque rectè. nam & restitui oporebat quos sustulerat malus Princeps, & tolli restiutos. in his enim quæ à malis benè fiunt hic tenenlus est modus, vt appareat auctorem displicuisse, ion factum. Idem ergo populus ille aliquando cenici Imperatoris spectator & applausor nunc n pantomimis quoque * aduersatur & damnat ffeminatas artes, & indecora sæculo studia. Ex juo manifestum est Principum disciplinam cape-e etiam vulgus, cùm rem, si ab vno fiat, seuerissinam fecerint omnes. Macte hac grauitatis gloria Cæsar, qua consecutus es vt quod antea vis & imerium nunc mores vocarentur. Castigauerunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur, iidemque emendatores qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de seueritate tua queritur. Et liberum est queri. Sed cùm ita comparatum sit, vt de nullo minus Principe querantur homines quàm de quo maximè licet, * tamen in sæculo nihil est quo non omne hominum genus lætetur & gaudeat. Boni prouehuntur, mali (qui est tranquillissimus status ciuitatis) nec timent, nec timentur. * Mederis erroibus, sed implorantibus, omnibusque quos bonos facis hanc astruis laudem, ne coëgisse videaris. Quid? vitam, quid? mores iuuentutis quàm Principaliter formas? Quem honorem dicendi magistris, quam * dignitatem sapiētiæ doctoribus habes? Vt sub te spiritum & sanguinem & patriam receperunt studia, quæ priorum temporum immanitas exilijs puniebat, cùm sibi vitiorum omnium conscius Princeps inimicas vitiis artes non odio magis quàm reuerentia relegaret? At tu easdem artes in

Domitianus.

euersa

tum

Vitiorum pœnitentiam expectas. C C

dignationem V C

in complexu, oculis, auribus habes. præstas enim quæcunque præcipiunt, tantumque eas diligis quantum ab illis probaris. An quisquã studia humanitatis professus non cùm omnia tua, tùm vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Magno quidem animo parens tuus hanc ante * hos Principes arcem publicarum ædium nomine inscripserat, frustra tamen, nisi adoptasset qui habitare vt in publicis posset. Quàm bene cum titulo isto moribus tuis conuenit, quamque omnia sic facis tanquam non * alius inscripserit! quod enim forum, quæ templa tam reserata? Non Capitolium, ipsaque illa adoptionis tuæ sedes magis publica, magis omnium. Nullæ obices, nulli cõtumeliarum gradus, superatisque iam mille liminibus vltrà semper aliqua dura & obstantia. Magna ante te, magna post te, iuxta te tamen maxima quies. Tantum vbique silentium, tam altus pudor, vt ad paruos Penates & Larem angustum ex domo Principis modestiæ, = tranquillitatis exempla referantur. Ipse autem vt excipis omnes? vt expectas? vt magnam partem dierum inter tot imperij curas quasi per otium transigis? Itaque * non (vt aliàs) attoniti, nec vt periculum capitis adituri tarditate, sed securi & hilares cùm commodum est conuenimus, & admittente Principe interdum est aliquid quod nos domi quasi magis necessarium teneat. Excusati semper tibi, nec vnquam = excusandi sumus. scis enim sibi quemq. præstare quòd te videat, quòd te frequentet, ac tanto liberaliùs ac diutiùs voluptatis huius copiam præbes. Nec salutationes tuas fuga & vastitas sequitur. Remoramur, resistimus vt in communi domo. Quam nuper = immanissima bellua plurimo terrore munierat, cùm velut quodam specu inclusa nunc propin-

vos v id est, te & Neruam.

scilicet quàm tu.

& V C G R

non alij & attoniti V C

magis V

illa V C G R

in quorum sanguinem lamberet, nunc se ad claissimorum ciuium strages cædesque proferret. Obuersabantur foribus horror & minæ, & par metus admissis & exclusis. * Ad hæc ipse occursu quoque visuque terribilis. Superbia in fronte, ira n oculis, femineus pallor in corpore, in ore impulentia multo rubore suffusa. Non adire quisquam, non alloqui audebat tenebras semper secretumque captantem, nec vnquam ex solitudine sua rodeuntem nisi vt solitudinem faceret. Ille tamen quibus sibi parietibus & muris salutem suam ueri videbatur dolum secum & insidias; & vltoem scelerum Deum inclusit. Dimouit perfregitque custodias Pœna, angustosque per aditus & obstructos non secus ac per apertas fores & inuitania limina irrupit; longéque tunc illi diuinitas sua, ongè arcana illa cubilia sæuique secessus, in quos imore; & superbia, & odio hominum agebatur. Quantò nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam eius non crudelitatis, sed amoris xcubiis, non solitudine & claustris defenditur? Ecquid ergo discimus experimento *fidissimam esse custodiam Principis ipsius innocentiam? Hæc arx inacessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non ere.* Frustra se terrore succinxerit qui septus caitate non fuerit. armis enim arma irritantur. Num autem serias tantum partes dierum in oculis ostris cœtuque consumis? Non remissionibus uis eadem frequentia eademque illa socialitas inest? Non tibi semper in medio cibus, semperue mensa communis? Non ex conuictu nostro mutua voluptas? Non prouocas, reddisque serones? Non ipsum tempus epularum tuarum um frugalitas contrahat, extendit humanitas? non uim ante medium diem distentus solitaria cena

Ad hæc *

sed ciuium celebritate co

spect-

ſpectator annotatorque conuiuis tuis immines, nec ieiunis & inanibus plenus ipſe * eructans non tam apponis quàm obijcis cibos quos dedigneris attingere, ægreque perpeſſus ſuperbam illam conuictus ſimulationem rurſus te ad clandeſtinam ganeam occultumque luxum refers. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia cenarum, ſed ſuauitatem tuam iucunditatemque miramur. Quibus nulla ſatietas adeſt, quando ſincera omnia, & vera, & ornata grauitate. neque enim aut peregrinæ ſuperſtitionis myſteria, aut obſcœna petulantia menſis Principis oberrat, ſed benigna inuitatio, & liberales ioci, & ſtudiorum honor. Inde tibi parcus & breuis ſomnus, nullumque amore noſtri anguſtius tempus quàm quod ſine nobis agis. Sed cùm rebus tuis vt participes perfruamur, quæ habemus ipſi quàm propria, quàm noſtra ſunt? non enim exturbatis prioribus dominis omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum immēſa poſſeſſione circumuenis, nec vnius oculis flumina, fontes, maria deſeruiunt. * Ecquid Cæſar non ſuum videat, tandemque imperiū Principis quàm patrimonium maius eſt. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores Principes occupabant, non vt ipſi fruerētur, ſed ne quis alius. Ergo in veſtigia ſedeſque nobilium immigrant pares domini, nec iam clariſſimorum virorum receptacula habitatore ſeruo teruntur, aut fœda vaſtitate procumbunt. Datur intueri pulcherrimas ædes deterſo ſitu auctas ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modò, ſed erga tecta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera eodem quo extructa ſunt animo ab interitu vindicare. Muta quidem illa, & anima carentia, ſentire tamen & lætari videntur quòd

f, & ructans

Eſt quod Caſ. e

uòd niteant, quòd frequententur, quòd aliquan-o cœperint esse * donum scientis. Circumfertur ib nomine Cæsaris tabula ingẽs rerum venalium, quòd sit detestanda auaritia * illius qui tam mul- concupiscebat, cùm haberet superuacua tam ulta. * Tamen exitialis erat apud Principem. uic laxior domus, illi amœnior villa, nunc Prin-ps in hæc eadem dominos quærit, ipse inducit. sos illos magni aliquando Imperatoris hortos, lud nunquam nisi Cæsaris suburbanum licemur, nimus, implemus. Tanta benignitas Principis, nta securitas temporum est, vt ille nos Principa-bus rebus existimet dignos, nos non timeamus iòd digni esse videmur. * Nunc verò emendi ntum ciuibus tuis copiam præbes, sed amœnissi-a quæque largiris & donas, * ita inquam donas quæ electus, in quæ adoptatus es. Trãsfers quod dicio accepisti, ac nihil magis tuum credis quàm uòd per amicos habes. Idem tam parcus in ædi-cando, quàm diligens in tuendo. Itaque non (vt ntè) immanium transuectione saxorum Vrbis te-a quatiuntur. Stant securæ domus, nec iam tem-a nutantia. Satis est tibi, nimiumque (cùm suc-ssseris frugalissimo Principi) * magis reijcere iquid & amputare ex iis quæ Princeps tanquam ecessaria reliquit. Præterea pater tuus vsibus suis trahebat quæ fortuna imperij dederat, * tutius iod pater. At quàm magnificus in publicum es? inc porticus, inde delubra occulta celeritate pro-rantur, vt non consummata, sed tantùm com-utata videantur. Hinc immensum latus Circi mplorum pulchritudinem prouocat, digna po-lo victore gentium sedes, nec minus ipsa visen-quàm quæ ex illa spectabuntur. Visenda autem m cetera specie, tùm quòd æquatus plebis ac Prin-

dominum non ser-uentu C C.
f. Quòd sit Neronis.
Tum exit. V
Nec V C C R.
f. ista
f. ex
magnum reijc. V C
Vide notas.

Principis locus. siquidem per omne spatium vna facies, omnia continua & paria, nec magis proprius spectandi Cæsaris suggestus quàm propria quæ spectet. Licebit ergo ciuibus tuis inuicem contueri, dabitur non cubiculum Principis, sed ipsum Principem cernere in publico, in populo sedentem, populo, cui locorum quinque millia adiecisti. auxeras enim numerum eius congiarij facilitate, maioremque in posterum suscipi liberalitatis tuæ fide iusseras. Horum vnum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, & media inter Deos sedes auro staret, aut ebore, augustioribusque aris, & grandioribus victimis inuocaretur. Tu delubra non nisi adoraturus intras. Tibi maximus honor excubare pro templis, postibusque prætexi. Sic fit vt Dei summum inter homines fastigium seruent, cùm Deorum ipse non adeptus. Itaque tuam statuam in vestibulo Iouis Opt. Max. vnam, alteramue, & hanc æream cernimus. At paulò antè aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat, seu potiùs polluebatur, cùm incesti Principis statuis permixta Deorum simulacra sorderent. Ergo istæ quidem æreæ, & paucæ manēt, manebuntque quadiu templum ipsum, illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerunt. Iuuabat illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, sæuire securibus, vt si singulos ictus sanguis dolorque sequeretur. Nemo tam temperans gaudij, seræque lætitiæ, quin instar vltionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremò truces horrendasque imagines abiectas, excoctasque flammis, vt ex illo terrore & minis in vsum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. Simili reuerentia, Cæsar, non apud Genium tuum bonitati

tuæ

æ gratias agi,sed apud Numen Iouis Opt. Max.
teris. Illi debere nos quidquid debeamus, illius
ıòd benè facias muneris esse qui te dedit. Antè
ıidem ingentes hostiarum greges per * Capito- *Capitolinum c̃*
ım iter magna sui parte velut intercepti diuerte-
via cogebantur, cùm sæuissimi domini atrocis-
na effigies tanto victimarum cruore coleretur
ıantum ipse humani sanguinis profundebat.
mnia P.C. quæ de alijs Principibus à me aut di-
.tur,aut dicta sunt,eò pertinet, vt ostēdam quàm
nga consuetudine corruptos deprauatosque mo-
s Principatus parens noster reformet & corrigat.
.lioqui nihil non parum gratè sine comparatio- *f. Et*
: laudatur. Præterea hoc primum erga optimum
nperatorem piorum ciuium officium est, inse-
ıi dissimiles. neque enim satis * amarit bonos *amarint c̃ ö*
rincipes qui malos satis nō * oderit. Adiice quòd *oderint c o*
nperatoris nostri non aliud amplius ac diffusius
eritum est quàm quòd insectari malos Principes
.tum est. An excidit dolori nostro modò vindica-
.s Nero? * Permitteret (credo) famam vitāque eius *κατ' εἰρωνεί-αν.*
ırpi qui mortem vlciscebatur, nec vt in se dicta
terpretaretur quæ de simillimo dicerentur. Qua-
ego te Cæsar muneribus * omnibus tuis om- *deest*
bus comparo, multis antepono quòd licet nobis
in præteritum de malis Imperatoribus quotidie
ndicari, & futuros sub exemplo præmonere nul-
m locum, nullum esse tempus quo funestorum
·incipum Manes à posterorum execrationibus
ınquiescant. Quo constantiùs P. C. & dolores
ıstros & gaudia proferamus, * ingemiscamus il- *latemur his*
quæ patiebamur. Simul vtrumque faciendum *quibus fruimur, c̃ ö*
t sub bono Principe. Hoc secreta nostra, hoc ser-
ones, hoc ipsæ gratiarum actiones agant, memi-
·rintque sic maximè laudari incolumem Impera-

torem, si priores secus meriti reprehendantur. nam cùm de malo Principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem. * Et quis iam locus miseræ adulationis manebat?, cum laudes Imperatorum ludis etiam & comessationibus celebrarentur saltarenturque, atque in omne ludibrium effeminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur? Sed illud indignum, quòd eodem tempore in Senatu & in scena ab histrione & à Consule laudabantur. Tu procul à tui cultu ludicras artes remouisti. Seria ergo te carmina, honorque æternus annalium, non hæc breuis & pudenda prædicatio * colit. Quinetiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de re scenæ silebunt. Sed quid ego istud admiror, cùm eos quoque honores qui tibi à nobis offeruntur aut delibare parcissimè, aut omnino soleas recusare? Nihil antè tam vulgare, tam paruũ in Senatu agebatur, vt non laudibus Principum immorarentur quibuscunque censendi necessitas accidisset. De ampliando numero gladiatorum, aut de instituendo collegio fabrorum cõsulebamur, & quasi prolatis imperij finibus nunc ingentes arcus, excessurosque templorum fastigium titulos, nunc menses etiam, nec hos singulos, nomini Cæsarum dicebamus. Patiebantur illi, & quasi meruissent, lætabantur. At * non quis nostrûm, tanquã oblitus eius de quo refertur, censendi officium Principis honore consumit? Tuæ moderationis hæc laus, constantia nostra, & tibi obsequimur quòd in Curiam non ad certamen adulationum, sed ad vsum munusque iustitiæ conuenimus, hanc simplicitati tuæ veritatiq; gratiam relaturi, vt te quæ vis velle, quæ non vis nolle credamus. Incipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini sub alio Principe

Ecquis v c
gnarus V Lege Ignarus ex c R.

tuis c

nunc qu. v c

:ipe non posset. Nam plerosque ex decretis ho-
ıoribus & alij non receperunt, nemo antè * tantus f u
uit vt crederetur noluisse decerni. Quod ego titu-
is omnibus speciosius reor, quando non trabibus,
ut saxis nomen tuum, sed monumẽtis æternæ lau-
lis inciditur. Ibit in sæcula fuisse Principem cui
lorenti & incolumi nunquam nisi modici hono-
es, sæpiùs nulli decernerentur. Et sanè si velimus
um priorum temporum necessitate certare, vince-
nur. ingeniosior est enim ad excogitandum simu-
atio veritate, seruitus libertate, metus amore. Si-
nul cùm iampridẽ nouitas omnis adulatione con-
umpta sit, non alius ergà te nouus honor superest
uàm si aliquando de te tacere audeamus. Age, si
uando pietas nostra silentium rupit, & verecun-
iam tuam vicit, quæ qualiaque * decernimus nos, f. aut
tu non recusas? Vt appareat non superbia & fa- aut V
:idio te amplissimos honores repudiare, qui mino-
es non dedigneris. Pulchrius hoc Cæsar, quàm si
ecusares omnes. nam recusare omnes ambitionis,
noderationis est eligere parcissimos. Quo tempe-
amento & nobis & ærario prodes, quòd sumpti-
ıus eius abhibes modum, * & qui exhaustum non vt qui vẽr.
s innocentium bonis repleturus. Stant igitur effi-
ies tuæ quales olim ob egregia in remp. merita
riuatis dicabãtur. Visuntur eadem è materia Cæ-
aris statuæ qua Brutorum, qua Camillorum. Nec
iscrepat causa. illi enim reges, hostemq; victo-
em mœnibus depulerũt, hic regnum ipsum, quæ-
ue alia captiuitas gignit arcet ac submouet, se-
emque obtinet Principis, ne sit domino locus.
.c mihi intuenti sapientiam tuam minùs mirum
idetur quòd mortales istos caducosque titulos aut
epreceris, aut temperes. scis enim vbi vera Princi-
is, vbi sempiterna sit gloria, vbi sint honores in

quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. arcus enim, & statuas, aras etiam, templaque demolitur & obscurat obliuio, negligit carpitque posteritas. Contrà contemptor ambitionis, & infinitæ potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate florescit, nec ab vllis magis laudatur quã quibus minimè necesse est. *Nõ ergo perpetua Principi fama, quæ inuitum manet, sed bona concupiscenda est. Ea porrò non imaginibus & statuis, sed virtute ac meritis prorogatur. Quinetiam leuiora hæc, formam Principis figuramque, non aurum meliùs, vel argentum quàm fauor hominum exprimat, teneatque. Quod quidem prolixè tibi cumulateque contingit, cuius lætissima facies, & amabilis vultus in omnium ciuium ore, oculis, animo sedet. Annotasse vos credo P.C. iamdudum me non eligere quæ referam. propositum est enim mihi Principem laudare, non Principis facta. nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. Quare non alia maior imperator Auguste gloria tua quàm quòd agentibus tibi gratias nihil velãdum est, nihil* omittendũ est. quid, est enim in Principatu tuo quod cuiusquam prædicatio vel transilire, vel præteruehi debeat? Quod momentũ, quod immò tẽporis punctũ aut beneficio sterile, aut vacuum laude? Non omnia eiusmodi, vt is optimè te laudasse videatur qui narrauerit fidelissimè? Quo fit vt propè in immensum diffundatur oratio mea. Et necdum de biennio loquor. Quàm multa dixi de moderatione, & quanto plura adhuc restant? Vt illud, quòd secundum Consulatum recepisti quia Princeps & pater deferebat, at postquam ad te imperij summam, & cùm omnium rerum, tùm etiam tui potestatem DI *trãstulerint tertium Consulatum recusasti, cùm agere

Præterea vt quisque factus est Princeps, extemplo fama eius incertum bona, an mala, ceterùm æterna est CC

f. omitt. ecquid

transtulerunt a.

ere tam bonum Consulem posses. Magnum est
fferre honorem, gloriam maius. Gestum Consu-
um mirer, an non receptum? Gestus non in hoc
·bis otio, & intimo sinu pacis, sed iuxta Barba-
; gentes, vt illi solebant quibus erat moris palu-
mento mutare prætextam, ignotasque terras vi-
)ria sequi. Pulchrum imperio, gloriosum tibi
m te socij atque amici sua in patria, suis in sedi-
.s adierunt. Decora facies Consulis, multa post
cula tribunal viridi cespite extructum, nec fas-
ım tantùm, sed pilorum, signorumque honore
cumdatum. Augebant maiestatem præsidentis
ıersi * populâtium habitus, ac dissonæ voces, ra- *posful. vocu*
que sine interprete oratio. Magnificum est ciui-
ıs iura; quid hostibus reddere? Speciosum certam
ri pacem; quid immanes campos sella curuli, vi-
)risque vestigio premere? Imminere minaci-
ıs ripis tutum quietumque; quid spernere Barba-
s fremitus, hostilemque terrorem non armorum
agis quàm togarum ostentatione compescere?
ıque non te apud imagines, sed ipsum præsentem
ıdientemque consalutabant Imperatorem, no-
enque quod alij domitis hostibus tu contemptis
erebare. Hæc laus acti Consulatus, illa dilati,
ıòd adhuc initio Principatus, vt iam * excusatus *exatiatus eg.*
)noribus & expletus, Consulatū recusasti, quem *gregiè*
)ui Imperatores destinatū alijs in se transferebāt.
ıit etiam qui in Principatus sui fine Consulatum,
ıem dederat ipse, magna ex parte iam gestum ex-
rqueret & raperet. Hoc ergo honore quem & in-
pientes Principes, & desinentes adeò concupis-
ınt vt auferant, tu otioso ac vacante priuatis ces-
ti. Inuidiósúsne erat aut tibi tertius Consulatus,
ıt Principi primus? (nam secundum Imperator
ıidem, sub Imperatore tamen inisti, nihilque im-
 putari

putari in eo vel honori potest, vel exemplo, nisi obsequium) Ita verò quæ ciuitas quinquies, atque etiam sexies Consules vidit, non illos qui expirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur, sed quibus sepositis & absentibus in rura sua Consulatus ferebantur, in hac ciuitate tertium Consulatum Princeps generis humani vt * pergrauem recusasti? Tātone Papyriis etiam, & Quinctiis moderatior Augustus, & Cæsar, & Pater patriæ? At illos resp. ciebat. Quid? te non eadem resp.? non Senatus? non Consulatus ipse? qui sibi tuis humeris attolli & augescere videtur. Non te ad exemplar eius voco qui continuis Consulatibus fecerat longum quendam & sine discrimine annū, * iis te confero quos certum est quoties Consules fuerūt non sibi præstitisse. Erat in Senatu ter Consul cùm tu tertium Consulatū recusabas. * Onerosum nescio quid verecundiæ tuæ consensus noster indixerat, vt Princeps toties Consul esses quoties Senator tuus. Nimia modestia istud etiam priuatus recusasses. An Consularis viri, triumphalisque filius cùm tertiò Consul creatur * ascendit? non debitum hoc illi? non vel sola generis claritate * promeritū? Contigit ergo priuatis aperire annum, Fastosque reserare, & hoc quoq; redditæ libertatis indicium fuit, quòd Consul alius quàm Cæsar esset. Sic exactis Regibus cœpit liber annus, sic olim seruitus pulsa priuata Fastis nomina induxit. Miseros ambitionis qui ita Consules semper vt semper Principes erāt. Quanquam non ambitio * magis quàm liuor & malignitas videri potest omnes annos possidere, summumque illud purpuræ decus non nisi præcerptum præfloratumque transmittere. Tuam verò magnanimitatem, an modestiam, an benignitatem priùs mirer? Magnanimitas fuit expetito sem-

per

f. pergrauem

hi vcr

κατ' εἰρωνείαν.

crescit & ornatur: pramer. vc

abst V

per honore abstinere, modestia cedere, benignitas
per alios frui. Sed iam tẽpus est te ipsi Consulatui
præstare vt maiorẽ eum suscipiendo gerendoq; fa-
cias. nam sæpiùs recusare ambiguam, ac potiùs il-
lam interpretationem habet, tanquam minorem
putes. Tu quidem vt maximum recusasti, sed hoc
persuadere nemini poteris nisi aliquando & non
recusaueris. Cùm arcus, cùm tropæa, cùm statuas
deprecaris, tribuenda est verecundiæ tuæ venia. illa
enim sanè tibi dicantur. * cùm verò postulamus *Vide notas.*
et futuros Principes doceas inertiæ renunciare,
paulisper delicias differre, paulisper & saltem ad
breuissimum tempus ex illo felicitatis somno velut
excitatos induere prætextam quam cùm dare *excitati V C f. excitari, ind.*
possent occuparint, ascendere curulem quam deti-
neant, esse denique quod concupierunt; nec ideo
tantum velle Consules fieri vt fuerint. Gessisti alte-
rum Consulatum, scio. Illum exercitibus, illũ pro-
uincijs, illum etiam * ceteris gentibus poteris im- *exteris C G, probè.*
putare, non potes nobis. Audimus quidem te om-
ne munus Consulis * obiisse, sed audimus. Diceris *obisse V*
iustissimus, humanissimus, patientissimus fuisse, sed
diceris. Æquum est aliquando nos iudicio nostro,
nostris oculis, non famæ semper & rumoribus cre-
dere. Quousque absentes de absente gaudebimus?
Liceat experiri an aliquid superbiæ tibi ille ipse se-
cundus Consulatus attulerit. Multum in commu-
tandis moribus hominum medius annus valet, in
Principũ plus. * Dicimus quidẽ cui virtus aliqua *Didicimus C G*
contingat omnes inesse, cupimus tamen experiri
an nunc quoque vna eademq; res sit bonus Consul *sum. sim. cap. pot., C*
& bonus Princeps. nã præter id, quòd est arduum
duas, easq; * simul capere potestates summas, tùm *quam simillimum esse prænato, Consulem.*
est vtrique nonnulla diuersitas, cùm Principem
quàm dissimillimum * Consuli decceat. Atque *C G dele*

ego video proximo anno Consulatus recusandi hanc præcipuam fuisse rationé, quòd eũ absens gerere non poteras. Sed iam Vrbi, votisque publicis redditus, quid est in quo magis sis approbaturus quæ quãtaque fuerint quæ desiderabamus? Parum est vt in curiam venias, nisi & conuocas, vt intersis Senatui, nisi & præsides, & censentes audias, nisi & perrogas. Vis illud augustissimum Consulum aliquãdo tribunal maiestati suæ reddere? Ascende. Vis constare reuerentiam Magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam * petulantibus? Adi. quod enim interesset reip., si priuatus esses, * consulentem haberet tantùm, an & Senatorem, hoc nunc scito interesse Principem te habeat tantùm, an & Consulem. His tot tantisque rationibus quanquam multum reluctata verecundia Principis nostri, tãdem tamen cessit. At quemadmodum cessit? Nõ se vt priuatis, sed vt priuatos pares sibi faceret, recepit enim tertium Consulatum, vt daret. Nouerat moderationem hominum, nouerat pudorem, qui non sustinerent tertiò Consules esse nisi cum ter Consule. Bellorum istud sociis olim, periculorum consortibus, parcè tamen, tribuebatur quod tu singularibus viris, ac de te quidem bene ac fortiter * præstitisti, sed in toga meritis. Vtriusque cura, vtriusque vigilantia obstrictus es Cæsar, sed in Principe rarum, ac propè insolitum est vt se putet obligatum, aut si putet, amet. Debes ergo Cæsar, & soluis, sed cùm ter Consules facis non tibi magnus Princeps, sed non ingratus amicus videris. Quinetiam perquam modica quædam ciuium merita fortunæ tuæ viribus in maius extollis. efficis enim vt tantum tibi quisque præstitisse videatur quantum à te recipit. Quid isti benignitati precer nisi vt semper obliges, obligeris, incertumque facias

postul. v c e

Consulem te hab. v c c r

f. sed in tog. mer præstitisti

vtrum

utrum magis expediat ciuibus tuis, debere tibi, an præstitisse. Equidem illum antiquum Senatum contueri videbar cùm ter Consule assidente tertiò Consulem designatum rogari sententiam cernerem. Quanti tunc illi, quantusque tu? Accidit quidem vt corpora quamlibet ardua & excelsa procerioribus admota decrescant, itē vt altissimæ ciuium dignitates collatione fastigij tui quasi deprimātur, quātoque propiùs ad magnitudinem tuam ascenderint * tantum etiam à sua descendisse videantur; illos tamen tu quanquam non potuisti tibi æquare, cùm velles, adeò in edito collocasti, vt tantum super ceteros quantum infrà te cernerentur. Si vnius tertium Consulatum eundem in annum in quem tuum contulisses, ingentis animi specimen haberetur, (vt enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis. Laudandus quidem & ille qui tertium Consulatum meruit, sed magis sub quo meruit. Magnus memorandusque qui tantum præmium cepit, sed maior qui capienti dedit) quid quòd duos pariter tertio Consulatu * collegas tui sanctitate decorasti? Vt sit nemini dubium hanc tibi præcipuam causam fuisse extendendi Consulatus tui, vt duorum Consulatus amplecteretur, * & collegam te * vni daret. Vterque nuper Consulatū alterum gesserat, à patre tuo, id est, quanto minùs quàm à te? datum. Vtriusque adhuc oculis paulo antè dimissi fasces oberrabant, vtriusque solēnis ille lictorum & prænuncius clamor auribus insederat, cùm rursus curulis, rursusq; purpura, vt olim cùm hostis in proximo, & in summum discrimen adducta resp. expertum honoribus virum * nosceret, non Consulatus hominibus iisdem, sed iidem homines Consulatibus reddebantur. Tanta tibi benefaciendi

tanto C E Grauissat.

duos V

collegámque V *non* V

poscerent. V C E R.

vis, vt indulgentiam tuam necessitas æmuletur. Modò prætextas exuerant? Resumant. Modò lictores abire iusserant? Reuocent. Modò gratulantes amici recesserant? Reuertantur. Hominísne istud ingenium est, hominis potestas, renouare
reint V C gaudia, *redintegrare lætitiã, nullamque requiem
f. gratulationibus * gratulationis dare, neque alia repetendis Consulatibus interualla permittere nisi dum finiuntur?
f. ita Facias * ista semper, nec vnquam in hoc opere aut animus tuus, aut fortuna lassetur. Des quamplurimis tertios Consulatus, & cùm plurimis tertios Consulatus dederis, semper tamen plures quibus debeas dare supersint. Omnium quidem beneficiorum quæ merentibus tribuuntur non ad ipsos
maius V C R gaudium * magis quàm ad similes redundat, præcipuè tamen ex horum Consulatu non ad partem aliquam Senatus, sed ad totum Senatum tanta lætitia peruenit, vt eundem honorem omnes sibi & dedisse & accepisse videantur. nempe enim hi sunt quos Senatus cùm publicis sumptibus minuendis
f. & quidem optimum quemque præficeret elegit * equidem primos. Hoc est igitur hoc est quod penitus illos animo Cæsaris insinuauit. An parum sæpè experti sumus hanc esse rerum conditionem, vt Senatus fauor apud Principem aut prosit, aut noceat? Nónne paulo antè nihil magis exitiale erat quàm illa Principis cogitatio, Hunc Senatus probat, hic Senatui carus est? Oderat quos nos amaremus. Sed & nos quos ille. Nunc inter Principem Senatumque dignissimi cuiusque caritate certatur. Demonstramus inuicem, credimus inuicem, quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem amamus. Proinde P. C. fauete apertè, diligite constanter. Non iam dissimulandus est amor, ne noceat, non premendum odium, ne prosit. Eadem Cæsar quæ

Se-

Senatus probat,improbatque. Vos ille præsentes, vos etiam absentes in consilio habet. Tertiò Consules fecit quos vos elegeratis, & fecit hoc ordine quo electi à vobis erant. Magnus vterque * videtur, siue eosdem maximè diligit quos scit * nobis esse carissimos, siue illis neminem præfert, quamuis aliquem magis amet. Proposita sunt senioribus præmia, iuuenibus exempla. Adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos. Quisquis probatos Senatui viros * suscipit, hic maximè principem promeretur. sibi enim accrescere putat quod cuique astruatur, nullamque in eo gloriam ponit quòd sit omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus maior est. Persta Cæsar in ista ratione propositi, talesque nos crede qualis fama cuiusque est. * Huic aures, huic oculos intende. Ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quàm audientibus insidiantes susurros. *Meliùs omnibus quàm singulis creditur*. singuli enim decipere & decipi possunt, nemo omnes, neminem omnes fefellerunt. * Reuertor iam ad Consulatum tuum. Et si sunt quædam ad Consulatum quidem pertinentia, ante Consulatum tamen, in primis quòd comitiis tuis interfuisti, candidatus non Consulatus tantùm, sed immortalitatis, & gloriæ, & exempli quod sequerentur boni Principes, mali mirarentur. Vidit te populus R. in illa vetere potestatis suæ sede, perpessus es longum illud carmen comitiorum, nec iam irridēdam moram, Consulque sic factus es vt vnus ex nobis, quos facis Consules. Quotusquisque Principum antecedentium honorem istum aut Consulatui habuit, aut populo? Non alij marcidi somno, hesternaque cena redundantes comitiorum suorum nuncios opperiebantur, alij sanè peruigiles & insomnes, sed intra cubilia sua, illis

Vide notam. *vel ü v c o r.* *f. suspicit* *f. Huc aur. huc* *Praeuertor V*

illis ipsis Consulibus à quibus Consules renunciabantur exilia & cædem machinabantur? O praua, & inscia veræ maiestatis ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari quem * concupieris, cumque ex proximis hortis Campum & comitia prospectes, sic ab illis abesse tanquam Danubio Rhenoque * dirimere! Auerseris tu honori tuo sperata suffragia, renunciarique te Consulem iussisse contentus liberæ ciuitati ne * simulationem quidem serues, abstineas denique comitiis abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non Consulatus detur, sed abrogetur imperium? Hæc persuasio superbissimis dominis erat, vt sibi viderentur Principes esse desinere si quid facerent tanquam Senatores. Plerique tamen non tam superbia, quàm metu quodam submouebantur. An stuprorum sibi, incestarumque noctium conscij auspicia polluere, sacratumque Campum nefario auderent contaminare vestigio? Non adeò Deos hominesque contempserant, vt in illa spatiosissima sede hominum Deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent. Tibi contrà & moderatio tua suasit & sanctitas vt te & religioni Deorum, & iudiciis hominum exhiberes. Alij Consulatum antè quàm acciperent, tu & dum accipis meruisti. Peracta erant solennia comitiorum, si Principem cogitares, iamque se omnis turba commouerat, cùm tu mirantibus cunctis accedis ad Consulis sellam, adigendum te præbes in verba principibus ignota, nisi cùm iurare cogerent alios. Vides quàm necessarium fuit Consulatum non recusare? Non putassemus istud facturum te fuisse si recusasses. Stupeo P. C., * necdum satis aut oculis meis, aut auribus credo, atque idemtidem me an audierim, an viderim interrogo. Imperator ergo, & Cæsar, & Augustus

concupiscas G
dirimere V R G
dirimente C
f. dirimerere
simulatione q.
serues C
necdumque V

tus ≈ Pontifex Maximus stetit ante gremiũ Con- *f. &*
ulis, seditque Consul Principe ante se stante, &
edit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri so-
eret, quinetiam sedens ≈ præbuit iusiurandum, & *stanti e*
lle iurauit, expressit explanauitque verba quibus
aput suum, domum suam, si * scienter fefellisset, *f. sciens*
Deorum iræ consecraret? Ingens Cæsar, & par glo-
ia tua, siue fecerint istud postea Principes, siue non
ecerint. Vllane satis prædicatio digna est idem ter-
iò Consulem fecisse quod primò, idem Principem
quod priuatum, idem Imperatorem, quod sub Im-
peratore? Nescio iam nescio pulchriúsne sit istud,
quòd præeunte nullo, an hoc, quòd alio præeunte
urasti. In Rostris quoque simili religione ipse
e legibus subiecisti, Legibus, Cæsar, quas nemo
Principi scripsit. Sed tu nihil amplius vis tibi lice-
e quàm nobis. Sic fit vt nos tibi plus ≈ velimus. *f. liceat*
Quod ego nunc primùm audio, nunc primũ disco,
non est Princeps * supra leges, sed leges * supra *super ve*
Principem, * idem Cæsari Consuli quod ceteris *idémque ve*
non licet. Iurat in legem attendentibus DIs, (nam
cui magis quàm Cæsari attendant?) iurat obser-
uantibus * iis quibus idem iurãdum est, non igna- *his ver.*
us alioqui nemini religiosius quod iurauerit cu-
todiendum quàm cuius maximè interest nõ peie-
are. Itaque & abiturus Consulatu iurasti te nihil
contra leges fecisse. Magnum hoc erat cùm pro-
mitteres, maius postquam præstitisti. Iam toties
procedere in Rostra, inascensúmque illum super-
biæ Principum locum terere, hic suscipere, hic po-
nere Magistratus, quã dignum te, quamque diuer-
sum consuetudine illorum qui pauculis diebus ge-
tum Consulatum, immò nõ gestũ, abiiciebant per
dictum? Hoc pro ≈ concione, pro Rostris, pro iure- *tic c f Ros in pro cõc.*
urando, scilicet vt primis extrema congruerent,

vtque

vtque hoc solo intelligerentur ipsi Consules fuisse, quòd alij non fuissent. Non transiliui P.C. Principis nostri Consulatũ, sed eundem in locum contuli quidquid de iureiurando dicendũ erat. neque enim, vt in sterili ieiunaq; materia, eandẽ speciem laudis * deducere ac spargere, atque identidẽ tractare debemus. Illuxerat primus Consulatus tui dies, quo tu Curiã ingressus nunc singulos, nunc vniuersos adhortatus es resumere libertatẽ, capessere quasi communis imperij curas, inuigilare publicis vtilitatibus & insurgere. Omnes ante te eadem ista dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. Erant sub oculis naufragia multorũ, quos * inuidiosa tranquillitate prouectos improuisus turbo perculerat. quod enim tam infidũ mare quã blanditiæ Principum illorũ quibus tanta leuitas, tanta fraus, vt facilius esset iratos quàm propitios habere? Te verò securi & alacres quò vocas sequimur. Iubes esse liberos? Erimus. Iubes quę sentimus promere in mediũ? Proferemus. neq; enim adhuc ignauia quadam & insito torpore cessauimus. Terror & metus, & misera illa ex periculis facta prudentia monebat vt à rep. (Erat autem omnino nulla resp.) oculos, aures, animos auerteremus. At nunc tua dextera, tuisque promissis freti & innixi obsepta diutina seruitute ora reseramus, frenatamq; tot malis linguam resoluimus. vis enim tales esse nos quales iubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil subdolum, denique quod credentem fallere paret non sine periculo fallentis. neq; enim vnquã deceptus est Princeps nisi qui priùs ipse decepit. Equidem hunc parentis publici sensum cùm exhortatione eius, tùm pronũciatione * perspexisse videor. quæ enim illa grauitas sentẽtiarũ? quàm inaffectata veritas verborum? quæ asseueratio in voce? quæ af-

firma-

f. educe

infid.

ipsa voce

irmatio in vultu? quãta in oculis, habitu, gestu, to-
o deniq; corpore fides? Tenebit ergo semper quod
uaserit, scietq; nos quoties libertatẽ quã dedit ex-
periemur sibi parere. Nec verendũ est ne incautos
putet si fidelitate temporũ constanter vtamur, quos
meminit sub malo Principe aliter vixisse. Nun-
cupare vota & pro æternitate imperij, & pro salute
ciuium, immò pro salute Principum, ac propter *Vide notas.*
illos pro æternitate imperij solebamus. Hæc pro
imperio nostro in quæ sint verba suscepta operæ-
pretiũ est annotare. *Si bene remp., & ex vtilitate om-
nium rexeris.* Digna vota quæ semper suscipiantur,
semperque soluantur. Egit cum DIs ipso te aucto-
re Cæsar resp. vt te sospitem incolumemque præ-
starent si tu ceteros præstitisses, si contrà, illi quo-
que à custodia tui * corporis oculos dimouerent, *capiti. c*
eque relinquerent votis quæ non palàm suscipe-
rentur. Alij se superstites reip. optabant, faciebant-
que, tibi salus tua inuisa est si non sit cum reip. sa-
lute coniuncta. Nihil pro te pateris optari nisi ex-
pediat optantibus, omnibusque annis in consilium
de te Deos mittis, exigisque vt sententiam suam
mutent si talis esse desieris qualis electus es. Sed
ingenti conscientia Cæsar * pacisceris cum DIs vt *tu V*
te si mereberis seruẽt, cùm scias an merearis nemi- *qua vcc Non plaut.*
nem magis quàm Deos scire. Nónne vobis P. C.
hæc diebus ac noctibus agitare secum videtur? Ego
quidem in me, si omniũ vtilitas ita posceret, etiam
Præfecti manum armaui, sed ne Deorum quidem
aut iram, aut negligentiã deprecor, quæso immo, &
obtestor ne vnquam pro me vota resp. inuita susci-
piat, aut si susceperit inuita, ne debeat. Capis ergo
Cæsar, salutis tuæ gloriosissimum fructum ex con-
sensu Deorum. nam cùm excipias vt ita demum te
Dei seruent si bene remp., & ex vtilitate omnium
rexeris,

& ex vtilitate animi (f. omnium) regere c. Vide notas.

rexeris, certus es te bene remp. gerere, cùm seruet. Itaque securus tibi & lætus dies* erit qui Principes alios cura & metu distinebat, cùm suspensi & attoniti, parumque confisi patientia nostra, hinc atque inde publicæ seruitutis nuncios expectarent. Ac si fortè aliquos flumina, niues, venti præpedissent, statim hoc illud esse credebant quod merebantur. Nec erat discrimen vllum pauoris, propterea quòd cùm à malo Principe tanquam successor timeatur quisquis est dignior, cùm sit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam securitatem non mora nunciorum, non litterarum tarditas differt. Scis tibi vbique iurari, cùm ipse iuraueris omnibus. Nemo hoc * sibi non præstat. Amamus quidem te inquantum mereris, istud tamen non tui facimus amore, sed nostri, nec vnquam illucescat dies quo pro te nuncupet vota non vtilitas nostra, sed fides, Cæsar. Turpis tutela Principis cui potest imputari. Queri libet quòd in secreta nostra non inquirant Principes nisi quos odimus. nam si eadem cura bonis * quæ malis esset, quam vbique admirationem tui, quod gaudium exultationemque deprehenderes, quos omnium cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris focisque sermones? Scires mollissimis istis auribus parci. Et alioqui cùm sint odium amorque contraria, hoc perquam simile habent, quòd *ibi intemperantiùs amamus bonos Principes vbi * liberaliùs malos odimus*. Cœpisti tamen & affectus nostri & iudicij experimentum quantum maximum præsens capere potuisti illo die quo sollicitudini pudorique candidatorum ita consuluisti, ne vllius gaudium alterius tristitia turbaret. Alij cum lætitia, alij cũ spe recesserumt. Multis gratulandum, nemo cõsolandus fuit. Nec*ideo segniùs iuuenes nostros

non sibi pr. V (margin)

& ver. (margin)

liberius ea. (margin)

f. at (margin)

ex-

exhortatus es * Consulatum circumirent, Senatui *Senatum cir.*
supplicarent, atque ita à Principe sperarent hono- *v. egregie.*
res, si à Senatu petissent. Quo quidem in loco, si
quibus opus exemplo, adiecisti vt te imitarentur.
Arduum, Cæsar, exemplum, & quod imitari non
magis * quisque candidatorum quàm Principum *f quisquam.*
possit. quis enim vel * vno die reuerẽtior Senatus *Scilicet am-*
candidatus, quam tu cùm omni vita, tùm illo ipso *bitus & co-*
tempore quo iudicas de candidatis? An aliud à te *mitiorum.*
quam Senatus reuerentia obtinuit vt iuuenibus * *f clarissimæ*
clarissimę gentis debitum generi honorem, sed an- *gentis.*
tè quàm deberetur, offerres? Tandem ergo nobili-
tas non obscuratur, sed illustratur à Principe, tan-
dem illos ingentium virorum nepotes, illos poste-
ros libertatis nec terret Cæsar, nec pauet, quinimo
festinatis honoribus amplificat atque auget, & ma-
ioribus suis reddit. Si quid vsquam stirpis antiquę,
si quid residuæ claritatis, hoc amplexatur & refo-
uet, & in vsum reip. promit. Sunt in honore ho-
minum & in * honore famæ magna nomina ex te- *f. ore fam.*
nebris obliuionis indulgentia Cæsaris, cuius * est, *Hac intentio*
vt nobiles & conseruet & efficiat. Præfuerat pro- *ce*
uinciæ Quæstor vnus ex candidatis, * in quem ea *f. quem in ea*
ciuitas amplissima reditus egregia constitutione
fundauerat. Hoc Senatui allegandum putasti, cur
enim te Principe, qui generis tui claritatem virtute
superasti, deterior esset conditio eorum qui poste-
ros habere nobiles mererentur quàm eorum qui
parentes habuissent? O te dignum qui de Magi-
stratibus nostris semper hæc nuncies, nec pœnis
malorum, sed bonorum præmijs bonos facias! Ac-
censa est iuuentus, erexitque animos ad æmulandũ
quod laudari videbat, nec fuit quisquam quẽ non
hæc cogitatio subiret, cùm sciret quidquid à quô-
que in prouincijs bene fieret omnia te scire. Vtile

est, Cæsar, & salutare Præsidibus prouinciarũ hanc habere fiduciam, paratũ esse sanctitati & industriæ suæ maximum præmium, * iudicium Principis, suffragium Principis. Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia etsi non detroquebat, hebetabat tamẽ misera, sed vera reputatio. Vides enim, si quid bene fecero, nesciet Cæsar, aut si scierit, testimonium non reddet. Ita eadem illa seu negligentia, seu malignitas Principum, cùm maleconsultis impunitatem, rectefactis nullum præmium polliceretur, nec illos à crimine, & hos deterrebat à laude. Ac nunc si bene aliquis prouinciam rexerit, huic quæsita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris & gloriæ campus. Ex hoc quisque quod cupit petat, & assecutus sibi debeat. Prouincijs quoque in posterum & iniuriarum metum, & accusandi necessitatem remisisti. nam si * profuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur. Et * alioqui nihil magis prodesse candidato ad sequentes honores quàm peractos optimè Magistratus. Magistratus Magistratu, honore honor petitur. Volo ego qui prouinciam rexerit non tantùm codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione eblanditas preces, sed decreta coloniarũ, decreta ciuitatum alleget, * ne suffragijs Consulariũ virorum vrbes, populi, gentes * inseruntur. Efficacissimum pro candidato genus est rogandi gratias agere. Iam quo assensu Senatus, quo gaudio exceptum est cum candidatis, vt quemque nominaueras, osculo occurreres, & deuexus quidem in planum, & quasi vnus ex gratulantibus? Te mirer magis, an improbem illos, qui effecerunt vt istud magnũ videretur, cùm velut affixi curulibus suis manum tantùm, & hanc cunctanter & pigrè, & imputantibus similes, promerent? Contigit ergo oculis

nostris

ostris insolitæ facies, Princeps & candidatus æ- *antè v ę*
quitis simul stantes, * intueri parem accipienti- *Vide notas.*
us honore qui dabat. Quod factum tuum à cun- *intuerique &*
to Senatu quàm vera acclamatione celebratū est?
anto maior, tanto augustior. nam cui nihil ad augē-
um fastigiū superest, hic vno modo crescere po-
est, ſi se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. *si. v e e à*
eque enim ab vllo periculo fortuna Principum
ongiùs abest quàm * ab * humilitate. Mihi quidē *abest v*
on tam humanitas tua, quàm intentio eius admi- *humilitatis ę*
abilis videbatur. quippe cùm orationi oculos, vo-
em, manum cōmodares, vt si alij eadem ista man-
asses, omnes comitatis numeros obibas. Atq; etiā
um suffragatorum nomina honore quo solent ex-
iperentur, tu quoque inter excipientes eras, & ex
re Principis ille Senatorius assensus audiebatur,
uódque apud Principem perhibere testimoniū
ærentibus gaudebamus, perhibebatur à Princi-
e. Faciebas ergo cùm diceres optimos, nec ipso-
um modò vita à te, sed iudiciū Senatus compro-
abatur, ornarique se, non illos magis quos lauda-
as lætabatur. Nam quod precatus es vt illa ip-
a ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueni-
et nobis, reip., nónne tibi tale est, vt nos hunc or-
inem votorum cōuertere debeamus, * Deos de- *Deósquā*
ique obsecrare vt omnia quæ facis, quæque fa- *obsec.*
ies prosperè cedāt tibi, reip., nobis, vel (si breuius
t optandum) vt vni tibi, in quo & resp. & nos su-
ius? Fuit tempus (ac nimiū diu fuit) quo alia ad-
ersa, alia secunda Principi & nobis. Nunc com-
unia tibi nobiscum tam læta quā tristia, nec ma-
is sine te nos esse felices quàm tu sine nobis po-
es. An, si posses, in fine votorum adiecisses vt ita
recibus tuis DI annuerent, si iudicium nostrum
ereri perseuerasses? Adeò nihil tibi amore ciuiū
 antiquius,

Hac conditione. antiquius, vt antè à nobis, deinde à DIs, atque ita ab illis amari velis, si à nobis ameris. Et sanè priorum Principum exitus docuit ne à DIs quidem amari nisi quos homines ament. Arduum erat has precationes tuas laudibus adæquare. adęquauimus tamen. Qui amoris ardor, qui stimuli, quæ faces illas nobis * acclamationes subiecerunt? Non nostri Cæsar ingenij, sed tuæ virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt, quas nulla vnquam adulatio inuenit, nullus cuiusquā terror expressit. Quem sic timuimus vt hæc fingeremus? Quem sic amauimus vt hæc fateremur? Nosti necessitatem seruitutis. * Quando simile aliquid audisti, * & quando dixisti? Multa quidem excogitat metus, sed quę appareant quæsita ab inuitis. Aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est. Alia tristium inuētio, alia gaudentium, neutrū simulationes expresserint. Habent sua verba miseri, sua verba felices, vtque iam maximè ab vtrisque dicantur. Testis ipse es quæ in omnium ore lætitia. Non amictus cuiquam, non habitus quem modò extulerat. Inde resultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus satis clausum. Quis tunc non è vestigio suo exiluit? quis exiluisse sensit? Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio. nam gaudio quoque cogendi vis inest. Num ergo modum ei tua saltem modestia imposuit? * nam quāto magis à te reprimebatur * exarsimus, non contumacia, Cæsar, sed vt in tua potestate est an gaudeamus, ita inquantum nec in nostra. Comprobasti & ipse acclamationum nostrarum fidem lacrymarum tuarum veritate. Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, tantumque sanginis in ore quantum in animo pudoris. Atque hoc magis incensi sumus vt precaremur

nequando

excl. v Nō placet. inf quoq; acclamationum nostrarum fidē.

Et quando v f Ecquando f. l ecquando.

eadem e n aliter dicuntur vo

non v

exarsimus? v

equando tibi non eadem causa lacrymarum, vtq;
·nunquam frontem tuam? Hoc ipsum, has sedes hon nunquam a
·nobis quasi respõsuras interrogemus viderintne abstergeres, a
nquam Principis lacrymas. At Senatus sæpe vi- f. quasi nobis
erunt. Onerasti futuros Principes, sed & poste-
os nostros. nam & hi à Principibus suis exigent vt
adem audire mereantur, & illi quod non audiant
ıdignabuntur. Nihil magis possum propriè dice-
e quàm quod dictum est à cuncto Senatu, *O te fe-
cem!* Quod cùm diceremus, nõ opes tuas, sed ani-
ıum mirabamur. est enim demum vera felicitas
elicitate dignum videri. Sed cùm multa illo die
ıcta sunt sapienter & grauiter, tùm vel in primis,
Crede nobis, crede tibi. Magna hoc fiducia nostri, Hoc, e
aiore tamen tui diximus. alius enim fortasse aliũ,
sum se nemo deceperit, introspiciat modò vi-
ım, seque quid mereatur interroget. Proinde da-
at vocibus nostris fidem apud optimum Princi-
em quod apud malos detrahebat. quamuis enim
ıceremus quæ amantes solent, illi tamẽ non amari
credebant sibi. Super hæc precati sumus vt sic te
narent DI quemadmodum tu nos. Quis hoc aut
e se, aut Principi diceret mediocriter amanti? Pro
obis ipsis quidem hæc fuit summa votorũ, vt nos
amarẽt DI quomodo tu. Estne verum quod in-
r ista clamauimus, *O nos felices?* quid enim feli-
us nobis, quibus non iam illud optandum est, vt
os diligat Princeps, sed DI, quemadmodum Prin-
ps? Ciuitas religionibus dedita, semperque Deo-
m indulgentiam piè merita nihil felicitati suæ
ıtat astrui posse, nisi vt DI Cæsarem imitentur.
d quid singula consector & colligo? Quasi verò
oratione complecti, aut memoria consequi pos-
n quę vos P.C., ne qua interciperet obliuio, & in
ıblica acta mittenda, & incidenda in ære censui-

 stis.

stis. Antè orationes Principum tantùm eiusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant. Acclamationes quidē nostræ parietibus Curiæ claudebantur. erant enim quibus nec Senatus gloriari, nec * Princeps possent. Has verò & in *singulis exire, & posteris prodi: cùm ex vtilitate, tùm ex dignitate publica fuit, primùm vt orbis terrarum pietatis nostræ adhiberetur testis & conscius, deinde vt manifestum esset audere nos de bonis malisque Principibus non tantùm post ipsos iudicare, postremò vt experimento cognosceretur, & antè nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos gratos probare antea non licuit. At qua contentione, quo * nixu, quibus clamoribus expostulatum est, ne affectus nostros, nē tua merita supprimeres, denique vt in posterum exemplo prouideres? Discant & Principes acclamationes veras falsasque discernere, habeántq; muneris tui quòd iam decipi non poterunt. Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum, non submouenda adulatio, sed non reducēda est. Certum est & quæ facere, & quæ debeant audire si faciant. Quid nunc ego super ea, quæ sum cum toto Senatu precatus pro Senatu precer, nisi vt hæreat animo tuo gaudium quod nunc oculis * protulisti, ames illum diem, & tamen vincas, noua merearis, noua audias? eadem enim dici nisi ob eadem facta non possunt. Iam quàm antiquū, quàm Consulare, quòd triduum totum Senatus sub exemplo * tui sedit, cùm interea nihil præter Consulē ageres? Interrogauit quisque quod placuit, dissentire, discedere, & copiam iudicij sui reip. facere tutum fuit. Consulti omnes, atq; etiā dinumerati sumus, vicítq; sententia non prima, sed melior. Atquis antea loqui, quis hiscere audebat præter miseros illos qui

Principes c vulgus c c, probl.

nisu

sperati.

patientia tua c c

quî primi interrogabantur? Ceteri quidem defixi & attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Vnus solúsque censebat quod sequerentur omnes, & omnes improbarét, in primis ipse qui censuerat. *sil. vt inuisū*
Adeò nulla magis omnibus displicent quàm quæ sic fiunt tanquam omnibus placeant. Fortasse Imperator in Senatu ad reuerentiam eius componebatur, ceterùm egressus statim se recipiebat in Principé, omniáq; Cósularia officia *abigere, negligere, contênere solebat. *f. abijcere.* Ille verò ita Consul vt si tantùm Consul foret, nihil infra se putabat nisi quod infra*eos esset. *Consulem es, eximie, & fere obusius mnas.* Ac primùm ita domo progrediebatur, vt illú nullus apparatus arrogantiæ Principalis, nullus præcursorum tumultus detineret. Vna erat in limine mora cósultare aues, revererío; Numinú monit⁹. Nemo*perturbabatur, nemo sub mouebatur. *f. preturb.* Tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, vt plerumq; aliena turba subsistere & Cósulem & Principem cogeret. Ipsius quidem officiú tam modicum, tam temperatum, vt antiquus *aliquísque magnus Cósul sub bono Principe incedere videretur. *aliquis magnusque v* Iter illi sæpius in forum, frequenter tamen & in Campum, nam comitia Consulú obibat ipse, tantum ex renunciatione eorú voluptatis quantum priùs ex destinatione capiebat. *& a* Stabát candidati ante curulem Principis, vt ipse ante Cósulis steterat, adigebantúrque in verba in quę paulo antè ipse iurauerat Princeps. Qui tantum putat esse in iureiurádo, vt *illud & ab alijs exigat. *id & v*
Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quanta religio æquitatis? quanta legum reuerentia? Adibat aliquis vt Principem? Respondebat se Consulem esse. Nullius ab eo Magistratus ius, nullius aucto-

auctoritas imminuta est, aucta etiã. siquidem pleraque ad Prętores remittebat, atque ita, vt collegas vocaret, non quia populare gratumq́ue audiētibus, sed quia ita sentiebat. * Tantum dignationis in ipso honore ponebat, vt non amplius esse censeret quòd aliquis collega appellaretur à Principe quàm quòd Prætor esset. * Ad hæc tam assiduus in tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. Quis nostrûm idē curæ, idem sudoris * sumit? quis adeò expetitis honoribus aut deseruit, aut sufficit? Et sanè æquum est tantum cæteris præstare Consulibus ipsum qui Consules facit. quippe etiam Fortunæ videbatur indignum si posset honores dare qui gerere non posset. Facturus Cōsules doceat, accepturisque amplissimum honorem persuadeat scire se quid sit quod* daturus sit. Sic * vt illi quoque sciant quid acceperint. Quo iustiùs Senatus vt susciperes quartū Consulatum & rogauit & iussit. Imperij hoc verbū, non adulationis esse obsequio tuo crede, quod non alia in re magis aut Senatus exigere à te, aut * præstare Senatui debes. vt enim cæterorum hominum, ita Principum illorum * omnium' qui DI sibi videntur æuum omne & breue & fragile est. Itaque optimum quemque niti & cōtendere decet vt post se quoque reip. prosit, moderationis scilicet iustitiæque monumentis. Quæ prima statuere Consul potest. Hæc nempe intētio tua, vt libertatem reuoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare, quod nomen vsurpare sæpius debes quàm quod primum inuenit recuperata libertas? Non est minus ciuile & Principem esse pariter & Consulem quàm tantùm Consulem. * Habes etiam rationem verecundiæ collegarum tuorum. (Collegarum inquam. ita enim & ipse loqueris, & nos loqui vis) Onerosa erit modestiæ illorum tertij

f. tantúmque.
Ad hos v
insumit v a
dabit. Sic v
sit v c a
f. fiet.
ut e
etiam v c
f. Habe.

tertij Consulatus sui recordatio donec te * Consu- *f. quartum.*
lem videant. neque enim potest non nimium esse
priuatis quod Principi satis est. Annuas Cæsar
optantibus, quibusque apud Deos esse consuesti,
quorũ * potens es' votorũ compotes facias. Fortas- *potes ipse vc a.*
se sufficiat * tertius Consulatus, sed nobis tanto mi- *f. potens & ipse* *8. bis G*
nus sufficit. Ille nos instituit, & induxit vt te iterũ
iterumque Consulem habere cupiamus. Remissiùs
istud contenderemus si adhuc non sciremus qualis
esses futurus. Tolerabilius fuit experimentum tui
nobis quàm vsum negari. Dabitúrne rursus videre
Consulem illum? Audiet, reddet quas proximè vo-
ces, præstabitque gaudium quãtum ipse percipiet?
Præsidebit lætitiæ publicæ auctor eius & causa, té-
tabitq; affectus nostros (vt solet) cohibere, nec po-
terit? Pietati Senatus cum modestia Principis felix
speciosumque certamen, seu fuerit victa, seu vice-
rit. Equidem incognitam quandam, proximaque
maiorem præsumo lætitiam. quis enim est tam im-
becilli ingenio, qui non tanto meliorem Consulem
speret quanto sæpius fuerit? Alius * labores si *f. cont. lab. si non des.*
non continuos desidiæ ac voluptati dedisset, otio
tamen & quiete recreasset, hic Consularibus curis
exolutus Principales resumpsit, tam diligens tem-
peramenti, vt nec Consulis officium Princeps, nec
Principis Consul appeteret. Videmus vt prouin-
ciarum desiderijs, vt singularum etiam ciuitatum
* præsidijs occurrat. Nulla in audiendo difficultas, *precibus a vero.*
nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimit-
tuntur statim, tandemque Principis fores exclusa
legationum turba non obsidet. Quid? in omni-
bus * excogitationibus quàm mitis seueritas, quàm *cognitionibus v c a.*
non dissoluta clementia? Non locupletando fisco
sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ pretium quàm
bene iudicasse. Stant ante te litigatores, non de for-

 tunis

existimat G tunis suis, sed de tua * æstimatione solliciti, nec tam verentur quid de causa sua quàm quid de moribus sencias. * O verè Principis, atque etiam * *f Hoc vere Consularu deoru res. V C* Consulis, reconciliare æmulas ciuitates, tumentésque populos non imperio magis quàm ratione cōpescere, intercedere iniquitatibus Magistratuū infectúmque reddere quidquid fieri non oportuerit, postremò velocissimi sideris more omnia *f. adire.* inuisere, omnia * audire, & vndecunque inuocatum statim * Numen velut adesse & assistere. Ta- *vel. Num. V C OA.* lia esse crediderim quæ ipse mundi parens temperat nutu siquando oculos demisit in terras, & facta mortalium inter diuina opera numerare dignatus est. *Vide notas.* Quibus nunc per te liber solutúsque cælo tantùm vacat, postquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice sua fungereris. fungeris enim, sufficísque mandati, cùm tibi dies omnis *summa V C G* summa cum vtilitate nostra, cum tua laude condatur. Quòd si quando cum influētibus negotijs paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. quæ enim remissio tibi nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga, & horrentibus scopulis gradum inferre nullius manu, nullius vestigio adiutum, atque inter hæc pia mente adire lucos, & occursare Numinibus? Olim hæc experiētia iuuentutis, hæc voluptas erat, his artibus futuri Duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu. Nec mediocre pacis decus habebatur submota cāmpis irruptio ferarum, & obsidione quadā liberatus agrestiū labor. Vsurpabant gloriam istam illi quoq; Principes qui obi- *Ita C O* re non poterant. Vsurpabant autem, vt domitas *Vide notas.* fractásq; claustris feras, ac deinde in ipsorū quidem ludibrium emissas mentita sagacitate collige-

rent

rent. Huic par capiẽdi quærẽdíq; sudor, summúsq;, & idem gratissimus labor inuenire. Enimuero siquando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela aut oculis sequitur, aut * manibus, sed nũc gubernaculis assidet, nũc cum valentissimo quoq; sodaliũ certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remísque * transfretare obstantia freta. Quantum dissimilis * illi qui non Albani lacus otium, Baianíq; torporem & silẽtium ferre, non pulsum saltem fragorẽmque remorũ perpeti poterat, quin ad singulos ictus turpi formidine horresceret. Itaque procul ab omni sono, inconcussus ipse & immotus, religato reuinctóque nauigio, non secus ac piaculũ aliquod trahebatur. Fœda facies, cùm populi R. Imperator alienũ cursum alienúmq; rectorem velut capta naue sequeretur. Nec deformitate ista saltem flumina carebãt atque amnes. Danubius, ac Rhenus tantum illud * nostri decoris vehere gaudebant, nõ minore cum pudore imperij quòd hæc Romanę Aquilę, Romana signa, Romana denique ripa quam quòd hostiũ * prospectarent, hostium, quibus moris est eadẽ illa nunc rigentia gelu flumina, aut cãpis * superflua, nũc liquida ac deferẽtia lustrare nauigijs, nandóq; superare. Nec verò laudauerim per se magnopere duritiã corporis ac lacertorũ, sed si his validior toto corpore animus imperitet, quẽ non Fortunę indulgentiæ molliãt, non copiæ Principales ad segnitiem luxúmq; detorqueant, tunc ego, seu montibus, seu mari exerceatur, & lætũ opere corpus, & crescentia laboribus membra mirabor. video enim iam inde antiquitus maritos Dearum, ac * Deorum liberos nec dignitate nuptiarum magis quàm his artibus inclaruisse. Simul cogito, cùm sint ista ludus & auocamentum * huius illæ seriæ & intentæ, & à

f. nauibus. patet è sequentibus.

transferre V R.

bene, etsi id [illegible]. Domitiano.

Vide notas.

prospectarent V C. sil. ripa.

Superfusa C

Deûm V

quæ quanta, quæ sint C

quibus

quibus se in tale otiũ recipit voluptates? sunt enim voluptates, quibus optimè de cuiusque grauitate, sanctitate, temperantia creditur. * Iam quis adeò dissolutus, cuius non occupationibus aliqua species seueritatis insidat? Otio prodimur. An non pleriq; Principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxũ conferebant, cùm feriarum laxamenta curarum vitiorũ contentione supplerent? Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum esse patitur. Principum verò nõ modò domus, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit atque explicat. Sed tibi Cæsar nihil accommodatius fuerit ad gloriam quàm penitus inspici. Sunt quidem præclara quæ in publicũ profers, sed non minora ea quæ limine tenes. Est magnificum quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis ac reuocas, sed magnificentius quòd tuos. quanto enim magis arduum est alios prestare quàm se, tanto laudabilius quòd, cùm ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Multis illustribus dedecori fuit aut inconsultiùs vxor assumpta, aut retenta patientiùs. (Ita foris claros domestica destruebat infamia, & ne maximi ciues haberentur hoc efficiebat, quòd mariti minores erant) tibi * vxor in decus & gloriam cedit. quid enim illa sanctius? quid antiquius? Nónne si Pontifici Maximo eligenda sit cõiux, aut hanc, aut similem (Vbi est autem similis?) elegerit? Quàm illa nihil sibi ex fortuna tua nisi gaudium vindicat? quàm constanter nõ potentiam tuam, sed ipsum te reueretur? Idem estis inuicem quod fuistis, (Probatis ex æquo) nihilque vobis felicitas addidit, nisi quòd scire cœpistis quàm bene vterque vestrûm felicitaté ferat. Eadem quàm modica cultu? quàm parca comitatu? quàm ciuilis incessu?

Mores

Plotina

cessu? Mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit. nam vxori sufficit obsequij gloria. * At cùm videat quàm te nullus terror, nulla comitetur ambitio, nõ & ipsa cum silentio incedat, ingredientemque pedibus maritum inquantum patitur sexus imitetur? Decuerit hoc illam etiamsi diuersa tu facias. Sub hac verò modestia viri quantam debet verecundiam vxor marito, femina sibi? Soror autem tua vt se sororem esse meminit? vt in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur? Vt si quis eam vxori tuæ conferat dubitare cogatur vtrum sit efficacius ad rectè viuendum, bene institui, aut feliciter nasci. Nihil est tam pronum ad simultates quã æmulatio, in feminis præsertim. Ea porrò maximè nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, exardescit inuidia. Cuius finis est odium. Quo quidem admirabilius existimandum est quòd mulieribus duabus in vna domo, parique fortuna nullũ certamen, nulla contentio est. Suspiciunt inuicem, inuicem cedũt, cumque te vtraque effusissimè diligat, nihil sua putãt interesse vtram tu magis ames. Idemque vtrique propositum, idem tenor vitæ, nihilque ex quo sentias duas esse. te enim imitari, te subsequi studẽt. Ideo vtraque mores eosdem, quia vtraque tuos habet. Inde moderatio, inde etiã perpetua securitas. neque enim vnquam periclitabũtur esse priuatæ quæ non desierunt. Obtulerat illis Senatus cognomen Augustarum. Quod certatim deprecatę sunt quàm diu appellationem Patris patrię tu recusasses, seu quòd plus esse in eo iudicabãt si vxor & soror tua quàm si Augustæ dicerentur. Sed quæcunque illis ratio tantam modestiam suasit, hôc magis dignæ sunt quæ in animis nostris & sint & habeantur Augustæ, quia non vocãtur. quid enim laudabilius feminis quàm si verum honorẽ non

non in splendore titulorum, sed in iudicijs hominũ reponant, magnísque nominibus pares se faciant * etiam dum recusant? Iam * etiam & in priuatorum animis exoleuerat priscum mortalium bonũ amicitia, cuius in locum * migrauerant assentationes, blanditiæ, & peior * ordo amoris simulatio. (etenim in Principum domo nomen tantùm amicitiæ, inane scilicet irrisúmq;, * manebat. nam quę poterat esse inter eos amicitia quorum sibi alij domini, alij serui videbantur?) Tu hanc pulsam & errantem reduxisti. Habes amicos, quia amicus ipse es. neq; enim vt alia subiectis, ita amor imperatur, neque est vllus affectus tam erectus & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat. Potest fortasse Princeps iniquè, potest tamen odio esse nonnullis, etiãsi ipse non oderit, amari nisi ipse amet nõ potest. Diligis ergo, cùm diligaris, & in eo quod * vtrique honestissimũ est tota gloria tua est, qui superior factus descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex Imperatore submitteris. Immo tunc maximè Imperator * cùm amicum * ex Imperatore agis. etenim cùm plurimis amicitijs fortuna Principũ indigeat, pręcipuũ est Principis opus amicos parare. Placeat tibi semper hęc secta, & cũ alias virtutes tuas, tùm hãc cõstantissimè teneas, nec vnquam persuadeatur humile esse Principi * nisi odisse. Iucundissimũ est in rebus humanis amari, sed non minùs amare. Quorũ vtroq; ita frueris, vt cùm ipse ardẽtissimè diligas, adhuc tamẽ ardentiùs diligaris, primùm quia facilius est vnũ amare quàm multos, deinde quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, vt nemo possit te nisi ingratus non magis amare. Operæpretium est referre quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares. Dimisisti * optimum virum, tibíque carissi-

er dum v
f. dolendum.
f. immigr.
odio.
remanebat VG
vtrimque VC
f. es
de. e ex V
f. nil.
Lumium Surã

ariſſimum inuitus & triſtis, & quaſi retinere non
oſſes. Quantum amares eum deſiderio expertus
s, diſtractus ſeparatúſque dum cedis & vinceris.
ta (quod fando inauditum) cùm Princeps & Prin-
ipis amicus diuerſa velletis, id potiùs factum eſt
quod amicus volebat. O rem memoriæ litteriſque
nandandã, præfectum prætorij non ex ingerenti-
bus, ſed * ex ſubtrahentibus legere, eundémq; otio, à ſubtr ✝
* quem pertinaciter amet, reddere, cúmque ſis ipſe f. quod.
diſtentus imperij curis, nõ quietis gloriam cuiquã
nuidere! Intelligimus Cæſar quantum tibi pro la-
boriosa iſta ſtatione & exercita debeamus, cùm
otium à te tãquam res optima & petatur, & detur.
Quam ego audio cõfuſionem tuam fuiſſe cùm di-
gredientem proſequereris? proſecutus enim ≠ nec f.
temperaſti tibi quo minus exeunti in litore ample-
xus oſculũ ferres. Stetit Cæſar in illa amicitiæ ſpe-
cula, precatúſque maria ≠, celerémque (ſi tamẽ ipſe f.
voluiſſet) recurſum, nec ſuſtinuit recedentem non
etiam atque etiam votis, lacrymis ſequi. Nam de li-
beralitate taceo, (quibus enim muneribus æquari
hæc cura Principis, hæc patientia poteſt?) qua me-
tuiſti vt ille ſibi nimiũ fortis ac propè durus vide-
retur. Nec dubito quin agitauerit ſecum an guber-
nacula retorqueret. Et feciſſet, niſi quòd penè ipſo
contubernio Principis felicius iucundiúſque eſt
deſiderare Principem. ≠ Et ille quidem vt maxi- deſiderantem VCR
ma fructus ſuſcepti, ita maiore depoſiti officij glo-
ria fruitur, tu autem facilitate iſta conſecutus es
ne quem retinere videaris inuitũ. Ciuile hoc erat,
& parenti publico conuenientiſſimum, nihil coge-
re, ſempérque meminiſſe nullam tantam poteſta-
tem cuiquam dari poſſe, vt non ſit gratior poteſta-
te libertas. Dignus es Cæſar qui officia mandes
deponere optantibus, qui petentibus vocationem

inuitus

inuitus quidem, sed tamen tribuas, qui ab amicis orantibus requiem non te relinqui putes, qui semper inuenias & quos ex otio reuoces, & quos otio reddas. Vos quoque quos parens noster familiariter inspicere dignatur fouete * iudiciũ eius quod de vobis habet. Hic vester labor est. Princeps enim cùm in vno probauit amare se scire, vacat culpa si alios minus amat. Ipsum quidem quis mediocriter diligat, cùm leges amãdi non det, sed accipiat? Hic præsens, ille mauult absens amari? Vterque ametur vt mauult. Nemo in tædium præsentia, nemo in obliuionem absentia veniat. Tenet quisque locũ quem * semper meruit, faciliusque est vt oculis eius vultus absentis quàm vt animo caritas excidat. Plerique Principes cùm essent ciuium domini, libertorum erant serui. Horum consilijs, horum nutu regebantur. Per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos Prętur ę etiam, & Sacerdotia, & Consulatus, immo & ab his petebantur. Tu libertis tuis summum quidem honorem, sed tanquã libertis habes, abundeq; sufficere his credis si probi & frugi existimentur. scis enim præcipuum esse indicium non magni Principis magnos libertos. Ac primùm neminẽ in vsu habes nisi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo * cuiquam Principum dilectum, statimque hos ipsos quotidie, deinde ita formas, vt se non tua fortuna, sed sua metiantur, * & tanto magis digni quibus honor omnis præstetur à nobis, quia non est necesse. Iustisne de causis S.P.Q.R. Optimi tibi cognomen adiecit? Paratum id quidem & in medio positum, nouum tamen. Scias neminem antè meruisse, quod non erat excogitandum si quis meruisset. An satius fuit felicem vocare? quod non moribus, sed fortunæ datũ est. Satius Magnum? cui plus inuidiæ quàm pulchritu-

Marginalia: sancte & f. fand. — f. semel mer. — f. cuique. — deleam.

itudinis inest. Adoptauit te optimus Princeps
uum, Senatus in optimi nomen. Hoc tibi tam
prium quàm paternum, nec magis *definitè di- distinctè diffinitéque V
ctèque designat qui Traianum quam qui Opti-
m appellat, vt olim frugalitate Pisones, sapien-
Lælij, pietate Metelli monstrabantur. Quæ si-
l omnia vno isto nomine continentur, nec vi-
i potest optimus nisi qui est omnibus optimis
sua cuiusque laude præstantior. Merito tibi er-
post ceteras appellationes hæc est addita, vt ma-
minus est enim Imperatorem, & Cæsarem, &
gustum, quàm omnibus Imperatoribus, & Cæ-
bus, & Augustis esse meliorem. Ideoque ille
ens hominum Deorumq; Optimi priùs, dein-
Maximi nomine colitur. Quo præclarior laus
, quem non minus constat Optimũ esse quàm
ximum. Assecutus es nomen quod ad alium
sire non possit, nisi vt appareat in bono Princi-
alienum, in malo falsum, quod licet omnes po-
vsurpent, semper tamen agnoscetur vt tuum.
nim vt nomine Augusti admonemur eius cui
mùm dicatum est, ita hæc Optimi appellatio
quàm memoriæ hominum sine te* recurret, occurret C
otiesque posteri nostri Optimum aliquem vo-
cogentur, toties recordabuntur quis meruerit
ari. Quanto nunc Diue Nerua gaudio frue-
cùm vides & esse optimum, & dici quem tan-
m optimum elegisti? Quàm lætum tibi quod
nparatus filio tuo vinceris? neque enim alio ma-
approbatur animi tui magnitudo quàm quòd
imus ipse non timuisti eligere meliorem. Sed
u pater Traiane (nam tu quoque si non sidera,
ximam tamen sideribus obtines sedem) quan-
percipis voluptatem cum illum Tribunum,
m militem tuum tantum Imperatorem, tantum

Principem cernis, cumque eo qui adoptauit amicissimè contendis pulchrius * fuisse genuisse talem, an elegisse. Macte vterque ingenti in remp. merito, cui hoc tantùm boni contulistis. Licet alteri vestrum filij virtus triumphalia, cælum alteri dederit, non minor tamen vestra laus quòd ista per filium quam si ipsi meruissetis. Scio P. C. cùm ceteros ciues, tùm præcipuè Consules oportere sic affici, vt se publicè magis quàm priuatim obligatos putent, (vt enim malos Principes rectiùs pulchriusque est ex communibus iniuriis odisse quàm propriis, ita boni speciosiùs amantur ob ea quæ generi humano quàm quæ hominibus præstant) quia tamen in consuetudinem * venit vt Consules publica gratiarum actione perlata suo quoque nomine quantum debeant Principi profiteantur, concedite me non pro me magis munere isto quàm pro collega meo Cornuto Tertullo, Consulari viro, fungi. cur. n. non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minùs debeo? præsertim cùm indulgentissimus Imperator in concordia nostra ea præstiterit ambobus, quæ si tantùm in alterum contulisset, ambos tamen æqualiter obligasset. Vtrumque nostrûm ille * optimi cuiusque spoliator & carnifex stragibus amicorum, & in proximum iacto fulmine afflauerat. iisdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos lugebamus, ac sicut nunc spes gaudiumque, ita tunc communis nobis dolor & metus erat. Habuerat hunc honorem periculis nostris Diuus Nerua, vt nos & si minus vt bonos, * tamen promouere vellet, quia mutati sæculi signum & hoc esset, quòd florerent quorum præcipuum votum antè fuerat vt memoriæ Principis elaberentur. Nondum biennium *compleramus in officio laboriosissimo & maximo, cùm tu nobis optime

f. fuerit gen. — *vertit V* — *Domitianus.* — *abest vt* — *compleueramus VCR*

time Principum, fortissime Imperatorum Con-
atum obtulisti. Vt ad summum honorem glo-
celeritatis accederet. Tantùm inter te & illos
ncipes interest qui beneficiis suis commenda-
nem ex difficultate captabant, gratioresque ac-
ientibus honores arbitrabantur si priùs illos
peratio, & tædium, & similis repulsæ mora in
am quandam pudoremque vertissent. Obstat
ecundia quominus percenseamus quo vtrum-
e nostrûm testimonio ornaris, vt amore recti,
ore reip. priscis illis Consulibus æquaueris,
ritò, necne, neutram in partem decernere au-
mus, quia nec fas est affirmationi tuæ deroga-
& onerosum confiteri vera esse quæ de nobis,
sertim tam magnifica, dixisti. Tu tamen dignus
qui eos Consules facias de quibus possis ista
dicare. Tribuas veniam quòd inter hæc be-
icia tua gratissimum est nobis quòd nos rursus
legas esse voluisti. Ita caritas mutua, ita con-
iens tenor vitæ, ita vna eademque ratio propo-
postulabat, cuius ea vis, vt morum similitudo
icordiæ nostræ gloriam minuat, ac proinde sit
rum si alter nostrûm à collega ac si à se * ipso, *ipse vo*
entiat. Non ergo temporarium & subitum est
sed vterque collegæ Consulatu tanquam iterum
gaudet. Nisi quòd tamen qui rursus Consules
nt bis quidem, sed temporibus diuersis obli-
itur, nos duos Consulatus * accipimus simul, *accepimus V*
ul gerimus, alterque in altero Consul, sed ite-
n, & pariter sumus. Illud verò quàm insigne,
od nobis præfectis ærario Consulatum ante
im successorem dedisti? Aucta est dignitas di-
tate, neque continuatus tantùm, sed geminatus
honor, finemque potestatis alterius, tanquam
um esset excipere, * præuenit. Tanta tibi inte- *f altera*

 gritatis

gritatis nostræ fiducia fuit, vt non dubitares te salua diligentiæ tuæ ratione esse facturum si nos post maximum officium priuatos esse non sineres.

Vide notas. Quid quòd* eundem in annum Consulatum nostrum contulisti? Ergo non alia nos pagina quàm te Consulem accipiet, & nostra quoque nomina *præscrib. e* addentur Fastis quibus ipse * perscriberis. Tu comitiis nostris præsidere, tu nobis sanctissimum illud carmen præire dignatus es. Tuo iudicio Consules facti, tua voce renunciati sumus, vt idem honoribus nostris suffragator in Curia, in Campo *eos V* declarator existeres. Nam quòd * eum potissimum *mensi V* * mensem attribuisti quem tuus natalis exornat, quàm pulchrum nobis, quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui Principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit? Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipiet, nos inter secunda omina & vota certantia, quæ præsenti tibi conferentur, vehemur alacres, & incerti ex vtra parte maior auribus nostris accidat clamor. Super omnia tamen prædicandum videtur quòd pateris Consules esse quos fecisti. quippe nullum periculum, nullus ex principe metus Consulares animos debilitat & frangit. Nihil inuitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet, manebitque honori veneratio sua, nec securitatem auctoritate perdemus. Ac si quid fortè ex Consulatus fastigio fuerit deminutum, nostra hæc erit culpa, non sæculi. licet enim, quantum ad Principem, licet tales Consules agere quales antè Principes erant. Vllámne tibi pro beneficiis referre gratiam *tamen V* parem possumus? Nisi * tantùm illã, vt semper nos meminerimus Consules fuisse, & Consules tuos, *absunt V* * ea sentiamus, ea censeamus quæ Consularibus digna

ligna sunt, ita versemur in rep. vt credamus esse emp. Non consilium nostrum, non operam subtrahamus, nec * disiunctos nos & quasi dimissos Consulatu, sed quasi astrictos & deuinctos putemus, eundemque locum laboris & curæ quem reuerentiæ dignitatisq; teneamus. In fine orationis præsides custodesque imperij * Deos ego Consul pro rebus humanis, ac te præcipuè Capitoline Iuppiter precor vt beneficijs tuis faueas, tantisque addas muneribus perpetuitatem. Audisti quæ malo * Principi precabamur, exaudi quæ pro dissimillimo optamus. Non te distringimus votis. non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non honores. Simplex, cunctaque ista complexum vnum omnium votum est, salus Principis. Nec verò * noua tibi iniungimus, tu enim iam tunc illum in tutelam recepisti, cùm prædonis auidissimi faucibus eripuisti. neq; enim sine auxilio tuo, cùm altissima quæque quaterentur, hic, qui omnibus excelsior, * inconcussus stetit. Præteritus est à pessimo Principe qui præteriri ab optimo non potuit. Tu clara iudicij tui signa misisti cùm proficiscenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore cessisti. Tu voce Imperatoris quid sentires locutus, filium illi, nobis parentem, tibi Pontificem Maximum elegisti. Quo maiore fiducia iisdem illis votis quæ ipse pro se nuncupari iubet oro, & obtestor, si bene remp., si ex vtilitate omnium regit, primum vt illum nepotibus nostris & pronepotibus serues, deinde vt quandoque successorem ei tribuas quem genuerit, quem formarit, similemque fecerit adoptato, aut si hoc Fato negatur, in consilio sis * eligenti, monstresque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat. Vobis P. C. quantum debeam publicis etiam monu-

defunctos V C
Non placet.
Diuis V
mun. add. V C
Principe V
nouã t. iniung.
curam C G
erat V C
legenti V

mentis continetur. Vos mihi in Tribunatu quietis, in Prætura modestiæ, vos in istis officiis etiam quæ è studiis nostris circa tuendos socios iniunxeratis cuncti constātiæ antiquissimum testimonium perhibuistis. Vos proximè destinationem Consulatus mei his acclamationibus approbauistis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi vt hunc consensum vestrum complectar & teneam, & in dies augeam. etenim memini * tunc verissimè iudicari meruerit quis honorē, nécne, cùm adeptus est. Vos modò fauete huic proposito, & credite, si cursu quodā prouectus ab illo insidiosissimo Principe antè quàm profiteretur odium bonorum postquam professus est substiti, cùm viderem quæ ad honores compendia paterent longius iter malui, si malis temporibus inter mæstos & pauentes, bonis inter securos gaudentesque numeror, si denique intantum diligo optimum Principem inquantum inuisus pessimo fui. Ego reuerentiæ vestræ sic semper inseruiam, non vt me Consulem, & mox Consularem, sed vt candidatum Consulatus putem.

abest V

CLAV.



CLAVDI MAMERTINI PANEGYRICVS MAXIMIANO A.

II.



VM omnibus festis diebus sacratme Impᵗᵒʳ *debet*honor vester diuinis rebus æquari, tùm præcipuè celeberrimo isto,& imperantibus vobis lætissimo die venerario Numinis tui cum solennni sacræ vrbis relione iungenda est.verum est enim profectò quòd origine illius ciuitatis accepimus,primam in ea lem Numinis vestri,sanctum illud venerãdumie Palatium, * regem aduenam condidisse. neie enim fabula est de licentia poëtarum, nec opio de fama veterum sæculorum, sed manifesta res probata,(sicut * hodie quoque testatur Herculis ı maxima, & Herculei sacri custos familia * priıria) principem illum tui generis ac nominis lantea mœnia * addidisse victorem, & parua icet tunc regia, summa tamen religione susceım futuræ maiestatis dedisse primordia, vt esse sset domus Cæsarum quæ Herculis fuisset hosium.Iure igitur hoc die, quo immortalis ortus ninæ gentium ciuitatis vestra pietate celebra-,tibi potissimum Impᵗᵒʳ inuicte laudes canimus, gratias agimus,quem similitudo ipsa stirpis tuæ, vis tacita naturæ ad honorandum natalem Ro: diem tam liberalem facit, vt vrbem illam sic as conditam quasi ipse condideris. re vera .n. :atᵐᵉ Impᵗᵒʳ merito quiuis te, tuumque fratrem

debent v a honos V

Vide notas.

hodiéque test. V B

Pinaria v c a

f adisse

tunc licet a

Romani imperij dixerit cōditores. eſtis enim (quod eſt proximum) reſtitutores, & ſit licet hic illi vrbi natalis dies quod * pertineat ad originem populi Romani, veſtri imperij primi dies ſunt principes ad ſalutem. Quare ſi nūc Romæ omnes Magiſtratus, & Pontifices, & Sacerdotes iuxtà parētes Vrbis, & Statores Deos Herculis templa venerātur, quia partam aliquando ex victoria prędā à flumine Ibero & conſcio occidui Solis Oceano ad pabula Tyrrhena compulerit, & in Palatino iugo venturo * ter reliquerit veſtigia; quāto tandē ſtudio nos hic conuenit, qui te præſentē intuemur Deū, toto quidem orbe victorem, ſed nunc * quidē maximè in eadem Occidentis plaga non * paſtorē trino capite deformem, ſed prodigium multo tetrius opprimentem, quidquid ſpiritus & vocis * habemus, omne id in laudibus tuis nō occupare modò, ſed (ſi res poſcat) * abſumere debemus. Vnde igitur ordiar? Commemorabo nimirum patriæ tuę in remp. merita? Quis enim dubitat quin multis iam ſæculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen acceſſerint, Italia quidem ſit gentium domina gloriæ vetuſtate, ſed Pannonia virtute? An diuinā generis tui originē recenſebo, quam tu non modò factis immortalibus, ſed etiam nominis * ſucceſſione teſtaris? An quéadmodum educatus inſtitutuſque ſis prædicabo in illo limite, * in illa fortiſſimarū ſede legionū inter diſcurſus ſtrenuæ iuuentutis, & armorum ſonitus tuis vagitibus obſtrepentes? Finguntur hæc de Ioue, ſed de te vera ſunt Imp^tor. An tuas res geſtas enumerare conabor, quæ te prima ſigna Imperatoriis auſpiciis inaugurarint, quæ caſtra dominum habitura ſuſceperint, quæ bella * deduxerint, quæ victoriæ auxerint? Ibo ſcilicet veſtigiis virtutis tuæ colligēdis per totum Iſtri limitē, perq; omnē quâ tendit Euphratem,

pertinet B
tibi V B C
cummaxime V B
Gerionem.
habeamus V C R
abſum? Vnde V C R
tui V
abeſt B
didux. B

tem,& ripas peragrabo Rheni,& litus Oceani? Sed qui velit omnia * ista' complecti sæcula sibi optare debet,& innumerabiles annos; & quantam tu mereris ætatē. Faciam igitur * cōpendium ≠ * orationi meæ,sed damno volūtatis,quod huic tempori maximè cōgruit omittam,cetera,& potissimū illud arripiam,(quod multis fortasse mirum videbitur, & tamen re ipsa verissimū est) te cùm ad restituēdam remp. à cognato tibi Diocletiani Numine fueris inuocatus plus tribuisse beneficij quam acceperis. neque enim specie tenus ac nomine fortuna imperij considerāda est. Trabeæ vestræ triūphales, & fasces Consulares, & sellæ curules, & hæc obsequiorum stipatio & * fulgur, & illa lux diuinū verticem claro orbe complectens vestrorū sunt ornamenta meritorum pulcherrima quidem & augustissima; sed longè illa maiora sunt quæ tu impartito tibi imperio * meræ gratiæ retulisti, admittere in animū tantæ reip. curam,& totius orbis fata suscipere, & oblitum quodāmodo sui gentibus viuere, & in tā arduo humanarum rerum stare fastigio,ex quo veluti terras omnes & maria despicias, vicissimq; oculis ac mēte collustres vbi sit certa serenitas, vbi dubia tempestas,qui iustitiā vestram iudices æmulentur,qui virtutis vestræ gloriam duces seruent,accipere innumerabiles vndiq; nuncios,totidem mandata dimittere,de tot vrbibus & nationibus & prouinciis cogitare, noctes omnes diesq; perpeti * sollicitè pro omnium salute transigere. Hæc omnia cùm à fratre optimo oblata susceperis,tu fecisti fortiter, ille sapienter. neque enim cum reip. nauem secundus à puppi flatus * impleret salutarem manum gubernaculis addidisti,sed cùm ad restituendam eā post priorum temporū labem diuinū modò,ac ne id quidem vnicum,sufficeret auxiliū,præ-

abest a
compendio vca
quidem c
orationi a
fulger va
vice grat. vac
sollicitissime va
impelleret vac

subisti V cipitanti Romano nomini iuxta Principem * ſubiſ-
ſti, eadem ſcilicet auxilij opportunitate, qua tuus
Hercules Iouem veſtrum quondam Terrigenarum
bello laborantē magna victoriȩ parte iuuit, proba-
ſic C uitq; = non magis à DIs accepiſſe cælum quàm eiſ-
dem reddidiſſe. An non illud malum ſimile mon-
in VBLC ſtrorum biformium * &' hiſce terris fuit, quòd tua
Cæſar neſcio vtrū magis fortitudine repreſſum ſit,
an clemētia mitigatum, cū militares habitus ignari
arator pedi- agricolæ appetiuerūt; cū * autor equitem, cū paſtor
tem, VBLC equitem, cū hoſtē Barbarum ſuorum cultorū ruſti-
cus vaſtator imitatus eſt? Quod ego curſim præte-
reo, video enim te (qua pietate es) obliuionem illius
Quid enim victoriæ malle quàm gloriā. * Quod verò ſtatim,
ſtat V Vide vixdum miſero illo furore ſopito, cùm omnes Bar-
notas. baræ nationes excidium vniuerſæ Galliæ minaren-
tur, neq; ſolū Burgundiones & Alamani, ſed etiam
Chaibones Eruliq́ue, viribus primi Barbarorum,
locis vltimi, præcipiti impetu in has prouincias ir-
ruiſſent, quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis
attuliſſet, niſi tu affuiſſes? tu enim diuinȩ prouiden-
tiæ Imp^ror conſilio prius quàm vi bellū gerendum
peſtiferat B f ratus, ceteros quidē perduelles, quibus ipſa* peſti-
peſtifera erat. fera multitudo, ire paſſus es in profundam famem,
vbi L & ex fame in peſtilentiā, mox = triumphi ornamen-
Chaibonas ta capienda militum manibus vſurus, * Chaibones
VCR *part aſtu perd.* tamen Eruloſque non dignatus * pariter perdere,
VBLC atque vt interim diuina virtus tua exercitatione ſo-
lita non careret, aperto Marte, atque vno impetu
perculiſti, non vniuerſo ad id prœliū vſus exercitu,
ſed paucis cohortibus. quid enim opus erat multi-
tudine, cùm ipſe pugnares, ipſe omnibus locis to-
ſ ipſi taq; acie dimicares, * ipſi hoſti vndique, & quâ re-
Vide notas. ſiſteret, & quâ cederet, = & quâ fugeret, occurreres,
erroremque aduerſariis pariter ac tuis faceres, cùm
neque

neque te Barbari vnum putarent, neq; milites non dico stipatione atque comitatu, sed * saltem oculis sequi possent. * tanto quippe prœlio ferebare non aliter quàm magnus amnis solet hibernis imbribus auctus & niuibus passim fluere quâ campus est. Ita cuncti Chaibones, Eruliq́ue cuncti tanta internecione cæsi interfectiq́ue sunt, vt extinctos eos relictis domi cõiugibus ac matribus non profugus aliquis è prœlio, sed victoriæ tuæ gloria nunciaret. Transeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnas atque victorias, quæ enim tot tantisq́ue rebus * sufficiet oratio? Illum tamen primum Consulatus tui * auspicalem diē tacitus præterire nullo modo possum, quo tu solus omnium consecutus es vt quod tempus antea incipiendis tantũmodo rebus aptum videbatur tũc primum potuerit sufficere peragendis, vnoque Sol curriculo suo, eoque breuissimo, & officia te Consulis inchoantem videret, & Imperatoris implentē. Vidimus te Cæsar eodem die pro rep. & vota suscipere, & coniuncta debere. quod enim optaueras in futurum fecisti cõtinuo transactum. Vt mihi ipsa Deorum auxilia quæ precatus eras prçuenisse videaris, & quidquid illi promiserāt antè fecisse. Vidimus te Cæsar eodē die & in clarissimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Bona venia Deûm dixerim, ne Iuppiter quidem ipse tanta celeritate faciem cæli sui variat quā facile tu * Iuppiter togam prætextam sumpto thorace mutasti, hastam posito scipione rapuisti, à tribunali * venisti' in campum, à curuli in equum trāstulisti, & rursus ex acie cum triumpho * rediisti, totamq́ue hanc vrbē repentina tua in hostes eruptione sollicitam lætitia & exultatione, & * aras flagrantibus, & sacrificiis, * & odoribus accensis Numini tuo implesti. Ita vtroque illius diei supremo tempore bis

diuina

saltim v c a.
toto s l e
sufficiat v e a.
auspicabilem c
ora v s c
f. opera
Imperator tog. s
temet v c a.
redisti v e a.
aris c auris s
abest c s
luminibus c

diuina res pari religione celebrata est, Ioui, dum pro futuris vouetur, tibi, dú pro victoria soluitur. Tale igitur auspicium illius anni quid sequebatur nisi nouum aliquod & ingens miraculum? Quod autem maius euenire potuit illa tua in Germaniam trãsgressione? qua tu primus omnium Imp^{rum} probasti Romani imperij nullum esse terminum nisi qui tuorum esset * arborum. Atqui Rhenum antea videbatur ipsa sic Natura duxisse, vt eo limite Romanæ prouinciæ ab immanitate Barbariæ vindicarentur. * Et quis vnquam ante vos Principes non gratulatus est Gallias * illorũ amne muniri? Quando non * eum sine metu nostro Rheni alueũ minuit diu serena tempestas? Quando non cum securitate nostra illius diluuia creuerunt? Credo, * itidem * optimam illam fertilemque Syriam velut amplexu suo tegebat Euphrates antequam Diocletiano sponte se dederent regna Persarum. Verùm hoc Iouis sui more, nutu illo patrio quo omnia contremiscunt, & maiestate vestri nominis consecutus est. Tu autem Imp^{tor} * inuicte feras illas indomitasque gentes vastatione, prœliis, cædibus, ferro, ignique domuisti. Herculei generis hoc fatum est, virtuti debere quòd * vindicat. Exinde igitur soluto animo ac libero sumus. Licet Rhenus arescat, tenuique lapsu vix læues calculos perspicuo vado pellat, nullus inde metus est. Quidquid vltra Rhenum prospicio Romanum est. Sic illa quondam Romanæ potentiæ diu æmula & inimica Carthago à P. Scipione deuicta est, cú is traiecto in Africam exercitu Hannibalẽ ab Italiæ vastatione reuocauit? Audieras hoc Imp^{tor}? an * ipsa per te diuina tua mente * prospexeras ita demũ hostes funditus posse subuerti, si in proprijs sedibus vincerentur, nec prædam modò quam cepissent amitterent, sed ipsi con-

liberorum L
Et quis V
illo L. illius C
cum summo VBLC
identidem B
Non placet. f. optimam.
inuictus V
sua V B vindicas VBC
f. ipse
persp. B

ninges, * & liberos, & parentes suos, & cariss- a. v
a omnia capta mærerent? Hoc tu siue cognitum
cutus es, seu te auctore fecisti, vtrumque pulcher-
num est. neque enim minorem laudem magna-
m rerum, æmuli quam ipsi merentur * auctores, auctores, a
tinimmo, quamuis optimum, intentatæ rei consi- inepte.
m Fortunæ committitur, iteratum a idem atque ve. a v b
petitum ad certam a rei * gloriam pertinet iu- abest b iudic. glor. pert.
cii. Ideoque hoc nunc * sacri ambo Imp[tes] ipso v b
tis Scipione potiores, quòd & tu Africanum, & te ambo sac. Imp. b
iocletianus imitatus est. Ingressus * es nuper illam est v
iæ * Rhætis est obiecta Germaniam, similiq; vir- Rhetia v b
te Romanum limitem victoria protulit. Adeo
umini illius simpliciter amanterque quidquid
o * his ceteris feceras retulisti cùm ex diuersa or- f. hisce terris
is parte coëuntes inuictas dexteras contulistis.
deò fidum * firmumque fuit illud eloquium. In fraternumque vcr
io * nobis mutua præbuistis omniũ exempla vir- vobis ac
itum, atque inuicem vos (quod fieri iam posse non
idebatur) auxistis, ille tibi ostendendo dona Persi-
i, tu illi spolia Germanica. Sed neque illum virtu-
s tuæ bellicæ à liberalitate, neq; illius opes à bel-
ca virtute te reuocarunt. Ambo nunc estis largis-
mi, ambo fortissimi, * ab hac ipsa vestri similitu- at que hac b a
ine magis magisq; concordes, a (quod omni con- f. atque ab hac & vcr
nguinitate certius est) virtutibus fratres. Sic fit vt
obis tantum imperium sine vlla a æmulatione potentia c
ommune sit, neque vllum * vitæ vos discrimen inter vos v b
spatiamini, sed planè vt gemini illi reges * Lace- f. Lacedemonii
æmones Heraclidæ rẽp. pari sorte teneatis. Quan-
uam hoc vos meliores & iustiores, quòd illos ma-
r astu coëgit, cũ nemini fateretur quem prius edi-
isset in lucem, pari ætatis auctoritate regnare, vos
oc sponte * faciatis, quos in summis rebus æqua- faciatis v b c
t non vultuum similitudo, sed morum. Attamen
illos

etiamsi e illos,* si discrimen sui scire potuissent, minus mirum fuisset exiguam sibi communicasse regionem, quam sæpè vno die impiger viator emensus est. Vos verò, qui imperium non terræ, sed cæli regionibus terminatis, tantam vim, tantam potestatem mutuo vobis impartire diuinæ profectò immortalisque fiduciæ est, quã cupiditas nulla perturbet. Et tamen vides Imp. non inuenire me ex omni antiquitate, quod comparem vobis nisi Herculeæ gentis exemplum. nam ille quidem magnus Alexãder iam mihi humilis videtur: Indo regi sua regna reddendo,

Poro.

cùm tam multi reges * Imp^{tores} vestri clientes sint, cùm per te regnum * receperit Genobon, Esatech verò munus acceperit. * Quid ille aliud expetiuit ad conspectum cum omni sua gente veniendo nisi vt tunc demum integra auctoritate regnaret cùm te Maximiane placasset? Ostendit ille te identidem (vt audio popularibus suis, & intueri diu iussit, & obsequia discere, qũ tibi ipse seruiret. Hoc eodem modò rex * ille Persarum, nunquã se antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat, totumque * se, vt ingredi ille dignetur, regnum suum pandit. Offert interim varia miracula, eximię pulchritudinis feras mittit, amicitiæ nomen impetrare cõtentus, promeretur obsequio. Vestra hoc concordia facit inuictissimi Principe, vt vobis * in tanta æqualitate successuum etiam Fortuna respondeat. remp. enim vna mente regitis, neque vobis tãta locorum diuersitas obest, quominus etiam * velut iunctis dexteris gubernetis. Ita quamuis maiestatẽ regiam geminato Numine augeatis, vtilitatẽ * imperij singularis cõsentiendo retinetis. Quare si non frustra Græci poëtæ hominibus iustitiã colentibus repromittunt binos gregum fetus, & duplices arborum fructus, nunc omnia gentibus vniuersis gemina debentur,

s. vestri Imperatores,
suscep. B
quid enim ille VB
Narzeũ Sex. Victor nominat.
si ingr. VB
abest V
f. veluti iunctis dext.
tamen a

·bentur, quarum vos domini tam sanctè iusti-
ım,& concordiam colitis. Tu quidẽ certè Imp[ior]
ntum esse in concordia bonum statuis, vt etiam
ıs qui circa te potissimo funguntur officio neces-
udine tibi & affinitate deuinxeris, id pulcherri-
um arbitratus, adhærere lateri tuo non timoris
ısequia, sed vota pietatis. Quorum ductu proxi-
e, cum felicissimis vestris auspicijs vterentur, lu-
ıca illa fallaxque gens Barbarorum vt merebatur
fecta est. Vestra hæc Imp[ior] vestra laus est. A vo-
s proficiscitur * & quod per alios administratur. *etiam* a
enim omnia commoda cælo terraque parta li-
t diuersorum Numinum * ope nobis prouenire *opere* a *Non placet.*
deantur, à summis tamẽ auctoribus manant, Io-
: rectore cæli, & Hercule pacatore terrarum, sic
nnibus pulcherrimis rebus etiam quæ aliorum
ıctu geruntur Diocletianus facit, tu tribuis effe-
um. Vestræ inquam fortunæ, vestræ felicitatis est
ıp[ior] quòd iam milites vestri ad Oceanum perue-
re victoria, iam cæsorum in illo litore hostiũ san-
ıinem reciproci fluctus sorbuerunt. Quid nunc
ıimi habet ille * pirata, cùm fretum illud quo *Carausius.*
lo mortem suam hucusque remoratus est pæne
stros exercitus videat ingressos, oblitosque na-
um refugũ mare secutos esse quâ cederet? Quam
ınc insulam remotiorem, quem alium sibi optet
ceanũ? Quo denique pacto effugere pœnas reip.
ıtest? Nisi si haustu terræ deuoretur, aut turbine
quo in deuia saxa rapiatur. Ædificatæ sunt, orna-
que pulcherrimæ classes, cunctis simul amnibus
ceanum petituræ. Neque solum ad perficiendas
s certatim homines laborarunt, sed etiam ad ex-
ıiẽdas flumina repẽtè creuerunt. Toto fere anno
ıp[ior] quo tibi opus erat serenitate, vt naualia texe-
ntur, vt trabes cæderentur, vt artificum animi
vige-

ut man. VCR *ne* VCR *Septentrioni* VLBC *subiacere* VB LC *Mosella, ut puto.*

vigerent, * ne manus * torpescerent, nullus fere dies imbre fœdatus est. Hiems ipsa temperiem veris imitata est. Iam non * Septemtrionis nos putauimus *, & quasi translatis sideribus, aut terris, meridiani cæli clementiam sensimus. * Fluuius hic noster, diu pluuiarum pabulo carens, impatiens erat nauium, solam naualibus tuis materiam deuehebat. Ecce autem subitò cùm iam deduci liburnas oporteret tibi vberes fontes terra submisit, tibi largos imbres Iuppiter fudit, tibi totis fluminum alueis Oceanus redundauit. Ita in aquas sponte subeuntes impetum nauigia fecerunt, leui modo commota * nixu ducentium, quorum ad felicissimum illud exordium magis opus erat nautico carmine quam labore. Facile itaque quiuis intelligit Imp^tor quàm prosperi te successus in re maritima secuturi sint, * cùm iam sic tempestatum opportunitas * obsequatur. Felix igitur talibus Roma Principibus, (fas est enim vt hóc dicendi munus pium vnde cœpimus terminemus) felix inquam, & nunc multo felicior quàm sub Remo & Romulo tuis. Illi enim fratres quamuis geminique essent, certauerunt tamen vter suum tibi nomen imponeret, diuersósque montes & auspicia ceperunt; hi verò conseruatores tui, sit licet nunc tuum tanto maius imperium quanto * latius * es vetere pomœrio quidquid homines colunt, nullo circa te liuore contendunt. Hi cùm primum redeant ad te triumphantes, vno cupiunt inuehi curru, simul adire Capitolium, simul habitare Palatium. Vtere (quæso) tuorum Principum vtroque cognomine, cùm non cogaris eligere. Licet nunc simul & Herculea dicaris, & Iouia. O quanto nunc Imp^tores illa ciuitas esset augustior, quanto magis hunc natalem suum diem

nisu B

cui iam V *obsequebatur* V

Latior VC *est* LB

liē coleret; si vos* stipato vestro Senatu in illa Capitolini Iouis arce conspiceret! Quæ nunc sine dubio præsentiā * vestri sibi fingit, ædes vestrorū Numinum frequentando * identidem, sicut à maioribus institutum est, inuocando Statorē Iouem, Herculémq; victorem. hoc enim quondā illi Deo cognomē * asscripsistis qui, cùm piratas oneraria naue vicisset, ab ipso audiuit Herculeper quietem illius ope victoriā contigisse. Adeo sacratme Impior multis iam sæculis inter officia est Numinis tui superare piratas. Sed profectò maturè ille * illucescet dies quum vos videat Roma victores, & alacrē sub dextera filiū. Quē, ad honestissimas artes omnibus ingenij bonis natū, felix aliquis præceptor expectat, cui nullo labore constabit diuinā immortalémq; progeniē ad studiū laudis hortari. Non necesse erit Camillos, & Maximos, & Curios, & Catones proponere ad imitandum, quin potius vestra illi facta demonstret, vos identidem & semper ostēdat, præsentes, & optimos Imperatoriæ institutionis auctores. Interim tamen te gentium domina, quoniam nunc * optimū Principē in Gallijs suis retinet ratio reip., quæsumus (si fieri potest) ne huic inuideas ciuitati, cui nunc ille similitudinē maiestatis tuę cōfert, natalē tuum diē celebrando in ea consuetudine magnificentiæ tibi debitæ. Téque ipsum Impior oramus vt etiā cum vos totius orbis securitate cōposita illa imperij vestri mater acceperit amplexus suis arctissimos interdum pijs manibus resoluatis, atque potissimùm (credo enim, hoc idem Diocletianū Oriens rogat) has prouincias tuas frequenter lustres, & profundissima licèt pace florētes aduētu Numinis tui reddas feliciores. Vides Impior quāuis sit tuorū in nos cęlestiūm beneficiorū? Adhuc præsentia tua fruimur, & * reditum desideramus.

stipatos v
vestram v
& v 3
asscripsisti qui 3
illucescat 3
Non placet.
optatissimum v 3 c
iam 3

EIVSDEM CLAVDI MAMERTINI GENETHLIACVS MAXIMIANI A.

III.



MNES quidem homines, sacrat[mo] Imp[or], qui maiestati vestræ laudes canunt,& gratias agunt debitũ vobis conantur exoluere, (quis enim est qui posset implere?) sentio tamen à me, hoc præcipuè tempore, hoc piæ vocis officium iure quodam sacrosancti senoris postulari, vt expectationem sermonis eius quem tuis Quinquennalibus præparaueram hac gemini natalis prædicatione compensem,& dicendi munus quod tunc voti promissione susceperam nunc religione debiti repræsentem. * Nouerã autem sacrat[me] Imp[or] longè infra spem honoris eius quem in me * contulistis, (vnde enim vel tantam fiduciam mei gererem,vel tam improbè concupiscerem,vt optarem mihi quantum iudicio vestro sum consecutus,auderem?) * nouerã inquam potissimùm vt me dignatione qua pridem audieras rursus audires.siquidem apud tanti præsentiã Numinis hoc ipsum mihi maximum * dicendi præmium videbatur, vt dicerem.Gaudeo igitur (si fas est confiteri) dilatam esse illam cupiditatem meam. neque enim orationis eius quam composueram * faciam iacturã,sed eam reseruo, vt quinquennio rursus exacto Decennalibus tuis dicam, quoniam quidem lustris omnibus prædicandis communis oratio est.Et profectò (si non sensus meos dicatorum

Voueram LC

f. contulisti

vouerãm LC

dicenti VB
Non placet.

facio VB

rum vobis dierum proxima quæque veneratio sui maiestate * perstringit) hic mihi dies videtur illustrior magísque celebrandus qui te primus protulit in lucem. etenim illi ipsi dies quibus imperij auspicia sumpsistis ob * hæc sancti sunt & religiosi, quod tales * declarauerunt Imperatores. Et certè virtutes * quibus ipsum ornatis imperium * & ingenium vestri procreauere natales. Quos quidem, sacrat^mo^ Imp^tor^ quoties annis voluëtibus reuertuntur, vestri pariter ac vestrorum Numinum reuerentia colimus. siquidem vos DIs esse genitos & * Numinibus quidem vestris, sed multo magis virtutibus approbatis. Quarũ infatigabiles motus & impetus ipsa vis diuinitatis exercet, quæ vos tãtis discursibus toto quẽ regitis orbe deducit, vt nos semper auxilij vestri caritate nuper ad libertatem piæ * constitutionis impleuerit, cum itinera vestra ipsis hibernis * diebus per vicina illa cælo Alpium iuga, quibus Italiam Natura vallauit, pérq; illa saxa, & duriorem saxis niuium densitatẽ desiderio vestri & amore sequeremur, & * virtus vestra nõ sentiret pati * nos putaremus iniuriam. Reddimus tamen rationẽ * sollicitudinis vestræ, & inspecta penitus veritate cognouimus quæ causa faciat vt nũquam otio acquiescere velitis. profectò * nõ patitur hoc cælestis ille vestri generis cõditor. nam primũ omniũ quidquid immortale est stare nescit, sempiternóq; motu se seruat æternitas. Deinde * præcipuè vestri illi parentes, qui vobis & nomina & imperia tribuerũt, perpetuis maximorum operũ actionibus occupantur. ille siquidem Diocletiani autor Deus, præter depulsos quondam cæli possessione * Titanes, & mox * deformiũ bella monstrorũ, * præpeti cura quamuis compositum gubernat imperiũ, atque hanc tantam molem infatigabili manu voluit,

perstrinxit B f. præstrinxit
hoc v s e
declarauerint v
eas B
genium vest. v & Genius e
Vide notas.
f. numinibus
scil. Iouio, & Herculio,
conquestionis v B
hostilis v B
f. quam
vos v
sollicitudini v B
enim v e B.
scil. inter cæteros Deos.
Titanas v e B
biform. v s e
perpetis v B . e

& fata dispo-nit, B ✱ omnium quoque rerum ordines ac vices peruigil seruat. neque enim tunc tantummodo commouetur cùm tonitrua incutit, & fulmina iacit, sed etiã si tumultuantia elementorum officia pacauit, nihilominus tamen ⸗ & ipsas quæ tacitæ labuntur auras *nit. imp. cæli V* placido sinu fundit, & in aduersa ✱ cæli nitentem *Itidémque V B* impetu rapit Solem. ✱ Itidem quoque Maximia- *dum V B* ne Hercules tuus mitto quòd ✱ cùm inter homines erat terras omnes & nemora pacauit, vrbes dominis crudelibus liberauit, etiam cælo dirarum alitũ *volucra tela V B* ✱ volucratilia detraxit, etiam terrores Inferûm ab- *volucria tela L C* ducto custode compescuit, exinde certè nihilominus post adoptionem Cælitum, ✱ Iuuentæ connu- *Iuuentaque V B L C* biũ perpetuus est virtutis assertor, *omniúmq; for- *omnibúsque V B C* tium virorum laboribus fauet, ⸗ in omni certamine *f. &* conatus adiuuat iustiores. His quidẽ certè diebus, quibus immortalitatis origo celebratur, instigat (vt videmus) illos à sacris certaminibus accitos, vt pertinaci animositate certandi multa faciant ipsius similia victoris. Adeò sacrat[mi] Imp[tor] vtraque vestra Numina semper aliquid agunt, agendúmve curãt. Vt iam nobis illa quam pro vobis susceperamus cura ponenda sit, cùm non laborare vos, sed parentes Deos videamus imitari, cúmque præterea ingenitum illum vobis diuinæ mẽtis ardorem etiam *religion. c inepte.* earum quæ primæ vos suscepere ✱ regionum alacritas excitarit. non enim in otiosa aliqua delicijsq; corrupta parte terrarum nati institutíque estis, sed in his prouincijs quas ad infatigabilem consuetudinem laboris atque patientiæ ✱ fractus licet op- *fracto V* positus hostis, armis tamẽ semper instructus ✱ mi- *limes V B* les exercet, in quibus omnis vita militia est, quarũ etiam feminæ ceterarum gentium viris fortiores sunt. Ex istis ergo causis stirpis vestræ, patriorúmq; institutorum illa veniunt quæ sæpe miramur, (Interdum

terdum etiam pro amoris impatientia timebamus) quòd expeditiones vestras numerare nõ possumus, quòd diutiùs in ijsdem manere vestigijs dedignamini, quòd vos à continuo rerum cursu gerendarum non modò amœnitas locorum, aut nobilitas vrbium, sed ne ipsa quidem victoriarum * nostrarũ lætitia remoratur. Illum modò Syria viderat, iam Pannonia * susceperat. Tu modò Galliç oppida illustraueras, iam summas arces Monœci Herculis præteribas. Ambo cùm ad Orientem Occidentémque * occupati putaremini, repentè in medio Italiæ gremio apparuistis. Hos fructus capitis operũ maximorum, sic interim meritorũ conscientia triumphatis dum triumphos ipsos semper vincẽdo differtis, quòd quæcunque pulcherrima facitis continuò transitis, & ad maiora properatis. Vt dum vestigia vestra miramur, dúmque vos adhuc esse in conspectu putamus, iam de vobis audiamus lõginqua miracula. Ita omnes prouinciæ vestræ quas diuina celeritate peragrastis vbi sitis vicissim nesciunt, sciunt tamen vos vbique vicisse. Sed de rebus bellicis, victorijsq; vestris sacrat[me] Imp[tor] ⸗ multi summa eloquentia præditi sæpe dixerunt, & ego pridem, cùm mihi auditionis tuæ diuina dignatio eam copiam tribuit, quãtum potui prædicaui. Hodie verò si de duabus rebus, quas ad hoc tempus * optatissimas (nisi fallor) elegi, dicere mihi vestra fauente maiestate contigerit, de ceteris veniam silentij petam. Non commemoro igitur virtute vestra remp. * sæuissimo dominatu liberatam. Non dico exacerbatas ⸗ sæculi prioris iniurijs per clemẽtiam vestram ad obsequium * redijsse prouincias. Mitto etiam dies festos victorijs, * triumphis celebratos. Taceo tropæa Germanica, in media defixa Barbaria. Transeo limitem Rhetiæ repentina hostium

vestrarum v B LC.
f. suscipiebas
occupari v B
& B
aptissimas v B
dom. fau. v
Sub Carino Cæsare.
redisse v
triumphisq; B

ſtium clade promotum. Omitto Sarmatiæ vaſtationem, oppreſſúmque captiuitatis vinculis Saracenum. Etiam illa quæ armorum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta, prętereo, Francos
petendum B ad*petẽdam pacẽ cum rege venientes, Parthúmq; vobis munerum miraculis blandientem. Nouam mihi propono dicẽdi legem, vt cùm omnia videar ſilere quæ ſumma ſint, oſtendam tamen ineſſe laudibus veſtris alia maiora. Quę igitur illa ſunt? Pie-
veſtra V tas *, ſacrat[me] Imp[tor] atque felicitas. nam primum
eſt PG omnium quãta veſtra * erga Deos pietas? quos aris, ſimulacris, templis, donariis, veſtris denique nominibus aſſcriptis, adiũctis imaginibus ornaſtis, ſanctióréſque feciſtis exemplo veſtræ venerationis.
quanam L nunc enim verè homines intelligunt * ac poteſtas
Denique B, corruptè. Deorum, cùm tam impenſe colantur à vobis. *Deinde (id quod maximè Deorum Immortaliũ cum
inuicem VBC religione coniunctum eſt) quanta voſmet * pietate colitis? Quæ vlla vnquam videre ſæcula talem in ſumma poteſtate concordiam? Qui germani, gemi-
æquabiliter VBC níve fratres indiuiſo patrimonio tam * æqualiter vtuntur quàm vos orbe Romano? Ex quo profectò manifeſtum eſt cæterorum hominum animas eſſe humiles & caducas, veſtras verò cæleſtes & ſempi-
inu. ſibi BI ternas. Obtrectant * ſibi inuicem artifices operum ſordidorum, eſt inter aliquos etiam canoræ vocis
támque VC inuidia, nihil deniq; tã vile, *tam vulgare eſt, cuius participes malignis æmulationis ſtimulis vacent, veſter verò immortalis animus omnibus opibus, omniq; fortuna, atq; ipſo eſt maior imperio. Vobis Rhenus, & Iſter, & Nilus, & cum gemino Tigris
reddidit V vid. notas Euphrate, & vterque qualem accepit, & * reddit Oceanus, & quidquid eſt inter iſta terrarũ, & fluminum, & litorum, tam facili ſunt æquanimitate
f. quam cõmunia, * quantum ſibi gaudent eſſe cõmunem

oculi

oculi diem. Ita duplices vobis diuinæ potentiæ fructus pietas vestra largitur, & suo vterque fruitur, & consortis imperio. Laurea illa deuictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhætica, & illa Sarmatica te Maximiane fecerunt pio gaudio triumphare. * Itidem hic gens * Cauionum Erulorúmque deleta, ≠ transrhenana victoria, & domitis oppressa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. Diuidere inter vos DI Immortales sua beneficia non possunt. Quidquid alterutri præstatur, amborum est. Obstupescerent certè omnes homines admiratione vestri etiamsi vos idem parens, eadémq; mater ad istam concordiã naturæ legibus imbuissent. Atenim quãto hoc * est' admirabilius, vel pulchrius, quòd vos castra, quòd prœlia, quòd pares victoriæ fecere fratres? Dum virtutibus vestris fauetis, dum pulcherrima inuicem facta laudatis, dum ad summũ fortunæ fastigium pari gradu tenditis, diuersum sanguinem affectibus miscuistis. Non fortuita in vobis est * germanitas, sed electa. * Notum est sæpe eisdem parentibus natos esse dissimiles; ≠ certissimæ fraternitatis est' vsque ad imperium similitudo. Quæ * ne etiam interuallum vestræ vincit ætatis, & seniorem * iuniorémque caritate mutua reddit æquales. Vt iam illud falsò dictum sit, *NON delectare societatem rerum nisi * inter' pares annos*. intelligimus enim sacrat[mi] Principes * &' geminũ vobis, quamuis dispares sitis ætatibus, inesse cõsensum. Neq; tu illi videris propior, neq; tibi ille * cũctatior, sed inuicẽ vosmet ≠ imitamini, inuicẽ vestros affectatis ãnos. Sic vos estis ≠ iuniores ≠, ambo seniores. Neuter plus suis moribus fauet, vterque se vult hoc esse quod frater est. Inde igitur proximè * ille impatientiã vestræ pietatis * irrupit, quòd

Itidémque V. *Chabionum* L. *Cauuonum* B. *Carbonum* C, *corruptè*, *& VCR.*

abest B

addidi ex LC

sed C

f. Notatum

na L

minorémq; B.

abest B,

abest VCR.

cunctãtior VB.

ipsos V

quasi B *Non placet.*

f. ambo

illa impatientia LC

quòd vos nulla regionum longinquitas, nulla iniquitas locorum, nulla tempestatis asperitas retinere,* aut morari potuit quominus ad conspectum vestri* peruolaretis. neque enim illud progressio fuit, nec itineris confectio, nec solitis adminiculis vsa properatio. * Quod simili* concitu eques, aut veliuola nauis? Diuinus quidam impetus fuit, quo repentè in eundem locum ab vtroque Solis aduerso fine venistis. ipsos siquidem quos promiseratis nuncios reliquistis, ipsam, quæ vos conata est præuenire, famam præuertistis. Vt absque paucissimis, qui vobis comites hærere potuerunt, ceteri homines fortasse crediderint (quòd* ita dignum * & maiestate vestra) diurna vobis & nocturna curricula vtraque mundi lumina commodasse. Sed remoueamus istinc fabulas imperitorum, verum loquamur. Vestra vobis pietas sacrat^me Imp^tor volucres dedit cursus. etenim cùm nihil sit animo velocius, vos, quorum igneæ immortalésque mẽtes minimè sentiunt corporis moras, peruecti estis ad * nos mutui desiderij celeritate. Sed qua tandem vice temporũ? quo tempestatis habitu? Nempe hieme sæuissima, & * in his quoque regionibus inusitata, cùm * algor glacies,* glacies niuem premerent, cælo pariter ac terris vniformibus, cúmque ipsi anhelitus hominum circa sua ora concreti rigore canescerent. Adeò (vt res est) aduersus * clementiam locorum ac siderum vestræ vos maiestatis potentia tuebatur, & ceteris hominibus atque regionibus vi frigorũ astrictis & oppressis, vos solos auræ lenes, vernique flatus, & * deductis nubibus ad itinera vestra directi Solis radij sequebantur. Tanta * felicitate illa quæ tunc alijs forent inaccessibilia superastis, atque inde Iulias, hinc * Cotias Alpes quasi relictas æstu arenas patentium litorum transcurristis. Eant nunc rerum

absunt v
f. proaol.
Quid v Quis
similis L, quod
sequor. concitus.
B Non places.
id B
est mai. B C
vos v B
abest B
agros L C
glaciem niues
L B C
incolum. C B
did. B C
facilitate v C
Cottias v

rerum vete,um prædicatores, & Hannibalem illũ multis laboribus,magnáque exercitus sui diminutione Alpes penetrasse mirentur. Vos inuictissimi Imp^res propè soli Alpiũ vias hibernis niuibus obstructas diuinis vestigijs aperuistis,vt quondã Hercules per eadem illa culmina Iberiæ spolia incomitatus abduxit.Tum si fortunę causæque Hannibalis ac vestrorum itinerum cõparentur, quanto hæc vestra DIs hominibúsque acceptiora sunt? quanto laude ac sempiterna memoria digniora? Tunc Pœno ex summis Alpibus viso Italia contremuit, statim* pecua agríque *deserta, omnes familiæ rusticanæ * siluarum & ferarum cubilia petiuere. Quo nũcio accepto omnibus oppidis matres Italæ pensa manibus abiecerũt,* paucos liberos * abreptos ad templa traxerunt. Ibi ædes sacras passo capillo suo quæque verrebat. planctu ploratúque futuris cladibus omina dabant,Thrasymenum,& Cannas dolore præsago præcanebant. Nunc autem vt primum ex vtrisq; Alpium iugis vestrum Numen effulsit tota Italia clarior lux diffusa,omnibus qui suspexerant * æqua admiratio atque dubitatio * inuecta * & quinam de illis montium verticibus orirétur,an his gradibus in terras cælo descenderent. Vt verò propiùs propiúsq; cœpti estis agnosci, omnes agri oppleti, nõ hominibus modò ad visendũ procurrentibus, sed etiam pecudum gregibus remota pascua & nemora linquentibus. Concursare inter se agricolæ,nunciare * totis visa, aræ incendi, tura poni,vina libari,victimæ cędi, cuncta gaudio calere,cuncta plausibus tripudiare; DIs Immortalibus laudes gratésque cantari,nõ opinione traditus, sed conspicuus & præsens Iupiter cominus * inuocari, non aduena,sed Imp^tor Hercules adorari. Quid? illud (DI boni!) quale pietas vestra spectaculum dedit,

pascua I R.
deserti V B
siluas & V B C
à C
paruos V E R
f. arreptos
Vario pla. B
atque V
f. æquè
inuecta V B
f. e. quinam
f. nato
aduoc. B

dit, cùm in Mediolanensi palatio admissis qui sacros vultus adoraturi erant conspecti estis ambo, & consuetudinem simplicis venerationis geminato Numine repentè turbastis. Nemo ordinem Numinum solita secutus est disciplina, omnes adorandi mora restiterunt, duplicato pietatis officio contumaces. Atque hæc quidem velut interioribus sacrarijs operta veneratio eorum modò animos obstupefecerat quibus aditum vestri dabant ordines dignitatis. Vt verò limine egressi per mediam vrbē simul vehebamini, tecta ipsa se (vt audio) pænè cōmouerunt, omnibus viris, feminis, paruulis, senibus aut per fores in publicum proruentibus, aut per superiora ædium * limina imminentibus. Clamare omnes præ gaudio iam sine metu vestri, & palàm manu demonstrare, Vides Diocletianum * Maximianúmq;? vides? Ambo sunt, pariter sunt. Quàm * inuicti sedent? quàm concorditer * eloquuntur? quam citò transeunt. Nemo studio * suo par fuit oculis ad intuendum, dúmque vos alterna cupiditate mirantur, neutrum satis videre potuerunt. Ipsa etiam gentium domina Roma immodico propinquitatis vestræ elata gaudio, vósq; è speculis suorum montium prospicere conata, quò se vultibus vestris propiùs expleret, ad intuendū cominus quantum potuit accessit. lumina siquidem Senatus sui misit, beatissimæ illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis suę libenter impertiens, vt ibi tūc esse sedes imperij videretur quò vterque venerat Imp^{tor.} Interim * tamen dum mihi ante oculos pono quotidiana vestra colloquia, coniunctas in omni sermone dexteras, ioca seriáque cōmunicata, obtutu mutuo trāsacta * conuiuia, illa me cogitatio subit, quanā animi magnitudine ad reuisendos exercitus vestros discesse-

f. lum. id est, fenestras. συνεκδοχικῶς

? Maximianū vides? V B

iunctim B

colloq. B

abest V

abest B

connubia V B

discesseritis; pietatémq; vestrã vtilitate reip. viceritis. Qui tũc vestri sensus fuere? qui vultus? quàm patientes ad dissimulandũ indiciũ perturbationis oculi? * Respexisti profectò sæpius. Neq; hæc de vobis vana finguntur. Talia vobis dedistis* omnia, citò ad conspectũ mutuũ reuersuri. Facilis est mihi trãsitus sacrat^me^ Imp^tor^ ab hac pietatis vestræ laude ad prędicationẽ felicitatis. hoc enim ipsum felicitatis est, quòd vt cõspicere vos inuicem cõplectíq; possitis, in manu vestra est. Solem ipsum, Lunámque cernimus,* quia totius mundi funguntur officijs, non nisi post multa sæculà certa lege tẽporum conuenire, vestra * tamen libera èst & beata maiestas, vt in summis rebus generis humani nihil vobis necesse sit nisi vestræ parere pietati. Ceterùm si quis ad humana respiciat,* quanto magis magnitudo vestræ felicitatis * appareat? homines priuatis rebus intenti ità plerumque propriis difficultatibus implicãtur, vt * omnino vacent aditu suorum; vos tantæ reip. administratione suscepta, quos huc atque illuc tot vrbes, tot castra, tot limites, tot circumiecta Romano imperio flumina, montes, litora vocant, tãtum animis ac fortuna valetis, vt in vnum conuenire pòssitis, nihilominus orbe securo. neq; enim pars vllà terrarũ maiestatis vestrę potẽtia caret etiã cùm ipsi abesse videamini. Ne tantulũ quidem Barbarę nationes audent animos attollere quòd vos in* interiora imperij vestri = secesseritis, quinimmo ipsi = magis in vobis fiduciã pertimescunt, =&' quòd se contẽni sentiunt cũ relinquũtur. Itaq; illud quod de * Ioue vestro cecinit poëta Romanus, = plena Iouis omnia * esse' id scilicet animo contẽplatus, quãquã ipse Iuppiter summũ cęli verticẽ teneat, supra nubila supraq; ventos sedẽs in luce perpetua, numẽ tamẽ eius ac mentẽ toto infusã esse

Respexistis
vbc omnia R.
f. qui
f. tam lib.
f quò, mag. id est, vt
f. appareat,
omnia euocarẽt ad. B. corruptè.
interiorẽ v B C
Summ B C
abest v C B
ye. vec poë. Rom. fuisse v
Ecloga 3 B
a. est B
f Iouis om. plena, id

esse mũdo, id nunc ego de vtroque vestrûm audeo prædicare, vbicunque sitis, in vnum licet palatium concesseritis, diuinitatem vestram vbique versari, omnes terras omniáq; maria plena esse vestri. quid enim mirum si cùm possit hic mundus Iouis esse plenus, possit & Herculis? Admonet me & temporis ⸗ loci ratio, & maiestatis tuæ reuerentia vt finẽ dicendi faciam, quanquam de felicitate vestra tam pauca dixerim, & tam multa restent. * Spiritũ ecce suggerunt. Adhuc * potest dicere de salubritate temporum, & fertilitate terrarum. reuera ⸗ sacratme Impres scimus omnes antè quàm vos salutem reip. redderetis quãta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame passim morbísque grassantibus. Vt verò lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus iugiter manant. Nullus ager fallit agricolam, nisi quòd spem vbertate superat. Hominum ætates & numerus augetur. Rumpunt horrea conditæ messes, & tamen cultura duplicatur. Vbi siluę fuere, iam seges est. Metendo, & vindemiando defecimus. Illud verò, *non suggeratur licet, * quomodo dicam antè quàm * desinam? tantam * desinam imperij vestri felicitatem, ⸗ vndique se Barbaræ nationes vicissim lacerent & excidant, alternis dimicationibus & insidijs clades suas duplicẽt & instaurent, Sarmaticas vestras, & Rhæticas, & transrhenanas expeditiones furore percitæ in semet imitentur. Sancte Iuppiter, & Hercules bone, tandem bella ciuilia ad gentes * illas vesania dignas transtulistis, omnémq; illam rabiem extra terminos huius imperij in terras hostium distulistis. etenim quod ait * ille Romani * criminis primus auctor, A Sole exoriente * adusque * Mæotidas paludes, id nunc longiùs longiúsque protendere licet si quis hostilem in mutua clade vesaniã toto orbe percen-

Marginal notes: & vbe — Sed vl. Vide notas. — f. potest — enim BC — lic. non Sugg. L — abest L — desinam L — esse LVBC — vt L — f. illa — abest V — carminis BLC — b Mæotis V B — f. vsque ad

percenſeat. etenim ab ipſo Solis ortu non modò
hac * citra Mæotin ſub extrema Septẽtrionis pla- *circa B*
ga,quâ feruidum caput Danubius euoluit,quâque
horridus,ſecat* Albis Germaniam, ſed etiam ſub *Alba v B*
ipſo lucis occaſu,quâ Tingitanum litus Calpetano
monti obuium * latus in mediterraneos ſinus ad- *latius L*
mittit Oceanum,ruunt omnes in ſanguinem ſuum
populi quibus nunquam contigit eſſe Romanis,
obſtinatæque feritatis pœnas nunc ſponte perſol-
uunt.Furit in viſcera ſua gens effrena Maurorum.
Gotthi * Burgundios penitus* excindunt.Rurſum *Burgundos v B*
pro victis armantur Alamani , itémque* Teruigi, *excidunt v B*
pars alia Gotthorum , adiuncta manu * Thaifalo- *Teruingi v* *Teruingi B C*
rum, aduerſum Vandalos Gipedéſque cõcurrunt. *Taifalorum v*
Ipſos Perſas,ipſúmque regem aſcitis* Saccis, & * *Taifalorum B*
Ruffis, & Gellis petit frater Ormies , nec reſpicit *Sacis v L* *Rufis v*
vel pro maieſtate quaſi regem, vel pro pietate quaſi
fratrem.Burgundiones Alamanorum agros occu-
pauere,ſed ſua quoq; clade quæſitos. Alamani ter-
ras amiſere,ſed repetunt. O magnam vim Numi-
nis veſtri!Non iſtæ modò, aliæque gentes, viribus
armíſque terribiles,fiducia inſtructæ ad perniciem
immanitatis vtuntur,ſed etiam* Blemij illi,(vt au- *Blemyes v B L C*
dio)leuibus modò aſſueti ſagittis , aduerſus* Ae- *Æthiopas v*
thiopes quærunt* quæ non habent arma, & penè *ar. q. n. h., v*
nudis odijs prœlia internecina committunt. Iam
de perduellibus vltionem non armis, non exercitu
capitis,ſicut hucuſque feciſtis, iam inquam fortu-
natiſsimi Imp^res felicitatẽ vincitis ſoli. Et quid vn-
quam Romani Principes de felicitate ſua prædi-
cari lætius audierunt quàm cùm diceretur hoſtes * *quietos v*
quieſcere, * occiſos eſſe,pacem colere? Atenim quã- *otiosos v B L C*
to hoc eſt lętabilius,ac melius quòd de proſperitate
ſęculi veſtri certatim omnium hominum = circum- *Vide notas.*
fert Barbaria,Darnia, ſed inuicem dimicaturi, vi-
cerunt

cerunt Barbari, sed consanguineos * suos tamen innumeros vobis, tam nouos ex omni hostium genere successus Fortuna suppeditat, vt iam mihi necesse sit illa quæ initio separaueram rursus hic* communium laude coniungere, dum tantorũ euentuum* quęro rationem. Felicitatem istam optimi Imp^res pietate meruistis. Optime igitur, sacrat^me Imp^tor (quantum arbitror) hæc potissima elegi quæ * gemino natali tuo prædicarẽ. etenim ceterę virtutes & bona cætera processu ætatis eueniunt, fortitudo annis accedentibus roboratur, continentia disciplinæ pręceptis traditur, iustitia cognitione iuris * ascitur, ipsa denique illa quæ videtur * omniũ rerum domina esse sapientia perspectis * omnium moribus, & exploratis rerum docetur euentis, solæ cum nascentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas. naturalia sunt enim animorum bona, & prę-mia Fatorum. * Gemini ergo natales pias vobis mentes, & Imperatorias tribuere fortunas, atq; inde sanctitatis vestræ, omniúmque successuum manat exordium, quòd nascentes vos ad * opem generis humani bona sidera & amica viderunt. Quæ vobis concordiam sempiternam, & vestrorum generum caritatem, & fouendæ reip. studia conciliãt, itémque præter victorias toto orbe terrarum partas etiam naualia tropæa promittunt, vt post bella Punica, post Asiæ Syriæque reges Romani Rostra Campi nouis * ornentur ijs exuuijs, & oblitos iam Quirites in memoriam reducatis cur ille solennis concionibus locus Rostra vocitetur. dico enim magna certáque fiducia, digna est = quoque gloria vestra pietas, & potest eam præstare felicitas.

suos. Tam innum. VLCR.

communi lau. VBLC

credo rat B. inepte.

Gemino nat. G. corrupte.

ldiscitur VBC
T. r. omn. V
f. hominum

Gemini C. corrupte.

opes VB Non placet.

ornet his ex. VB f. ornetis ex.

Hac V C B mẽ ... LB

EVMENI

EVMENI PRO RE-
STAVRANDIS SCHOLIS
ORATIO.
IIII.



CERTVM habeo V. P. non quidem te, qui semper in omni genere dicẽdi maxima facultate viguisti, sed circumstantiũ plerosq; mirari quòd ego, qui ab ineunte adolescẽtia vsque in hunc diem nunquam isto in loco dixerim, & quantulumcunque illud est quod labore ac diligentia videor consecutus exercere priuatim quàm in foro iactare maluerim, nunc demum sero quodam tirocinio ad insolitum mihi tribunal aspirem. A quo ego me fateor, quanquam ꝫ sedes ista iustitiæ & ad agendum & ad mihi v s
dicendum amplissima videretur, diffisum tamen ingenio meo antehac* affuisse, & hoc ipso in tem- afuisse v
abfuisse s
pore quamuis diuersissimum à contentione litium genus orationis habiturum ꝫ conscientiæ trepida- & s f. ex
tione reuocari. Ne quid igitur aut opinioni hominũ dubium relinquã, aut interpretationi * ex hac f. & hac
postulatione, quam de restituendis patriæ meæ Menianis mihi sumendam potiùs quàm cuiquam delegandam putaui, maius de me aliquid quàm posse me sentio videar promittere, contestatum esse initio dicendi apud audientes volo temporarium me dicendi munus, atque idipsum meis studijs peculiariter commodare, non ad incognitam mihi sectam forensium patronorum alienæ laudis cupiditate transire. neque enim tanta

me aut negligentia,aut confidentia tenet, vt nesciã quanta sit inter hanc aciem fori,& nostra illa secreta studiorum exercitia diuersitas.Ibi armantur ingenia,hic*prœliatur.Ibi* prælusio,hic pugna cõmittitur.Hic plerumque velut sudibus & saxis, illic semper telis splendentibus dimicatur. Hic sudore & quasi puluere sordidus,illic insignis ornatu laudatur orator. Vt,si vterque experiundi causâ officia commutent, alium quidem tubarum sonus & strepitus armorum,alium quidem triumphi deterreat.Scio hæc inquam,V.P.neque me sciens fallo,& idcirco tantum abest vt me * docendi relictis præcipiendíque rationibus * aptum atque idoneũ putem, * vt hoc * ipso quòd vel vno die,atque vna de re in foro dicam veniam magis possim sperare quàm gloriam. Quanquam in hac oratione V.P. loci tantummodo insolentia, non dicendi nouitate perturber.siquidẽ id postulo quod non modò cõtradicendo nemo audeat impedire, sed omnes potiùs quibus diuina Principũ liberalitas,quibus vrbis istius restitutio,quibus optimarũ artiũ celebratio grata atque iucunda est, summo gaudio * & fauore suscipiant,vt Menianæ illæ scholæ, quondam pulcherrimo opere, & studiorum frequentia celebres & illustres,iuxta cetera quæ instaurantur opera ac templa reparentur. Ita quantum mihi trepidationis affert locus,tantum releuat causa dicendi. Quam quidem ego V.P.duas in partes arbitror diuidendam,vt priùs differam quàm sit ex vsu & officio opud illud ad pristinam magnificentiam reformari,deinde qua ratione id possit sine sumptu publico,ex largitione quidẽ Principum maximorum,sed tamen cum aliquo meo erga patriam studio & amore, procedere. Ante omnia igitur V.P. diuinæ Imperatorum Cæsarúmque nostrorũ prouidentiæ,

f præliantur *prolus.* B

vel.doc. B

Deest quiddã. *ipsum* V B C

absunt B

uidentiæ, ſingularique in nos beneuolentiæ huius quoque operis inſtauratione parendum eſt, qui ciuitatem iſtam, & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum grauiſſima clade percuſſam cum à latrocinio Batauicæ rebellionis obſeſſa auxilium à Romani Principis* irrogantem, non ſolum pro admiratione meritorum, ſed etiam pro miſeratione caſuum attollere ac recreare voluerunt, ipſamque ruinarum eius magnitudinem immortalibus liberalitatis ſuæ monumẽtis dignam iudicauerunt, vt tanto eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum quanto ipſa moles reſtitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum (ſi res poſcat) ærarium non templis modò, ac locis publicis reficiundis, ſed etiam priuatis domibus indulgent, nec pecunias modo, ſed etiam artifices tranſmarinos, & ex ampliſſimis* prouinciarum ordinibus incolas nouos, & deuotiſſimarum hiberna legionum, quarum inuicta robora ne* in his quidem quę nunc cum maximè * egẽt bellis requirunt, vt commodis noſtris ſtudio gratiæ hoſpitalis operentur, & * reſides aquas, & nouos amnes veluti aridis feſſæ vrbis viſceribus infundant. Ex quo manifeſtũ eſt eos qui coloniam iſtam tot tantiſque* operibus totius imperij erigere atque animare ſtatuerunt* & præcipuè ſedem illam liberalium litterarum velle* reparare, * vt frequentiam honeſtiſſimæ iuuentutis illuſtrato ſtudiorum honore prouiderint. cui enim vnquam veterum Principum tantæ fuit curæ vt doctrinæ atque eloquentię ſtudia florerent quãtæ his optimis & indulgentiſſimis dominis generis humani? Quos ego* quidem (quantum ad votum pietatémque pertinet) liberorum noſtrorum parentes appellare non dubito, qui nobiliſſimam iſtam indolem Galliarum

Vide notas. Diui Claudij. irrogaret V B C R.

ordin. prouin. B

abeſt B

gerunt V B

f. reduces.

opibus V B C

vel præc. V B C R.

reparari V C R

cum peculiarem freq. V B C R.

quod ad vot. V

H ſuarum

ſuarum, interitu ſummi doctoris orbatam, reſpicere dignati ſuo potiſſimum iudicio præceptorem ei moderatorémque tribuerunt, & inter ⸗ Imperatorias diſpoſitiones ⸗ * ſummis reip. gubernandæ prouiſionibus occupatas litterarum quoque habuere dilectum, neque aliter quàm ſi equeſtri turmæ, vel cohorti Prętorię conſulendum foret, quem potiſſimum præficerent ſui arbitrij eſſe duxerunt, ne ij quos ad ſpem omnium tribunalium, aut interdum ad ſtipendia cognitionum ſacrarum, aut fortaſſe ad ipſa * palatij Magiſteria prouehi oporteret veluti repentino nubilo in medijs adoleſcentiæ fluctibus depræhenſi incerta dicendi ſigna ſequerentur. In quo ego V. P. nihil laudi meæ tribuo, ſed domini noſtri * Conſtantij ⸗ Principis iuuentutis, incredibilem erga iuuentutem Galliarum ſuarum ſollicitudinem atque indulgentiam mirari ſatis nequeo, qui honorem litterarum hac quoque dignatione cumulauit, vt me, ⸗ potius ⸗ ad priſtina mea ſtudia ⸗ molientem, ipſum iuſſerit diſciplinas artis oratoriæ retractare, ⸗ & hoc mihi munus iniunxerat, vt mediocrem quidem pro ingenio meo naturáque vocem, cæleſtia tamen verba, & diuina ſenſa Principum * prolocuturam ab arcanis ſacrorũ penetralium ad* priuatarum Muſarum* aditus tranſtulerit; non vtique quia mihi, quem (quod ſine inuidia dixerim) tanta dignatione reſpicit quanta pro ſummis honoribus debet ſufficere ſapienti, vellet aliquid impoſita iſta profeſſione detrahere, ſed vt profeſsioni ipſi ex eo honore quem geſſi adderet dignitatem. Cui igitur ⸗ dubium quin diuina illa mens Cæſaris, quæ tanto ſtudio præceptorem huic conuentui iuuentutis elegit, etiam locum exercitijs illius dedicatum inſtaurari atque exornari velit, cum omnes omnium rerum ſectatores atque fautores

illas v B C
longè maioribus B C
ſumma v B f. ſumma.
ſtipendij v
Conſtantini B
vere B C
ſilio v B C R.
meo v B C R.
reditum B C
Vide notas
prolocutam v B
ſ* uata v B
adytus v B C R.
eſt v C dubium eſt C

tores parum se satis facere voto & conscientiæ suæ credant, si non ipsarum quas appetunt gloriarum templa constituant. Inde est * vt Atheniensis humanitas aram Misericordiæ * instituerit, & Romani ducis animi magnitudo templum * Virtutis & Honoris. quarum enim artium, siue animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor * fuerit, earum etiam cōsecrata existere ad posteros monumenta voluerunt. Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quòd ipse litteris, & * summa * poëtæ amicitia duceretur, sed quòd in Græcia cùm esset Imperator acceperat * Herculem Musagetem esse * comitem ducémque Musarum. Idémque primus nouem signa, hoc est, omnium Camenarū, ex Ambraciensi oppido translata sub tutela fortissimi Numinis consecrauit, (vt res est) quia mutuis * operibus & præmijs iuuari ornariq; deberent, Musarū quies defensione Herculis, * & virtus Herculis voce Musarum. Credo igitur tali Cæsar Herculius & aui Herculis, & Herculij patris instinctu tanto studiū litterarum fauore prosequitur, vt nō minùs ad prouidentiā Numinis * existimet pertinere benedicēdi quàm rectè faciēdi * disciplinā, & pro diuina intelligentia mentis æternæ sentiat litteras omniū fundamenta esse virtutū, vtpote continentiæ, modestię, vigilantiæ, patientiæ magistras. Quæ vniuersa cùm in consuetudinē tenera ętate venerūt, * omnia deinceps officia vitę * ad ipsa quę diuersissima videntur militiæ atq; castrorum * munimina conualescunt. Ideóq; his omnis industriæ atque omnis laudis nutricibus, aut (vt verius loquar) matribus cùm pręceptorem Cæsar Herculius declarare dignatus sit, necesse est etiam sedem propriā cupiat reformari, vt cùm ad

quod ræ | instituit, quod | RVRC Hon. & Virt. | fuit vt | summi | Conj. | Herculen. | id est, vo | opibus vs | abest | sui | disciplinas | f. ad | & v | munia v

antiquam firmitatem cultúmque reparata sit multo hic iustius & verius nuncupetur ędes Herculis atque Musarum. Et sanè V.P. interest etiam gloriæ quàm tãti Principes tot victorijs ac triumphis merentur. vt ingenia quæ canendis eorum virtutibus excoluntur non intra priuatos parietes, sed in publica ostentatione, & in ipso vrbis istius ore vegetentur. Quid autem magis in facie vultuque istius ciuitatis situm est, quàm hæc eadem Mæniana, in ipso transitu aduenientium huc inuictissimorum Principum constituta? Qui cùm se occursu lætæ iuuentutis afficit nō solum liberalitate quam ipsi tribuunt, sed etiã litteris quibus me ad institutionem eius cohortantur ostendant, quãtò plus capient voluptatis cùm reparatum videant ipsum cōciliabulum iuuentutis? Adhoc V.P. opus istud reddit illustrius: cùm ipsorum Cæsarum, tùm etiam omnium hominum* aspectu promptius quod præcipuo est loco positum, quasi inter ipsos oculos ciuitatis, inter Apollinis templum atque Capitoliũ. Quo magis est etiam sacrosancta sedes, vtriusque lateris veneranda confinio, vtriusque latè* numeris instauranda respectu, ne fana longè omnium in hac vrbe pulcherrima labes media deformet, præsertim cùm mihi videatur ipse ille qui Męniana hæc primus extruxit idcirco ea illic potissimum collocasse, vt veluti cognato vicinorum sibi Numinũ tenerentur amplexu, cũ augustissima tecta litteris dedicata inde Athenarũ conditrix Minerua cōspiceret, hinc Apollo medius Camenarum. Igitur ibi maximè & oportet & fas est exercere iuuentutis ingenia vbi tam propinqua sunt Numina amica doctrinæ, vbi ex proximo iuuat mens diuina sapientiam, & carminum Deus vocem, & verecũdiam virgo perpetua, & prouidentiam præscius futurorum. Ibi adolescentes

[margin notes: fi. quam Romæ Eulumna. — & v — aspectui v s — Numinis v s c]

lescentes optimi discant, nobis quasi solenne carmen præfantibus, maximorum Principũ facta celebrare. quis enim melior vsus est eloquẽtię ꝰ quam *abest v 2 Non placet.* vbi ante aras quodámodo suas Iouios Herculiósq; audiant prędicari Iuppiter pater, & Minerua socia, & Iuno placata? Satis ꝰ verborum fecisse arbitror *me v 2 C* V.P. de eo quod mihi ad dicendum priùs constitueram, quam sit ex vsu atq; officio instaurari opus illud studijs, quibus optimi Principes maximè fauent, dedicatum, in ipsa ciuitatis fronte positum, celeberrimis templis vtrimque coniunctum. Nunc, ꝰ in secundum, eundémq; *locũ distuli, queãdmodũ *quod v 2 C* *Deest quiddã. f potiorem* id sine sumptu publico, & cum laude sacrę largitionis fieri possit ostendam. Salarium me liberalissimi Principes ex huius reip. *viribus in sexcenis millibus nummûm accipere iusserunt, non quoniã non *iuribus v* amplius tribuere commodis meis vellent, in quem multo maiora & prius & postea præmia contulerũt, sed vt * tercena illa sestertia quæ sacræ memoriæ Magister acceperã in honore priuati huius magisterij addita pari sorte geminarent. Hoc ego salarium (quantum ad honorem pertinet) adoratũ accipio, & in accepti * ratione * perscribo, sed expensum referre patriæ ꝰ cupio, & ad restitutionem huius operis quoad vsus poposcerit destinare. Cuius *trecena 8* *f. rationes. præsc. v 2 Non placet.* *mea v 2 C* voluntatis meæ ratio etsi asseranda non est, tamen sub hac tua humanitate, & circumstantium expectatione, qua me audiri sentio, aliquatenus prosequenda est. Nam primum omnium in hoc ego maximos esse fructus præmiorum puto, vt digni quibus tribuantur habeamur. siquidem ꝰ ipse vsus pecuniæ bonis malisve artibus partæ promiscuus & *abest C* vilis est, honestis verò rationibus posse acquirere summum, etiamsi quæstum remiseris, lucrum est. neque enim Syrus mercator, aut * Deliacus, aut In- *delicatus v. corrupte.*

dicus ad vberrima ista compendia laudis aspirat, sed raræ atque inter paucissimos opes sunt contentæ meritis conscientiæ: quippe hoc ipso præmij gloria continetur, ne id cupiditate quærendi affectasse videamur. Quòd hoc vno assequi possumus, si pro accepto ducamus oblatum. Vt industriæ ◦ assumendi copiam * præuenire potuisse, continentię præterisse. An si fortissimi viri in sacris certaminibus summo labore, atque etiam vitę periculo solam vocem pręconis, & coronę testimonium petût, ego verba illa diuina, cęlestésq; litteras, quibus mihi tanti Principes instituendam iuuentutem commendare dignati sunt, non vltra omnium vocum potentiam venerabundus accipiam? non vltra omnes laureas colam? ◦ Leges ergo V. P. Tametsi hanc quoque mihi veniam tribuas oportet. neque enim ◦ ipsius epistolę sacræ commemorationem solam sine obsequio recitationis inducere ◦ fas est' vt ◦ perlecta magis eluceat quantum me studium par sit impendere non ipsis modo litteris, sed etiam templis ac sedibus litterarum.

præuen. c
Vide notat.
fas vt fas est c
de'e ex vbc
ea a

» *Merentur & Galli nostri vt eorum liberis, quorum*
» *vita in * augusto Cliuiensium oppido ingenuis artibus*
» *eruditur, & ipsi adolescentes, qui * hilari consensu meum*
» *Constantij Cæsaris ex Italia reuertentis suscepere co-*
» *mitatum, vt eorum indoli consulere cupiamus. Proinde*
» *quod aliud præmium his quam illud conferre debemus*
» *quod nec dare potest, nec eripere Fortuna? Vnde audito-*
» *rio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, te*
» *◦ vel potissimum præficere debuimus, cuius eloquentiam,*
» *& grauitatem morum, * & actus nostros habemus ad-*
» *ministratione compertam. Saluo igitur * priuilegio dig-*
» *nitatis tuæ, hortamur vt professionem oratoriam * reci-*
» *pias, atque in supradicta ciuitate, quam non ignoras*
» *vos ad pristinam gloriam reformare, ad vitæ melio-*
ris stu-

Augustodunensium l. c.
hilari a
adest vt
ex actus nostri vbc
præmio dign.
repetas vbc
ciuitate a

*ris studium adolescentium excolas mentes, nec putes „ hoc munere antè partis aliquid tuis honoribus dero- „ gari, cùm honesta professio ornet potius omnem quàm „ destruat dignitatem. Denique etiam salarium te in „ sexcenis millibus nummûm ex reip. * viribus con- „ sequi volumus; vt intelligas meritis tuis etiam no- „ stram * constituere clementiam. Vale Eumeni caris- „ sime nobis.* „

viribus v *f constare.*

Ita non videtur tibi V. P. hac tantorum Principum exhortatione non solum meus * & otio ia- cens ad pristinas artes animus attolli, verumetiam * veterum ipsi quodammodo scholarum parietes & tecta consurgere? quod enim tantùm carmen Amphioni, quæ tanta plectro fidibúsque dulcedo, quam secuta quondam saxa perhibentur, vt ducentibus subuecta modulis, & ad interualla carminum resistentia sponte murum velut arte construerent, quanta in his Imperatorum & Cæsarum litteris inest ad omnes animorum impetus, effectúsque rerum ciendos vis atque permotio, qui quod iubere * possint suadere dignantur, & cùm vel tacitas eorum ac vultu tenus significatas voluntates summi patris sequatur auctoritas, cuius nutum promissionémque firmantis totius mundi tremor sentit, ipsi tamen vltrò imperandi potestatem cohortandi humanitate conciliant? Quinetiam laudibus incitant, grauitatem morum, dicendi facultatem sibi probatam & cognitam prędicantes, Palatini honoris priuilegium oratoriæ professioni saluum & incolume seruantes. Quibus ego diuinæ benignitatis illecebris, etiamsi omni sensu antè caruissem, ad quamuis profecto intelligentiam adducerer. siquidem tantos Principes vnum hominem tanta laude decorare non est oratorem admonere, sed facere. Quid igitur mihi

ex ot. vac *ip. quod. vet. a* *possunt v* *Iouis.*

cum numerata pecunia? immò quid cum vllis opibus aut Midæ regis, aut Crœsi, aut ipsius, qui auro dicitur fluxisse Pactoli, cùm diuina hæc testimonia omnibus diuitijs, atq; ipsis eorũ præmijs anteponã? Nisi fortè Pythiados illius excellẽtem Socratis sapientiã vaticinatæ aut magnificentius carmen videtur; aut verius quàm quod Iouij, Herculijq; pronunciãt, quorum ne nutus quidẽ possunt, nonmodò dicta, reuocari. Quamobrem (vt dixi) V. P. sexcena illa (quantũ ad honorem spectat) accipi oportere censeo, atque vsum delego patriæ, & ipsi potissimũ operi in quo studia nostra celebranda sunt. videor enim mihi id quod sacris litteris continetur,* ita saluo honoris mei priuilegio doceam, hôc manifestius atque illustrius retenturus: vt me dignũ talibus æternorum Principum iudicijs probem amore reip. Equidem ipsos patriæ Deos testor tanto me ciuitatis istius amore flagrare, vt, quocũq; oculos circumtuli, ad restitutionem operum singulorum ita gaudio ferar, vt spiritum identidẽ meum pro illorum salute deuoueam, quorum iussũ * operibúsque reparantur. Sed tamẽ hoc quod mihi ornandæ professionis meæ causa tribuum est huic me præcipuè sentio debere monumẽto. etenim si bello parta Marti dicantur, si mari quæsita Neptuno, si messes Cereri, si Mercurio lucra libantur, si item rerum omnium ad cultum referuntur auctorũ, vbi fas est docendi præmia consecrare nisi in sede dicendi, præsertim cùm mihi vltra communem cum ceteris studiorum religionẽ etiam proprius * quidem sit erga Mæniana illa ex maiorum meorũ recordatione dilectus? *quis enim ante ingressum pueritiæ meæ prætermissa fuerit eorum * exercendi studij frequentatio, tamen illic auum * quondam meum docuisse audio, hominem Athenis ortum,

f. vt sal.

Vide notas.

opibúsq; v. et

quidam s

quamuis en. v. o. r.

f. exercendis stud. js.

me. qu. v

um, Romę diu celebrem, mox in ista vrbe perspecto & probato * hominum amore doctrinæ, atque huius ipsius operis veneratione detentum. Cuius ego locum in quo = referunt, maior octogenario docuit si ab isto venerabili sene (Te Glauce, appello præsentem, quem videmus, non ciuitate Atticum, sed eloquio) recoli ornaríque perfecero, = ipsum mihi videbor ad vitam * tali professionis suæ successione reuocasse. Quod quidem meum ego erga honorem domus ac familię meæ studium non cōfiterer V. P. nisi * si ipsis Imperatoribus Cæsaribúsque nostris gratum esse considerē vt publicam eorum in restituendo orbe pietatem pro suo quisque captu in * renouandis suorum vestigijs ęmuletur. quis enim nunc sit animo tam humili, tam abiecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, vt = si & quamtulamcunque memoriam suorum excitare, & sibi aliquid secundę opinionis cupiat acquirere? cùm videat omnia quę priorum labe conciderant hac felicitate sęculi resurgétia, tot vrbes diu siluis obsitas, atq; habitatas feris instaurari mœnibus, incolis frequentari, quod in Aegęo mari semel contigit, vt quę * opertis fluctibus vagabatur repente insula Delos existeret, eius nunc simile tot oriétibus vndique ciuitatibus, tot insulis ad humanos cultus quasi renascentibus euenire. Nisi fortè non grauior Britaniam ruina depresserat quam si * perfuso * tegerent Oceano, quę profundissimo * Pœnorum gurgite liberata ad cōspectum Romanę lucis emersit, aut hęc ipsa quę modò desinit esse Barbaria non magis feritate Francorum velut hausta * desiderat quàm si eam circūfusa flumina & mare alluens operuisset. Nam quid ego alarum & cohortium castra percenseam toto Rheni, & Istri, & Euphratis limite restituta? Qua veris, autumnive cle-

[Marginal notes: f. omnium — vt sc — scz. añi meum. — abest a — dele ex c a — renouandis v — non v c a — f. operto — super f. a — tegeretur v — pœnarum v s c — f. desideratur]

 mentia

mentia tot manu positæ arbores conualescunt, quo calore Solis tot depressæ imbribus segetes resurgunt, quot vbiq; muri vix repertis veterũ fundamentorum vestigijs excitantur? Adeò (vt res est) aurea illa sæcula, quæ non diu quondam Saturno rege viguerunt, *nunc æternis auspicijs Iouis & Herculis renascuntur. Sed enim V.P. inter omnia quæ virtute Principum ac felicitate recreantur sint licet fortasse alia magnitudine atq; vtilitate potiora, nihil est tamen admirabilius hac liberalitate quam fouendis honorandísque litterarum studijs impartiunt. quippe (vt initio dixi) nulli vnquam antehac Principes pari cura belli * munera, & huiusmodi pacis ornamenta coluerunt. diuersissimus enim ad vtramque sectam deflexus est, dispar natura mentium, & discrepans in electione iudicium, ipsorum denique vtrisque artibus præsidentium* nominum dissoni monitus, habitúsque dissimiles. Quo magis horum noua & incredilis est virtus & humanitas, qui inter tanta opera bellorum ad hæc quoque litterarum exercitia respiciunt, atque illũ temporum statum quo (vt legimus) Romana res plurimũ terra & mari valuit ita demum integrari putant,* vt non potẽtia, sed etiã eloquentia*Roma reuirescat. Detur ergo V. P. illa mihi ab optimis virtutũ omnium dominis tributa largitio huic operi doctrinæ atque eloquentiæ dedicato, vt quemadmodum cætera vitæ nostræ commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, ita singularem eorundem erga litteras dignationem in antiqua literarum sede celebremus. Videat præterea in illis porticibus iuuentus & quotidie spectet omnes terras & cuncta maria, & quidquid inuictissimi Principes vrbium, gentium, nationum ꝗ aut virtute * deuinciunt, aut terrore. siquidem illic, vt ipse vidisti,

(credo)

Margin notes: nunc v Error à compendio scribendi. | munia v c r. | Numinum c | sinon v c r. | Romana v | aut pietate restituunt, & c deuincunt v & c

(credo) instruendæ pueritię causa, quò manifestius oculis discerentur quæ difficilius percipiuntur auditu, omnium cum nominibus suis locorum situs, spatia, interualla descripta sunt, quidquid vbique fluminum oritur & conditur, quacunque se litorũ sinus flectunt, * quoue ambitu cingit orbem, vel quo vel v B * irrumpit Oceanus. Ibi fortissimorum Imperato- impetu B rum pulcherrimæ res gestæ per diuersa regionum argumenta * recoluntur, dum calentibus semperq; recolũtur v C K * venientibus victoriarum nuncijs reuisuntur per- ſ nouis. fida flumina, & Libyæ arua sitientia, & * connexa gemina Persidos flum. v B C Rheni cornua, & Nili ora multifida; dúmque sibi conuexa B C ad hæc singula intuentium animus affingit aut sub tua Diocletiane Auguste clementia Aegyptum furore posito quiescentem, aut te Maximiane inuicte perculsa Maurorum agmina fulminantem, aut sub dextera tua domine Constanti Batauiam, Britanniámque squalidum caput siluis & fluctibus exerentem, aut te Maximiane Cæsar Persicos arcus pharetrásque calcantem. nunc enim nunc demum iuuat orbem spectare depictum, cùm in illo nihil videmus alienum. Habes V. P. studij ac voti mei professionem. Abs te peto vt eam litteris tuis apud sacras aures prosequi non graueris. siquidem maximus, ac pæne solus fructus est recta cupientium, vt voluntas eorum ad diuinam tantorum Principum scientiam perferatur.

INCER-



INCERTI PANEGYRICVS MAXIMIANO ET CONSTANTINO.

V.



IXERINT licet plurimi, multique dicturi sint ea quibus omnia facta vestra, summarúmque virtutú merita laudatur sacratissimi Principes, Maximiane (velis, nolis) semper Auguste, & Constantine oriés Imperator, mihi tamen certum est ea præcipuè isto sermone complecti quæ sunt huius propria lætitiæ, qua tibi Cæsari additum nomen imperij, & istarum cælestium nuptiarum festa celebrantur. cetera enim in remp. beneficia vestra possunt multis occasionibus diuersorum temporum prædicari, huic voto propria nunc debetur oratio, quod semel factú futurum est sempiternum. Equidem scio gaudétium studia nunc ita toto orbe florescere, quacunq; Fama vltra naturam qua fingitur discursus volucres mutuata, & plus quàm mille vocibus sonora* percrebruit, vt omnium nationú gratulationibus consecretur; (quid enim rebus humanis contingere potuit aut nobilius ad gloriam, aut certius ad salutem quam quòd pristinæ vestræ concordiæ perpetuæque pietati hoc quoque pignus accessit, summorum nominum arctissima coniunctione venerabile, vt Imperatori filiam collocauerit Imperator?) sed tamen nos oportet omnes homines exultatione superare, qui hoc tantum reip. bonú præsentes intuemur, & ipsa vultuum vestrorum contempla-

percrebuit vel (margin, beside "mutuata")

Faustam. (margin, beside "nerabile")

templatione ſentimus ita conueniſſe vos,ita nõ de-
xteras tãtùm,ſed etiam ꞊ omnes' ſenſus veſtros mẽ- *abeſt VB*
téſque* vinxiſſe,vt (ſi fieri poſſit) tranſire inuicem *iunxiſſe BC*
in pectora veſtra cupiatis. quid enim aut tu carius
dare,aut tu carius accipere potuiſti, cum hac affi-
nitate veſtra & tibi Maximiane per generum iuuẽ-
ta renouata ſit,& tibi Conſtantine per ſocerum no-
men Imperatoris accreuerit? Maximas itaque vo-
bis æterni Principes publico nomine gratias agi-
mus, quòd ſuſcipiendis liberis,optandiſque nepo-
tibus ſeriem veſtri generis prorogãdo omnibus in
futurum ſæculis prouidetis vt Romana res, olim
diuerſis regentium moribus fatiſque iactata, tan-
dem perpetuis domus veſtræ radicibus * coaleſ- *conual. VB*
cat,támq; ſit immortale illius imperiũ quàm ſem-
piterna ſoboles Imperatorum. Hæc eſt vera pietas,
hæc voluptas conſeruandi generis humani, exem-
plum dare gentibus ad matrimonia ſtudioſius ex-
petenda,& liberos educandos, vt ſubſtituẽdis ſuc-
ceſſionibus ſingulorum nihil obſit ꞊ omnium꞊ po- *vnumquemq; eſſe mortalem, cum immortalis ſit VBLC*
ſteritate reſp. Quare ſi leges hæ quæ mulcta cælibes
notauerunt,parentes præmijs honorarunt verè di-
cuntur eſſe fundamenta reip. quia ſeminarium iu- *in B*
uentutis,& quaſi fontem humani corporis ſemper
Romanis exercitibus miniſtrarunt, quod huic ve-
ſtro in remp. meritò poſſumus dignum nomen aſ-
ſcribere? qui non plebeio germine, ſed Imperato-
ria ſtirpe remp. propagatis, vt (quod milleſimo an-
no poſt Vrbem conditam eueniſſe tandem *gratu- *f. gratulamur.*
labamur) ne mutatoria per nouas familias com-
munis ſalutis gubernacula traderentur,꞊ id eſt,om- *Vide notas.*
nibus durent ætatibus Imperatores ſemper Her-
culij.* Quemnam igitur vtriuſq; veſtrum præco- *Quem ig. B*
nij ac venerationis ordinem faciam? adhuc enim
de * ambobus in hanc neceſſitudinem congruenti- *amborum VBLC*
bus

vidi L. bus* vobis communiter dixi. Et te quidem sentio senior Auguste maiestate præcedere, te sequi iunior Imp^ror. sed profectò sicut tuo Constantine socero quam L. antè est conciliata diuinitas, cùm ab eo pignus ipsi carissimum postulares, sic & nunc quoq; in hac gratulatione prius illa dicenda sunt quæ in te considerans tantus iste, & paterni & tui auctor imperij, lætatus est quòd petisti. O diuinum tuum Maximiane iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maiestatis ordine filium, etiam generũ esse voluisti! Diui inquam Constantij filiũ, in quem se prima illius iuuenta transfudit, in cuius ore cælestes illius vultus Natura signauit, qui aspectum illius ad Deorum concilia translati adhuc desiderãtibus nobis sufficit pro duobus. neque enim forma tantùm in te patris Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, iustitia, prudentia sese votis gentium præsentãt. Quo enim magis cõtinẽtiam patris æquare potuisti quàm quòd te ab ipso fine pueritiæ illicò matrimonij legibus tradidisti, vt primo ingressũ adolescẽtiæ formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrũ pectus admitteres, nouum iam tum miraculum, iuuenis vxorius? Sed (vt res est) mente præsaga omnibus te verecundiæ obseruationibus imbuebas, talẽ postea ducturus vxorem. Fortitudinem autem illius iam tùm in principijs consecutus es. Multa ille Francorũm millia, qui Batauiam, aliásque cis Rhenum terras inuaserant, aps̃o v. interfecit, depulit, abduxit, tu iam ab ipsis eorum regibus auspicatus es, simúlque & præterita illorum scelera punisti, & totius gentis lubricã fidem vinx. L. timore * iunxisti. Liberauit ille Britannias seruitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti. Plurimas ille Barbaras nationes victoria domuit, venia mitigauit,

tigauit, tibi cunctis hostibus alacritatis tuæ terrore compressis interim deest materia vincendi. Iustitiam verò patris atque pietatem sic imitaris & sequeris, vt omnibus ad te confugientibus, diuersamque opem aut contra aliorum iniurias, aut pro suis commodis postulantibus quasi legata patris videaris exoluere, idque ipsum coram gaudeas prędicari, quidquid ⸗ iustè ac liberaliter feceris filium *tu v c r* Constantij necessario * præstitisti. Nam quid ego *præstitisse x* de prudentia dicam, qua te pæne credimus fore ipso patre potiorem? qui veteres illos Romanę reip. principes, superiorem Africanum, Pompeiúmque Magnum, ætatis cursum virtute * prouectos, tam *prouectus x* maturè sumpto vincis imperio, tantarúmq; rerum sustines molẽ incipiente virtute. gesseris enim multa fortiter licet, multa sapienter cum per maximos Tribunatus stipendia prima conficeres, sentias necesse est tantæ auspicia fortunæ Imp^tor adolescens. Quanquam quid ego in te ætatis tuæ potius quam grauitatis nomen vsurpo? cuius tanta maturitas est, vt cùm tibi pater imperium reliquisset, Cæsaris tamẽ appellatione cõtentus expectare malueris vt idẽ te qui illum declararet Augustum. siquidem ipsum imperium hôc fore pulchrius iudicabas, si id non hereditarium ex successione * cepisses, sed virtu- *creuisses v x* tibus tuis debitum à summo Imperatore meruisses. neque enim dubium quin tibi maturè sacrum istud fastigium diuinæ potestatis astrueret qui te iam olim sibi generum etiam antè quam petere posses sponte delegerat. hoc enim (vt audio) imago illa declarat in Aquileiensi palatio ad ipsum conuiuij posita aspectum, vbi puella iam diuino decore venerabilis, sed adhuc impar oneri suo, sustinet, atque offert tibi etiamtum puero ⸗ galeam auro gemmísque radiantem, & * pennis *Constantine e* *pinnis v x*

pulchræ

pulchræ alitis eminentem. Vt te, quod vix vlla possunt habitus ornamenta præstare, sponsale munus faciat pulchriorem. Fortunatus pictor ille, quisquis fuit, & quamuis Apellem, ipsúmque Parrhasium scientia vicerit, materia tamen imaginis quam arte felicior. quanquam enim ipsi ferant difficillimam esse præcipuè cuiusque formæ imitationem, quia certis sui notis cito deformitas exprimatur, simili-
f. autem tudo* tamẽ pulchritudinis tam sit ardua quàm rara est pulchritudo, non tantum tamen ille cepit laboris ex ore vestro diuinas species transferendo
voluptatis a c quantum * diuinitatis hausit cominus vos * inspi-
int., insp. a ciendo, intuendo sollicitè, & curiose ab hilaritate illius ætatis vultus immobiles & serios exigendo, promendo denique amoris vestri tacita præsagia, vt (quod inuicem vobis verecundia negabat) liberè vos in imagine cerneretis. Sed profectò hoc iam
tum a * Maximiane diuina mente præsumpseras, * hæc
hoc v a cùm ferret ætas vt rogareris optaueras cum tibi in illa iucundissima sede lætitię harum nuptiarũ gau-
præstin. v dia * prædestinabas, vt simul illam paruulã & hũc
frueremis v c a intuendo crescentem diu * frueremini expectatio-
quid enim
v a l c ne voti quod hac coniunctione firmasti. * competentius, quid prouidentia tua dignius facere potuisti quàm vt eius filio quem tibi pridem & affinitate asciueras, & maiestate sociaueras nunc ex intimis affectibus traderes summi pignus imperij? Hęc est tua Maximiane inter omnes Principes propria largitio. Alij diuitias, aut honores, aut ipsa etiã imperia, sed sola donarunt, tu animo maiore quàm ceteri pariter indulges & quod pietas tua habet carissimum, & quod fortuna pręcipuum. Nec tamen mirãda ista in te est Maximiane animi magnitudo, in quem DI Immortales tanta congesserunt & naturę bona, & ornamenta fortunæ, vt quamuis maxima

largiaris,

largiaris, ita penes te sint omnia quasi ea solus obtineas. vt enim ille qui omnes aquas cælo & terris præbet Oceanus* super tamen in motibus suis totus est, ita tu potes imperium Maximiane donare, non tamen potes non habere. De quo ego cùm ad id loci venero ita dicam, vt fortasse quibusdam videar audacior, veritas tamen meæ erga te deuotionis appareat. nunc enim sequitur vt, quoniam virtutes tuas Constantine Auguste socero prædicaui, tu quoque, licet optimè scias, tamen audias quàm* te Principis ornet affinitas. Hic est qui nomẽ quod accepit à Deo principe generis sui dedit vobis, qui se progeniem esse Herculis non adulationibus fabulosis, sed* æqualibus virtutibus comprobauit. Hic est qui in ipso ortu Numinis sui Gallias priorum temporum iniurijs efferatas reip. ad obsequiũ reddidit, sibi ipsas ad salutem. Hic (quòd iam falsò traditum de antiquis Imperatoribus * putabatur) Romana trans Rhenum signa primus Barbaris gẽtibus intulit. Huius cùm fratre rursus ac sæpius expeditionibus domita Germania aut boni consulit, * aut quiescit, aut lætatur quasi amica si pareat. Tu ferocissimos Mauritaniæ populos inaccessis montium iugis, & naturali munitione fidentes expugnasti, recepisti, transtulisti. Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia* resp. excepit, vt cùm te ad Capitolini Iouis gremiũ vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas vrbis admitteret. Te rursus vicesimo anno Imperatorẽ, octauo Cõsulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, vt videretur augurari iam & timere quod factum est. est enim Imp^tor^ æterne In quo vno querelam reip. pæne meruisti. Audi doloris nostri liberam vocem. siquidem DI ipsi quòd plerumque humanas res negligant dum querimur ignoscũt, quibus

semper vr. · *abest* ver. · *quanti* lo · *Herculi.* · *æqualis* ver. · *Carini Cæsaris.* · *videbatur* a · *ut quiescat* vr. · *Quinquegenti anni.* · *populus ext.* rv.

bus aliud fortasse curantibus grandines ruunt, terræ dehiscunt, vrbes hauriuntur. Quæ non illis hauriuntur volentibus, sed aut aliorsum aspicientibus, aut fatali rerũ cursu vrgente vidẽtur accidere. Tale est Imp^ror^ quod omnibus nobis incluso gemitu mærentibus facere voluisti, non quidem tu reip. negligentia, aut laboris fuga, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilij olim (vt res est) inter vos placiti constantia, & pietate fraterna, ne quem totius vitæ summarũmque rerum socium semper habuisses in
f ubus ill. alicuius facti communitate desereres,* ne vel illius viderit quali, certè nouæ laudi cederes. Verùm lon-
vobis L. gè diuersa in* vos erat causa declinandi, aut susti-
etiamsi v B nendi laboris. Quanquam * etsi totã excusationem
abnuendum VBLC ætatis afferres, sic quoq; tibi reip. curis nõ erat* addendum. An si maximus quisque natu gubernator
victoris B f. *est certissimus ad salutem, non is est optimus qui
rector abest VCA vsu pertitissimus*est Imperator? aut te vnquã Constantini liberi nostri nepotésque patientur vel cum ad summam perueneris senectutem reip. vela contrahere, quę tam felicibus ventis etiam iuuenis impleueris? Sed tamen vtcunque fas fuerit eum Principem quem anni cogerent, aut valitudo deficeret receptui canere, te verò, in quo adhuc istę sunt integræ solidæque vires, hic totius corporis vigor, hic imperatorius ardor oculorum, immaturum otium sperasse miramur, quid enim aliud participi maiestatis tuæ dare potuit veniam quietis, quàm vt tu imperio succederes pro duobus. Sed profecto exegit hoc ipsa varietas &, natura Fortunæ, cui nihil mutare licuerat dum vos imperium teneretis, vt il-
viginti v la * xx. annorum cõtinua felicitas interuallo aliquo distingueretur. Aut etiam DI Immortales probare
voluerint v A *voluerint tibi innixam stetisse remp. cùm sine te
Quanquam VCA stare non posset.* Quinque in istis quidem partibus

ribus non caruit pristina firmitate, ibi verò pæne funditus corruit vnde tu Maximiane discesseras. Adeo illic plurimum habuerat stabilitatis asserta vbi deserta maximè vacillauit. non aliter enim quā solet terra ventis, aut aquis subter immissis interuulsa sui soliditate nutare, ita cuncta Italia, atque ipsa Roma subducta repente, qua sustentata fuerat, dextera tua contremuit, ac pęne consedit. Quod ego cursim trāseo. cur enim vel recordemur aduersa, cùm videamus omnia tuo reditu restituta? fecit enim Roma ipsa pro maiestate nominis sui, vt ostēderet posse se etiā Imperatoribus imperare. Abduxit exercitus suos, ac tibi reddidit, & cùm ad sedādos animos auctoritatē priuati Principis attulisses, supplices tibi manus tendēs, vel potiùs queribūda, clamauit, Quoúsq; hoc Maximiane patiar, me quati, te quiescere, mihi libertatē adimi, te vsurpare tibi illicitam missionē? An quòd Diuo Augusto post septuaginta ætatis, quinquaginta imperij * non licuit annos, tam cito licuit tibi? Ideòne te mihi ille cuius tot aras, tot templa, tot nomina co-lo Hercules dedit, vt tu in suburbano otiosus sedens, vsum dicatæ mihi virtutis amitteres? Redde te gubernaculis meis, & quoniam tranquillo mari portum intrare non, properasti, vade per fluctus, mei quidem amore sollicitus, sed tua maiestate securus. Et tamen (Per te tibi steterit) iniuriam in mei restitutione patieris. Imperasti pridem rogatus à fratre, rursus impera iussus à matre. O Imperator æterne pietatem tuam, quæ tuum illum animum semper inuictum sola vicit. Non potuisti resistere sanctæ illius parentis imperio, & inuitus licet paruisti, & te illis vigilijs illisque curis quas * viginti annis expertus fueras reddidisti. Quibusnam tu domina gentium potes compensare

an. nōn lic.
abest vae, priid.
tale, fam v i
xx

beneficijs hoc tui Imperatoris obſequium? qui tan-
to vſu ſciens quantus ſit imperandi labor, propter
te non vtitur illa quam deguſtauerat voluptate, tã-
túmque reip. onus ſuſcipit poſt quietem. Facilius
fuerat iugiter imperaſſe. *quamuis enim magnum la-
borem conſuetudo non ſentit, intermiſſa deſiderant nouas
vires* Quanta opus fuit tibi Imperator æterne pro-
iacentia L C uidẽtia, quanta auctoritate, vt ſubſidia reip.* erige-
res, exanimata recreares, dilapſa colligeres? Mira-
bamur te poſt imperium eſſe priuatum. Multò ma-
otium V B C gis mirum eſt Imperium ferre poſt* otia. Solus hoc
dona B L C (vt dicitur) potuit Deus ille cuius* bona ſunt quod
& videmus V C R viuimus,* vt habenas male* creditas, & curſum de-
ſcz. Phaetonti. turbatum V C R uio vectore* turbatæ trãquillitatis recipereт, rur-
ſ. & tam fac. ſúmq; dirigeret. Cuius ſimile tu Imperator * etiam
facile feciſti. Neque id mirum. cùm enim à te re-
ſ. ſilicet. ceſſit imperium, & priuatus * licet dici velles, in-
hæſit tibi ingenita maieſtas. Omnes exercitus ve-
ſtri, omnéſque prouinciæ requieſcere te poſt tanta
ſ. tulerint. opera vtcunque æquo animo * tulerunt, imperare
deſijſſe nunquam crediderunt. quid enim putas ti-
bi Maximiane Iouem ipſum reſpondiſſe cùm tu in-
genti animo diceres, Recipe Iuppiter quod cõmo-
daſti? Hoc profectò reſpondit, Non mutuum iſtud
recipis. V B L C tibi tradidi, ſed æternũ, non * ſed ſeruo. Statim igi-
tur vt præcipitantem remp. refrenaſti, & guberna-
cula fluitantia recepiſti, omnibus ſpes ſalutis illu-
Poſuere V C R xit.* Quieuere venti, fugere nubes, fluctus reſide-
Etiam V B runt.* Et ſicubi adhuc in lõginquioribus terris ali-
qua obuerſatur obſcuritas, aut reſiduus vndarum
aut tu. V vt pulſus immurmurat, neceſſe eſt tamen * ante tuos
ad tur. L probe nutus dilucеſcat, & ſileat. Dixi pro ratione tempo-
ris ſacrat[mi] Principes ea quæ in vobis inuicem (vt
facitis) admirari, & amare debetis. Reſtat vt ipſa il-
la quæ ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum,
ſicut

ſicut huic voto congruit, in = ſermonis' fine cõiun- *abeſt a*
gam. DI Immortales quanta Romano Imperio re-
nouaſtis, quæ iam (vt res eſt) coſſerãt vetuſtati. Ma-
ximiano Imperatori æterno Cõſtãtinus Impera-
tor nouus plus cœpit eſſe quam filius.* Fauor ille *Fauet v a*
* creſcentis adeſt, iſte * ſenior. Perpetuis profectò *creſcenti, ad. iſte v*
= pietatibus, affinitas iſta * coaleſcat ſtirpibus, quæ *f. ſeniori*
ſemper = in rep. viros ad cõcordiam copulauit. ete- *abeſt 1. f. coaleſcet*
nim ſi quamuis deſidẽtes familias Gracchi & Cor- *ſummos a t c*
neliç matrimonium reduxit in gratiam, ſi pro Diuo
Auguſto Actiacam victoriam tantummodo gener
Agrippa confecit, quid ſperandum eſt cùm ſempi-
ternam patris ac filij caritatem etiam nuptiarũ fœ-
dus aſtrinxerit? Quod ſi P. Scipio bellum Punicum
ſuſcepit adoleſcens, ipſum poſtea ſuperaturus Han-
nibalem; ſi Marius à factione Sullana Vrbem rece-
pit ſenex, idque magno interuallo * temporis eue- *temporum v a.*
niſſe memorabile eſt, quàm facile nunc omnes me-
tus ponet Romana reſp. quæ defenditur coniuncti
imperij duabus ætatibus, paritérque vtitur virtute
iuuenis & maturitate ſenioris? Te pater ex ipſo im-
perij vertice decet orbẽ proſpicere = communẽ, cæ- *ſcr. vtrique veſtrum,*
leſtíque nutu rebus humanis Fata decernere, auſpi-
cia bellis gerendis dare, componẽdis pacibus leges
imponere, te iuuenis indefeſsũ ire per limites * quo *qua v a c*
Romanum Barbaris gentibus inſtat imperium, fre-
quentes ad ſocerum = laureas mittere, præcepta pe- *victoriam a*
tere, effecta reſcribere Ita eueniet vt & ambo con-
ſilium pectoris vnius habeatis, & vterq; vires duo-
rum. O felix in imperio, & poſt imperium felicior
(audis enim profectò hæc, & vides) Diue * Cõſtã- *Conſtanti v c a*
tine, quem curru, & pæne conſpicuo, dum vicino
Ortus repetit Occaſu Sol ipſe inuecturus cælo ex-
cepit! Quanto nunc gaudio potiris, quãta voluptate
perfrueris, cùm talem hunc filium tuũ, qui te pri-

patrem fecit. Imp. VALE mus* patruum imperij tui possessionem idem pater, idem socer, idem Imperator induxerit? Hæc est tua præter omnes Diuos propria immortalitas, quã videmus, filius similis aspectu, similis animo, par imperij potestate. Inuiderint licet nobis, nihil tamẽ domui 26 auferre* domi tuæ Fata potuerũt. Nec Maximiano filius qualis tu eras, nec Constantino pater deest. Quin etiam (vt omnibus modis tua necessitudo renouetur) rursus hic socer, rursus hic gener est, vt beatissimus Imperator semper ex tua sobole nepotibus augeatur.

INCERTI PANEGYRICVS CONSTANTINO A. VI.



Vnde mihi tantum confidentiæ, sacrat^mo^ Imp^tor^ vt post tot * disertissimos homines, quos & in vrbe sacra, & * hic rursus audisti, dicere auderem, nisi nefas esse ducerẽ, & cõmissi cuiusdam sacrilegij religionem vererer si is qui semper res à Numine tuo gestas prædicare solitus essem hæc tanto maiora pristinis silentio præterirem, per quæ non pars aliqua seruata, sed vniuersa sibi est resp. restituta. neque enim ignoro quãto inferiora* sint ingenia nostra Romanis. siquidem Latinè & disertè loqui illis ingeneratum est, nobis elaboratum, & si quid forte commodè dicimus, ex illo fonte & capite facundię imitatio nostra deriuat. Sed quamuis conscius mihi infirmitatis ingenitæ, & inchoati potius studij quam eruditi, cohibere me silentio nequeo quo minus de recuperata Vrbe, imperioq; Romano, & tandem ex diuturna cõuulsione solidato & ipse aliquid

bom. dis. 3 — rurs. hic 3 — nos sint ing. 3

coner effari, vt inter tantos sonitus disertorum mea quoque vox tenuis exaudita videatur. etenim si in rebus bellicis ipsisq; prœlijs non solú tubæ ac litui, sed etiã Spartanæ tibiæ incentiuũ * aliquid ferútur habuisse, (credo, quia magnos animos paruo licet modulo sufficit incitari) cur ego in me de tuo fauore diffidã vt sermonem meũ studio potius tui cultus quã * sui viribus metiaris? Experiar igitur vt possum quãquam oppletis * viribus tuis (vt sic dixerim) insusurrare, sine æmulandi fiducia cupidus imitandi. Ac primũ illud * eripiã, quod credo nemin& adhuc ausum fuisse, vt ante de constãtia expeditionis tuę dicã quam de laude victorię. transacto enim nutu aduersi ominis, * & offensionis reuocatę, vtar libertate erga te nostri amoris quem tunc inter metus & reip. vota suspẽdimus. Téne Imp^tor * tantum animo potuisse præsumere, vt bellũ tantis opibus, tanto cõsensu auaritiæ, * tanta veniæ desperatione conflatũ, quiescentibus cunctantibúsq; tunc imperij tui socijs, primus inuaderes? Quisnam te Deus, quæ tam * potens hortata est maiestas, vt, omnibus fere tuis Comitibus & Ducibus non solũ tacitè mussantibus, sed * omnẽ apertè timentibus, cõtra consilia hominũ, contra * auspicum monita ipse per temet liberandæ Vrbis tempus venisse sentires? Habes profecto * aliquid cum * illa mẽte diuina Cõstantine secretum, quę, delegata nostri DIs minoribus cura, vni se tibi dignatur ostendere. Alioquin fortissime Imp^tor sic quoq;, cũ viceris, redde rationẽ. Rhenum tu quidẽ toto limite dispositis exercitibus * tuũ reliqueras, sed hôc maiores pro te suscepimus metus, quòd nobis potius quam tibi cõsulebas, nostráq; pacẽ magis quã bellũ quod aggrediebare firmaueras. Næ tu Imp^tor nimio nostri amore nescisti ad securitatẽ nobis verè prouidere, qui non omnia

aliquid v c r. — *suis* v b l c — *auribus* v b l c — *arrip.* v b l c — *Vide notas, offensis reuocatis* v r *offenso reuocatis* c — *an tant.* b — *tanta scelerum contagione,* b c — *praestus* v c r — *etiam ap.* v b c — *aruspicum* v c — *f. aliquid* — *f. ipsa* — *tutum* v b — *relinqueres* b.

cum tua cōser-uatio V B *er. op.* V
uol. V *inepta*
f sed
f. penitius
circumcisus B *f. circumcessius.*
f. mortis deuo-tionem.
autem L *ante* C *aut* V *proba.*
& L
quasi V B C *abest* V C R *numen* X V

tecum arma mouisti, * cùm in tua conseruatione salus nostra sit. Et quid * opus erat ipsi Rheno instructis & militibus & classibus, quem iampridem Barbaris nationibus virtutis tuæ terror obstruxerat? An ostentare* voluisti diligentiam tuam, diuisis copijs inter custodiam pacis & belli, aut etiam iactanter *& gloriose probare liberādæ Vrbi te sufficere cum paucis? vix enim quarta parte exercitus contra centum milia armatorū hostium Alpes trāsgressus es. Vt appareret * penitus considerantibus (id quod nos fugit in amore trepidantes) non dubiam te, sed promissam diuinitus petere victoriam. Duxerat magnum Seuerus exercitum, & hostem suum perfidia desertus armauerat. Maiores postea copias Maximianus admouerat, & ipse transfugis * videbatur prospere refugisse. Ipse denique qui pater illius credebatur discissam ab humeris purpuram detrahere conatus, senserat in illud dedecus sua Fata transisse. Mille & sexaginta annis contractas ex toto orbe diuitias monstrum illud redemptis ad ciuile latrocinium manibus ingesserat. Adhoc aliena matrimonia, innocentiū capita cum bonis passim donando vsque ad * mortem deuotionis obstrinxerat parricidas, omnes * insidiatos sibi, aut palam aliquid pro libertate conatos pœnis affecerat, armis oppresserat. Et inter hæc vtebatur eius vrbis maiestate quam ceperat, totam Italiam conductis ad omne facinus satellitibus oppleuerat. Hęc omnia Imp^ror cùm cogitares, scires, videres, * nec te paterna grauitas, nec tua natura temerariū esse pateretur, dic* quæ * &* quid in cōsilio nisi * diuinum Numen habuisti? An illa te ratio ducebat, (*sua enim cuique prudentia Deus est*) quòd in tam dispari contentione non poterat melior causa non superare, & innumerabiles licet ille copias pro se obijceret,

obijceret, pro te tamen iustitia* pugnabat? vt enim *pugnaret* vet. omittam illa quæ non decet comparari, quòd erat ille Maximiani suppositus, tu Constantij Pij filius, ille despectissimæ prauitatis, detortis solutísq; mébris, nomine ipso abusiua appellatione mutilato, tu (quod sufficit dicere) tãtus ac talis; vt * hoc inquam *hæc* omittam, te Constantine paterna pietas sequebatur, illum (vt falso generi non inuideamus) impietas, te clementia, illum crudelitas, te pudicitia* sola *soli* v. c. dicatą coniugio, illum libido stupris omnibus contaminata, te diuina præcepta, illũ superstitiosa maleficia, illum denique spoliatorum templorum, trucitati Senatus, plebis Romanæ fame * enectæ pia- *necatæ* v. cula, te abolitarum calumniarum, te * probatarum *prohibitarum* delationum, te conseruatio, atque * homicidarum *vs. homicidiarij* a. sanguinis gratulatio. In tam diuersa causarum ratione diuino consilio Imp^{tor.} hoc est, tuo, non militum multitudinem, sed partium merita numerasti. Magnus Alexander cum præter Macedonas suos cunctæ Græciæ, vniuerso Illyrico innumerabilem dilectum posset indicere, nunquam* maiores qua- *tamen* vs. draginta * milium copias duxit, inhabile regenti *f. millibus* ratus quidquid excederet, & turbam potiùs quàm exercitũ* iudicabat. Tu verò etiam minoribus co- *dele ex* vet. pijs bellum multo majus aggressus es, tanto scilicet tua virtute propria potior, quanto ille numero instructior. Et ille quidem contra leues Medos, & imbelles Syros, & Parthorũ arma volatica, & Asiaticos, optantes mutare seruitium, rem gessit prœlij vnius euentu; tibi * vincendi erant* milites (prò *vet. vinc. v.* nefas!) paulo antè Romani, armis omnibus more *Prætoriani. Maxentij.* primæ classis armati, & pro facinorum conscientia nunquã nisi morte cessuri. Probauit hoc prima obstinatio eorum qui sub ipsis Alpium iugis * muni- *f. munitissimũ.* tissimo licet muro ac situ tenentes oppidũ ausi fue-

runt te imminente resistere, ac portas claudere, non credentes illi quidem (vt audio) te ipsum adesse, (quis enim crederet tā cito à Rheno ad Alpes Imperatorem cùm exercitu peruolasse?) sed* tamē non solum præsenti Numini tuo, verumetiam* nunciationi nominis cedere debebant. Luerunt igitur illicò dementiæ suæ pœnas, cùm oblatam sibi à clemētia tua veniam recusassent. neq; enim vallo fossáq; obsessio inchoata est, nec cuniculis agēdis, nec machinis admouendis, nec incutiendo ariete tentati quassatiq; sunt muri, sed statim iniectæ faces portis, scalæ propugnaculis, nec solum fundis eminus telísque missilibus, sed hastis, * gladijs. Ita res simul cœpta & patrata, iunctúsque rebellibus fuit conatus & exitus. * Gomphos, vrbem Thessaliæ, quoniam abnueret * obsequium, C. Cæsar vno die sustulit. Sed ille Græculos homines adortus est, tu subalpinos, ille solos incolas, tu etiā militare præsidium. Ille non potuit captos à direptione defendere, tibi licuit clementiam tuis victoribus imperare. Sed * illi quidem Gomphensium clades documento ceteris fuit, tibi paulo pòst alia in Taurinatibus campis pugna pugnata est, non trepidantibus ex * tua victoria rebellibus, sed iratis incensísque ad vlciscendū animis, quos Fortunæ inclinatio * restringere debuisset; nec verò temere ac passim vagis hostibus, vt facilè palantes cæderentur, sed acie in cunei modū structa, descendentibus retro in altitudinem lateribus, quæ* si cum prima auidè confligeret reflexa impeditos certamine circuiret. Sed tu id prouidens, præmissis vtrimq; qui obuiā irent, & simul si quid insidiarū lateret excuterēt, ipse obfirmato illo capite, * deiectáque acie in fugam versa, tanto maiorem in processu stragē edidisti, quanto amplioribus subsidijs instructa constiterat. Ita vsque

qui V
nunciato nomini cred. debuissent, VBC

Multa hic deerant, quæ ex VBLC suppleui.
f. gladijs egi res.
Cæsar Ciuil. belli III. Dio. XLI.
imperium L

illa B L illinc C
f. illic.

vict. tua BC
restring. C

f. B valet,
f. silnet.

f. detect.

vsque ad Taurinatium muros fusi cæsique, obseratásque nacti portas ab incolis, etiam corporũ suorũ mole clauserunt. Quid tibi aliud sperare potuisti miles infelix, turpissimo illi tunc deuote prodigio? iam enim non insulto, sed doleo. Constantinum tu tantùm sanguinis fundere coëgisti. Cui, quia salutem vestram à vobis impetrare nõ licuit, pæne displicuit ipsa victoria. At non Taurinatibus, neq; ceteris Italię ciuitatibus idẽ animus fuit, qui te Imp^tor^ exultantes gaudio certatim ad se vocauerunt. Missæ ab omnibus legationes, oblati vndique cõmeatus. Vt appareret *quãdiu desiderassent cui *se etiam promptè bello adhuc restante cõmitterẽt. Qui fuit dies ille quo Mediolanum ingressus? quæ gratulatio principum ciuitatis? qui plausus populi? Quæ securitas intuẽtium te matrum, te virginũ? * quam duplici fructu fruebantur, cùm pulcherrimi Imperatoris formam viderent, & licentiam non * timerent? Ostentare se omnes, & tripudiare, sine vllo de *reliquis belli metu, & auspicium victoriæ tuæ pro consummatione metiebantur. Non Transpadana prouincia videbatur recepta, sed Roma. quis enim crederet tãtis successibus * vllum obstaculum fore tuis, quo minus omnes exercitus se clementiæ tuæ traderẽt, cùm virtutis experimentũ nouissent? Muros vi ceperas, acie palam viceras. Quis tam demens videbatur vt aut obsideri auderet, aut congredi? præsertim cùm tu dies aliquot Mediolani resistens tempus* sibi omnibus consulendi dedisses, vt de te sperarent. Sed enim ærumnosa illa, & * pridẽ media ætate nostra ciuili sanguine maculata Verona maximo hostium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus, pertinacissimóq; pręfecto, scilicet vt quam Coloniã Cn. Pompeius aliquãdo deduxerat, Pompeianus euerteret. O miserabilẽ Veronensium calamitatem,

quem diu C
Non placet. se iam pr. C f. et
virginúmque B virg. quæq; C f. virg. quæ
timerent. C
reliquijs B
tuis vl. obst. fore BC
omn. sibi C
iam pridem BC

lamitatem, quos non tam tua quam intestina satellitū pressit obsidio! quippe Athesis ille saxis asper, & gurgitibus vorticosus, & impetu ferox, oppugnationem prohibebat, omnémque retro regioné euehendis copijs tutam defensámque prestabat. Quod tamen ne diutius hostem iuuaret prouidentia tua factū est, cum superioribus in locis, quâ lenior amnis, & ignari hostes erant, exercitus parte proiecta, ancipiti periculo clausos obsessósque peiora experiri armis coëgisti,* adeo qua omnis eruptio tétauerat cecidisti, vt ipse etiam dux cum parte copiarū ad * accersenda auxilia muris excesserit, maiorem miser adducturus exercitum, vt maiore comitatu cladis occideret. Quo quidem tempore præcipua apparuit tua Imp^tor. cura simul & animi magnitudo, qui redeunti illi minore exercitu cōgredi quam obsidioné intermittere maluisti, ne respirare clausis, aut effugere, aut imminere tergo liceret. Et primo quidem (vt audio) aciem instruxeras duplicem, mox prouiso aduersariorum numero explicari statim in frontem ordines, & extendi latiùs arma iussisti, ex tuo animo nimirum animos tuorū omnium metiens, * quamuis grauius inde pondus infringi posse* imperij. Laudare me existimas Imp^tor cuncta quæ in illo prœlio feceris? Ego verò iterū queror. Prospexeras omnia, disposueras * vniuersa, summi Imperatoris officia compleueras, cur ipse pugnasti? cur te densissimis hostium globis miscuisti? cur salutem reip. in pericula tanta misisti? An nescire nos putas quòd dum nimio rapereris ardore in media hostium tela deueneras, & nisi viam tibi cædibus aperuisses, spem totius generis humani & vota deceperas? Quid tibi est Imp^tor cum inferiore fortuna? (toto quippe impetu ferebare, torrenti similis amni, quem abruptæ radicitus siluę, & conuulsa

abest B
ius B
Vide notas.
obmissis V B
pomora exper.
adeoque omnes V B L
abest V L
arcessenda V B
quantumuis L. Apparet glossa.
impetu pauciorum. Laud. V B L C
omnia B

conuulsa funditus saxa sequerentur) Illos pugnare fas est quibus suo cuiusque Fato aut vincẽdum est, aut cadendum; tu, cuius ex vita omnium Fata pẽdent, ad vllum discrimẽ accedas? inter tot tela gladiósque verserè? Quis hoc à te exigit? aut quis pati possit vt quidquam in te belli casibus liceat? Deceat te Imp^tor hostem ferire? Immo non decet laborare. * Spectans ex edito monte Xerxes nauale certamẽ. Augustus * aliquid agens vicit apud Actium. Fuit etiam qui sublatus in scalas inuicem nexas concurrẽtes eminus vidit exercitus, vt nec interesset periculo, & adesset euẽtui. Ignaua (inquies) sunt * exempla. Sed tuta, grauiórque metus est periculi tui quã lætitia victoriæ. An non ipsi * cæsis * fugatísq; hostibus, interfectóq; etiam ipso eorum duce Comites & Tribuni corripuere lacrymantes, amplexíque illud tuum anhelũ pectus, cruentas manus, & quidquid de sanguine profundæ cædis emerserat, hinc atque inde clamarunt, Quid egeras Imp^tor? In quæ nos fata proieceras, nisi te diuina virtus tua vindicasset? Quæ hæc est impatientia? aut quo tibi manus nostras, si versa vice pugnas ipse pro nobis? Hęc ego non dicerem Imp^tor, neque ab alijs dicta memorarem, nisi beneficio tuæ lenitatis tutior esset nostra in verbis quam tua in armis audacia. noua enim quadam varietate naturæ, confusóque virtutum temperamento, idem es * in prœlijs ferocissimus, & parta securitate mitissimus. cùm enim dato obsessis tempore pęnitendi Aquileiam quoq; delegatis eorum * ac' supplicibus recepisses, cunctiq; se tibi * dedissent quos obsidendo seruaueras, ignouisti omnibus, & vitam quam desperauerant reddidisti. Et quidem iussisti arma deponere, vt multo tutius victoris pietate tegerentur, vt tamen pertinaciæ suæ merita sentirent, corripi eos vincirique iussisti,

Spectaris L
aliud VAL.
hæc VGR.
tes L
fugatur
& VA
deleam.
dedidissent L G

iussisti, non ad supplicium, sed vitam, ne conscientiæ timore diffugerent, grauitérque delinquerent, conseruaríque iterum non mererêtur si seruati nõn fuissent. Sed vnde tanto hominum numero tot vincula, quæ continere militares, & paulo antè armatas manus possent? Stupere milites qui* producendos susceperant, & custodiæ* curam abnuere, & prorsus nescire quid facerent, ipsi etiam qui tibi in consilio erant, ipsi etiam Præfectus hærere, cùm tu diuino monitus instinctu de gladijs eorum gemina manibus aptari claustra iussisti, vt seruarent deditos gladij sui quos non defenderant repugnantes. O pulcherrimum, & qui omnium oculis subijci debuisset triumphum virtutis & clemẽtiæ tuæ! cuius enim potẽtiæ fuit hostibus arma deripere, eius humanitatis deditos ad impunitatem *suis armis alligare, atque * etiam vincere, vt eos ferri illius quod contra te gesserant quotidie pæniteret. Gladius ille quem in te distrinxerat hostis infestus ipse domini sui manus tenuit, & paratus ad cædem custos factus est ad salutem. Magnus poëta dum bellorum toto orbe surgentium discursum apparatúmq; describit, *Et curuæ* (inquit) *rigidũ falces conflantur in ensem?* Triste * nimium tempus * id cùm instrumenta cultui pecudum præparata in cædem hominum verterentur. At nunc rigidi illi mortiferíque mucrones in salutaria vincla curuãtur, & exarmatum hominem non interimũt, sed coërcent, deditósq, hostes gladij sui collisi* obtusique tutãtur, qui nihil illis prodesse integri acutíque potuerunt. Omnium ergo armorum ministeria ad diuersos effectus arbitrio tuo seruiũt Imp^tor. Tibi vincunt gladij, tibi seruant, te pugnante feriunt, te ignoscente custodiunt. Vt Deus ille mundi creator & dominus eodem fulmine suo nunc tristes,

perduc. v. × *cura v.*

sui allig. v. × sta vincire VALC

Georg. 1. *f. nimium illud v.*

obtunsique ×

ſtes,nunc lætos nuncios mittit, ita eadem ſub Numine tuo tela inimicos, aut ſupplices tuos pernicie, aut conſeruatione diſcernunt.Eripuiſti Imp^tor^ aduerſarijs tuis gladios, ne quis incúberet dolori. Superaſti,& eoſdem manibus ſuis innoxios reddidiſti. Vt clementiæ & vindictæ tuæ ſatisfaceres,quorú ſanguini peperceras arma fregiſti. * vt enim hominum,diu parta,ſemper ſeruanda eſt, licear, ferrum inuentu facile,vſu mutabile. Ideo quæ erant reparabilia conflaſti, quod rediuiuú non erat * reſeruaſti. Quid ſimile fabulæ ferunt, conuerſa eſſe humana corpora in fontes, aut pecudes, aut aues? Fœda & degener talis conuerſio, gladius mutatus in manicas hoc eſt quod ſecuritas poſt timorem, quod vmbraculum poſt calorem. Splendoré mutatio perdidit,ſed aciem retudit. Studium & humanitas tua hortata eſt Imp^tor^ * hucuſque vt exultatio noſtra verbis * luderet. Sed iam ad potiora redeamus. Recuperata omni cis Padú Italia,ipſa iam ad te ſupplices manus Roma tendebat, cui portentum * id inſederat, nihil conari auſum ad tot nuncios ſuarú cladiú. quippe ipſa ſe viliſsimi hominis obſidebat ignauia,& degeneres animos timor arguebat. Stultum & nequam animal nuſquam extra parietes egredi audebat. ita enim aut prodigijs,aut metus ſui præſagijs monebatur. Pro pudor! intra parietú cuſtodias Imp^tor^. Non ille aſpirare in Campum,non exerceri armis, non puluerem pati, aſtutus quidem,ne virorum officia tentantem contémnerent qui * viderent deambulare,& tantum in * illo Palatio marmoratis parietibus incedere.nam in Saluſtianos hortos ire peregrinatio & expeditio putabatur. Et hæc quidé deliciæ * táto illo té pore quo orbé obſederat,ſemet incluſerat,turpiſsimã hanc eius formidinem protegebant. non enim ſe imbellem,

ſed

abeſt B

& vB

vita en. I C

ſi v R eſt, ſcilicet fer. C ſ. eſt Scal.

ſeruaſti B

ad laetitiam B

hucuſque v

illud v L eludo C, male.

illud inſ. v B C

Æneid. III L vt dictum eſt B

ſ. viderant ſ. uno

toto B C

ſed beatum,non inertem,ſed ſecurum videri vole-
bat. Quoties milites in concionẽ vocabat, ſe ſolum
cum illis Imperatorem,alios per limites pro ſe mi-
litare iactabat. Fruimini, (aiebat) diſſipate, prodi-
gite. Hæc erat miſerorum breuis & caduca felicitas.
Ac ne tum quidem cum tot aduerſa ſuorum prœlia
reſ. V C R comperiſſet obuiam ire conatus eſt ad * inſiſtendũ,
cum Padi limite, aut Apennini iugis vteretur, ſed
litteras calamitatum ſuarum indices ſupprimebat.
Interdum etiam palàm vt vſque ad portas venire-
tur optabat,non intelligens maieſtatem illam Vr-
quæ pr. V B L C bis * quam pridem * admotus exercitus ſollicita-
admotos V B L C uerat iam flagitijs ipſius deformatã,& ſedibus ſuis
pulſam ad tua auxilia tranſiſſe, nec vllis præmijs
poſſe corrumpi quos tibi, præter liberalitatẽ tuam,
& ſacramenti fidem, tot victoriarum gloriæ dica-
uiſſent. quis enim miles qui ductu atque auſpicijs
tuis toties feliciſsimè dimicaſſet vulnera illi ſua
ſ. & venderet, belli=iam pęne confecti ſummam conce-
deret? Atenim tu idipſum de ardore totius exerci-
deeſt B L tus ſentiẽs,= non' ſine vlla hæſitandi mora quâ bre-
uiſsimum per eos iter eſt rapto agmine aduolaſti,
regendo V, *re* celeritatem illam in * redeundo Scipionis, & Cæ-
gerendo C. ſaris tunc maximè cupienti Romæ repreſentans.
egregiè. Hæc eſt fiducia Imperatoris inuicti,& ſuorũ men-
ſ. dubitare nec tibus freti,non * dubitare, nec trahere bellum, ſed
proximũ quodq; pugnę tempus putare victoriam.
ſ. vti Q. Max. non enim res erat tibi * vtique maximo cum Han-
nibale victore, vt poſt res aſperas locum tempúſq;
captares,ſed vrgere te ſucceſſus tuos,& continuare
& B victorias,* ſed quã primũ ſubuenire Vrbi decebat.
eſt Imp. fract. *ſapientis enim * Imperatoris eſt fractis rebus cunctã-*
V B *do conſulere. ſecundis nõ deeſſe Fortunæ.* Itaque vnum
illud V B *id* C R iam = timebatur,ne ille * cõterritus his* rebus, gra-
conſentus V C
viribus V B,
probè. uiter afflictus, & in arctum redactus, boni conſu-
lerer,

leret, & debitas reip. pœnas obsidione differret. quippe omni Africa, quam delere statuerat, exhausta, omnibus insulis exinanitis, infiniti temporis annonam congesserat. Sed * domina mens, & ipsius Vrbis æterna maiestas nefario homini eripuere consilium, vt ex inueterato illo torpore ac fœdissimis latebris subitò prorumperet, & consumpto per desidias senio ipsum diem natalis sui vltima sua cæde signaret, ne septenarium * numerum sacrum & religiosum * inchoando violaret. At quomodo instruxit aciem tot annorum vernula purpuratus? Ita prorsus ne quis euadere, ne quis (vt fit) loco motus referre gradum, & instaurare prœlium posset, cùm à fronte armis, à tergo Tyberi flumine premeretur. In quo ille non mehercule cogitauit necessitatem resistendi, sed propinquitatem refugiendi. Nisi forte iam sentiens diem sibi venisse fatalem ad solatium suæ mortis voluit secum trahere quamplurimos, vt omnes essent exitus sui comites qui scelerũ participes extitissent. quid enim aliud illum sperasse credendum est, qui iam antè biduum Palatio emigrauerat, & cum vxore ac filio in priuatam domum sponte concesserat, (vt res est) ominibus terribilibus agitatus, & nocturnis pulsus vltricibus, vt tu iam olim exspectatus habitator sacris illis ædibus diu exhalatis expiatisque succederes? Et adeò ipse verum sibi dixerat, & venturo tibi cesserat, quamuis in prælium ingrederetur armatus, cùm excedendo Palatio iam se abdicasset imperio. Ad primum igitur aspectum maiestatis tuæ, primumque impetum totius tui victoris exercitus hostes territi, fugatique, & angustiis * Miluij pontis exclusi, exceptis latrocinij illius * primis auctoribus, qui desperata venia locum quem pugnæ * sumpserant texere corporibus, ce-

diuina vel.

illum vel s sept. num., illum sac. vel sc

Mulu ij

Prætorianis.

ceperant V

teri omnes in fluuium abiere præcipites, vt tandem aliquod cædis compendium fessis tuorum dexteris eueniret, cum impios Tyberis hausisset. Ipsum etiam illum cum equo, & armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripæ vlterioris euadere, idem Tyberis correptum gurgite deuorauit, ne tam deforme prodigium vel hanc obitus sui relinqueret famam, quòd alicuius viri fortis gladio telóue cecidisset. Et aliorum quidem hostium corpora & arma præceps fluuius voluendo deuexit, illum autem eodem quo extinxerat loco tenuit, ❛P.R.❜ dubitaret, si putaretur aliquò profugisse cuius mortis probatio quæreretur. Sancte* Tybris, quondam hospitis monitor Æneæ, mox Romuli conseruator expositi, tu nec falsum Romulum diu viuere, nec parricidam Vrbis passus es enatare. Tu Romæ tuæ altor copiis subuehendis, tu munitor mœnibus ambiendis, merito Constantini victoriæ particeps esse voluisti, vt ille hostem in te propelleret, tu necares. neque enim semper es rapidus & torrens, sed pro temporum ratione moderatus. Tu quietus armatum Coclitē reuexisti. Tibi se placido Cloelia virgo commisit. At nunc violētus & turbidus hostem reip. sorbuisti, & ne tuum lateret obsequium, eructato cadauere prodidisti. Reperto igitur, & trucidato corpore, vniuersus in gaudia & vindictam P. R. exarsit, nec* de sicā tota Vrbe, quâ suffixum hasta ferebatur, caput* id piaculare fœdari, cùm interim (vt sunt ioci triumphales) rideretur gestantis iniuria, cùm alieni capitis merita pateretur. Sed quid ego hucusque iocularia? Tecta ipsa (vt audio) commoueri, & altitudo culminum videbatur attolli quacunque Numen tuum tardo molimine currus inueheretur. Tanta te populi densitas, tanta Senatus stipatio prouehebat simul & attinebat.

ne diu VB I C | lætitia L C | Tybri B | desiit tota | illud V B.

Felices

Felices qui te propius aspicerent longius positi nominabant, quos prætererias loci quem occupauerant pænitebat. Vicissim omnes * inde dicto accedere, * insequi. Certare innumerabilis multitudo, & impulsu vario fluctuare, & tantum * sibi hominum animi post illam sexennij cladem superesse memorabant. Ausi etiam quidam vt resisteres poscere, & queri tam citò accessisse Palatium, & cùm ingressus esses non solum oculis sequi, sed pœnè etiam sacrum limen irrumpere. Inde omnibus circũfusis * vt inde excederes opperiri, prospicere, optare, sperare. Vt viderẽtur eũ à quo obsidione liberati fuerant obsidere. Gloriatus sit licet, & verè, summus orator humeris se Italiæ in patriam reportatum te Cònstantine S.P.Q.R. & illo die & aliis, * quocunque progressus es, & oculis * fere gestauit, nec quidquam aliud homines diebus munerum * sacrorumque ludorum quàm te ipsum spectare potuerunt, qui tuus esset fulgor oculorum, * totiusque corporis circumfusa maiestas, quæ oris dignitas. Gaudere cuncti spectaculorum mora, & familiaribus sibi artificibus ob hoc solum fauere quòd te præsente certarent. Nam quid ego de tuis in Curia sententiis atque actis loquar, quibus Senatui auctoritatem pristinam reddidisti, salutem, quam per te receperant, non imputasti, memoriam eius in pectore tuo sempiternam fore spopondisti? Dicerem plura de diuinis orationibus tuis, de oblata potius quàm impetrata benignitate, nisi mallem dicta reticere dum propero facta laudare. * Et quamuis verba tua in Senatu habita nobis * nota sint, tamẽ qualia fuerint clementiæ tuæ gloria nunciauit. O tandem felix ciuili Roma victoria! Irrupit * olim te * Cinna furiosus, & Marius iratus, * quando solo se Octauij Consulis capite satiarũt,

inde discedere, inf. V hinc sequi B, verè. ... ibi B Non placet.

vitium exc. V vicium exc. B f. vt iterum exc.

quacumque V B ferre gestiuit V B C æternorúmq. V B qua totius B

Quamlibet ver. V C R f ignota

te ol. B Sylla B, falsè. qui non solo V C R.

ſed luminibus ciuitatis extinctis exempla quæ nunc toto ſexennio paſſa es reliquerunt. Vicit * tibi iterum ante portam Collinam Sulla, felix, ſi ſe parcius vindicaſſet, * ſed' multis capitibus Roſtra compleuit. Conſtãtinus victoriæ licentiã ſine prœlij terminauit, gladios ne in eorum quidem ſanguinem diſtringi paſſus eſt quos ad ſupplicia poſcebas. Deditam ſibi idem Sulla exarmatamque legionem in villa publica trucidauit, perculſumque morientium gemitu Senatum monuit ne timeret, quòd ipſe iuſſiſſet. At iſte victor nõ modò hoſtium, ſed etiam victoriæ ſuæ, quidquid militum bello ſuperfuit tibi reſeruauit. tibi enim iam militant quos exutos armis * Imperator aduerſus hoſtes Barbaros rurſus armauit. Iam obliti deliciarum Circi maximi, & * Pompeiani theatri, & * nobilium lauacrorum, Rheno Danubióque * prætenduntur, excubias agunt, latrocinia compeſcunt, certant denique cùm victoribus vt ciuili bello victi hoſtibus comparentur. Nec tamen id mirum videri poteſt, cum qualemcunque militem fortiſſimum facias tuo Imp^tor exemplo. non enim feſſus prœliis, & expletus victoriis (vt natura fert) otio te & quieti dediſti, ſed eodem impetu quo redieras in Gallias tuas perrexiſti ad inferiorem Germaniæ limitem, magna * enim intercapedine temporis, ac breui locorum diſtantia poſt annuam expeditionem ſtatim * bello auſpicatus, à Tyberi ad Rhenum, immò (vt omen & ſimilitudo nominis * ſit' & tua Imp^tor magnitudo animi pollicetur) à Tuſco Albula ad Germanicum Albim prolaturus imperium. Quiſnam iſte eſt tam continuus ardor? quæ diuinitas perpetuo vigens motu? Omnium rerum interualla ſunt. Ceſſat terra noualibus, dicuntur interdum flumina reſiſtere, *&' * ipſe dies noctibus acquieſ-

iter. tibi V B
enim B. enim uero V f. ſed enimuero
implis adu. V B C
Pompeij amphithe. V
nouilium B
prætendunt V
ſcilicet int. V B C
κατ' ἐναντίαν.
bella L
deleam
ſed V f. ſed et.
In
B abeſt
Sol ipſe noct. B C

acquieſcit; tu Conſtantine ſolus infatigabilis bellis
bella continuas, victorias victoriis cumulas, quaſi
præterita ſint oblitterata ſi deſinas, non putas te
viciſſe niſi vincas. Ruperat fidem gens leuis & lu-
brica Barbarorum, & robore atque audacia *, le- *Apparet ali-*
ctis eruptionis auctoribus, inſtitiſſe Rheno nuncia- *quid exc. diſſe. f inſtinctis*
bantur. Illicò obuius affuiſti, & præſentia tua ne
auderent tranſitum terruiſti. * Etiam videbaris *f Et iam*
rem votis tuis feciſſe contrariam, quòd inhibita
eruptione non foret materia victoriæ, ſed inopina-
to conſilio vſus, abeundo * enim, ſimulato nuncio *f. ſcilicet, ſim. vt pag. præce-*
maioris in ſuperiore limite tumultus, occaſionem *dente lin. 26.*
ſtolidis ac * ferinis mentibus obtuliſti in noſtra *feris v B*
veniendi, relictis in occulto ducibus qui * ſecutos *ſecuros v C R.*
adorirentur. Quò cùm veniſſent, conſilium tuum *Non placet.*
ſequitur Fortuna. Toto Rheni alueo oppleto naui-
bus deuectus terras eorum ac domos mæſtas lu-
genteſque populatus es, tantamque cladem vaſti-
tatemque periuræ genti intuliſti, vt * vix poſt * il- *poſt vix v B*
lud nomen habitura ſit. Ite nunc omnes (ſi placet) *illum B f. vllum*
Barbaræ nationes, & exitiales vobis mouete cona-
tus * exemplum. quamuis enim Imp^tor^ noſter ami- *Habetu v B L*
corum regum admittat obſequia, idque ipſum va-
leat ad laudem victoriæ quòd à nobiliſſimis regi-
bus timetur & colitur, augeri tamen gloriam vir-
tutis ſuæ gaudet quoties prouocatur. nam quid hoc
triumpho pulchrius, * quòd cædibus hoſtium vti- *quo v B*
tur etiam ad noſtrum omnium voluptatem, &
pompam munerum de reliquiis Barbaricæ cladis
exaggerat, tantam captiuorum multitudinem be-
ſtiis obiici, * ingrati & perfidi non minus doloris *& B C vt z, probè*
ex ludibrio ſui quam ex ipſa morte patiantur? Inde
eſt quòd cùm exitum differre liceat, perire feſti-
nant, ſeſeque letalibus vulneribus & mortibus of-
ferunt. Ex quo ipſo apparet quàm magnum ſit vi-

cisse tam prodigos sui. Facile est vincere timidos & imbelles, quales amœna Græcia, & deliciæ Orientis educunt, vix leue pallium, & Sericos sinus vitando Sole tolerantes; & siquando in periculum venerint, libertatis immemores, vt seruire liceat orantes. Romanum verò militem, quem qualemque * ordinatur disciplina, & sacramenti religio cõfirmat, aut trucem Francum, ferina sola carne distentum, qui vitam * prouectus sui vilitate contemnat, quantæ molis * sit superare, vel capere? Quod tu Imp^or & * Imp. in Italia, & in ipso conspectu Barbariæ paulo antè fecisti. Ita sine vllo discrimine omnia genera bellorum, armorum, hostium vni tibi cedunt, cedunt ex omni etiam memoria condita litteris monumenta virtutum. Nec verò tantummodò vetera illa Dictatorum, & Consulum, ac deinceps magnorum Principum, sed etiam rectissima & pulcherrima Diui patris tui facta superasti, (sordet enim alios ex proximo tempore comparare) ipsum inquam Diuum Constantium iam primis imperij * tui lustris rerum gestarum laude cumulasti. Inuitus hoc fortè accipis Imperator, sed ille dum dicimus gaudet è cælo, * & pridem vocatus ad sidera adhuc crescit in filio, & gloriarum tuarum gradibus ascendit. Purgauit ille * Batauum aduenam * hoste depulso, tibi se ex vltima Barbaria indigenæ populi * dedere. Ille Oceanum classe transmisit, tu & Alpes gradu, & classibus portus Italicos occupasti. Recuperauit ille Britanniam; tu nobilissimas Africi maris insulas, quæ populi Romani fuere prouinciæ. Ignoscat inquam Diuus ipse Cõstantius. Quid habeo quod comparem Italiæ, Africæ, Romæ? Meritò igitur tibi Constantine & nuper Senatus signum * dedit, & paulo antè Italia scutum & coronam,

ordinat VCR
pro victus V deleam.
nuper VLC. scil. cæsis Maxentianis.
abest B
etiam prid V & iamprid. B, probe.
Bataniam aduena VCR.
Franco. s. dedidere.
Deus VBC Dei R

ronam, cuncta aurea, dedicarunt, vt conſcientiæ
debitum aliqua ex parte* . . . . ſæpe enim, & *releuarent. debetur enim,*
ſæpe debetur & diuinitati ſimulacrum aureum, & *VBLC*
virtuti ſcutum, & corona pietati. Quamobrem te *tuorum C TH. Diuus tua,*
ſumme rerum ſator, cuius tot nomina ſunt quot *vere.*
gentium linguas eſſe voluiſti, quem enim te ipſe
dici velis ſcire non poſſumus, ſiue in te quædam vis
menſq; diuina eſt, *quæ toto infuſa mundo omni- *qua CR*
bus miſcearis elemētis, & ſine vllo extrinſecus ac-
cedente vigoris impulſu per te ipſe mouearis, ſiue
aliqua ſupra omne cælū poteſtas* eſt, quæ hoc opus *ſ as*
tuum ex altiore Naturæ arce deſpicias) te inquam
oramus & quæſumus vt hūc in omnia ſæcula Prin-
cipem ſerues. parum eſt enim optare tantæ virtuti
tantæque pietati, quem longiſſimum habet vita
* progreſſum. * Et certè ſumma in te * bonitas eſt, *proceſſum V B*
& pietas. Et ideò quæ iuſta ſunt velle debes. Nec *Eſt C* *bonitas, eſt &*
abnuendi eſt cauſa, cùm poſſis. nam ſi eſt aliquid *C*
quod à te benemeritis denegetur, aut poteſtas
* ceſſauit, aut bonitas. Fac igitur vt quod optimum *f. ceſſabit*
humano generi dediſti permaneat æternum, om- *in B*
neſque Conſtātinus in terris degat ætates. Quam-
uis enim Imperator inuićte iam diuina ſoboles tua
ad reip. vota ſucceſſerit, & adhuc ſperetur futura
numeroſior, illa tamen erit verè beata poſteritas,
vt cùm liberos tuos gubernaculis orbis admoue-
ris, tu ſis omnium maximus Imperator.

NAZARI PANEGYRICVS
CONSTANTINO A.
VII.



DIcturus Constantini augustissimas
laudes, qui tantùm vltra omnium
sæculorum Principes eminet quan-
tum à priuatis ceteri Principes re-
cesserunt, & dicturus in cætu gau-
diorum exultantium, & lætitiæ ge-
cumulatiorem stientis, quàm * æmulationem solita beatissimo-
solito VBLC *prima* VBLC rum Cæsarum quinquenia * primo fecerunt, sen-
tio nullam eloquentiam nec optari nec concipi
posse quæ dignam afferat aut tempori gratiam, aut
materiæ copiam, aut vestris studiis facultatem.
iactat quippe se nunc cùm maximè alacris om-
nium ac beata deuotio. Nec operta mentium
rimari necesse est, extat in vultu cuiusque hila-
ritatis publicæ decus, & in serenis frontibus
indic. perleg. VCR animorum * iudicia prælegunutur. non enim se
capit exundantis lætitiæ magnitudo, sed dedi-
gnata pectorum latebras ita multa & candida fo-
ris prominet, vt intelligatur non ingentior esse
quàm verior. Nec verò mediocribus bonis gau-
dent qui exultandi modum non habent. Fruimur
quidem nos præsentium maxima voluptate, sed
lenocinatur his iam futuri ratio, & quæ tempori-
disperata VB bus * disseparata sunt animorum præsumptione
max. P. s. I. iunguntur. Quintumdecimum * annum maximus
annum B Princeps salutaris imperij degit, sed auguramur
sancimus VC iam vicenalia, & venturi fidem superiorum felici-
sanximus B tate * sentimus. Quinquennalia beatissimorum
Cæsarum

Cæſarum occupatos in gaudiis habent,ſed in de-
ſtinatis decenniis iam vota properantia & ſpes vo-
lucres * conſtituerunt. Horum dehinc compotes *conſtiterunt* BG
propagabimus optabilis boni ſeriem. Ita omnia
quæ ex Principibus noſtris proſperè veniunt, con-
tinuatos fructus ferunt, nec magis recepta dele-
ctant quàm expectata iuuerunt. Verùm quid agi-
mus, vicenis, aut iam tricenis annis circumſcri-
bendo quæ æterna ſentimus? Ampliora ſunt meri-
ta Principum quam optata votorum. * Et quin- *Eat* VLC
immo * immenſus felicis curſus imperij, nec hu- *in immenſum fel.* VBC
manorum terminos * curant qui ſemper diuina *curent* VB
* meditatur. Certè cupitorum irriti non ſumus, qui *curet* C *meditatur* ●
cùm optemus maxima, id faciamus benignius
quàm ſecurius, quòd propter cæleſtem in illo fa-
uorem tam certa adipiſcendi ſpes eſt quam optan-
di ſoluta libertas. Has igitur gratulationes quæ
præſentibus excitantur, quæque ſuperiorum me-
moria vigent, aut * quaſi in poſterum * redunda- *f. quas*
tura cogitatio auida depaſcitur, quis * omnium *f. redundaturas*
queat flagrantiſſimis audiẽtium ſtudiis ſatisfacere
dicendo? Iam verò cum publicas tantùm vtilitates *f. hominum*
amplecti velim, & vnuſquiſque priuatim ſuas co-
gitet, * tremebunda proferatur oratio quæ tacita *f. &*
reputatione vincenda eſt, in ipſis etiam publicis
geſtorum ingentium profeſſa laudatio * quam au- *abeſt.* VCB
gendi cupiditatẽ præ ſe ferat, non iniuria minuen- *Poterat & legi, neſcio quam*
di metum faciunt quę ſpem amplificationis ex ma-
gnitudine ſuſtulerunt. Quis (oro) Conſtantine ma-
xime (præſentem enim mihi alloqui videor, qui
etſi conſpectu abes, reuelli tamen mentibus non
potes) quis inquam aſpirare laudes tuas * valeat
* æquiparandi magis ſpe quàm gratia non tacendi? *audeat* VCB *æquiper.* CR
Quis tam potens fandi, cuius copia tam larga, tam
felix, quæ cùm virtutes attrectauerit non aut cir-

cumuenta numero desperato exitu stupeat, aut ob-
terat magnitudinem, aut splendore obsolefacta
tantum nitoris habeat quantum ex rerum luce col-
eum diu. V legerit? Cuius * enim diuina virtus, & eius * mira
misericordia V
G mia B comes, appendixque victoria vrbem Romam non
præcipitantem exceperit, sed afflictam ac planè ia-
centem excitarit, recrearit, erexerit, cumque aliæ
felicissimæ tuę prius ac deinceps expeditiones non
minus in se operis amplexæ sint quam ex ipsis fau-
cibus fati Roma seruata, quid dignum magnitu-
dine tua excogitari ac dici potest, in cuius laudibus
Roma. id maximum non est * quod in terrarum orbe pri-
marium est? Nobilissimorum quoque Cæsarum
laudes exequi velle studium quidē dulce, sed non
& cura mediocris est, quorum in annis pubescen-
eruptura virt. VBC tibus non * eruptione virtutis tumens germen,
non flos præcursor indolis bonæ lætior quam vbe-
rior apparet, sed iam facta grandifera, & contra
rationem ætatis maximorumque fructuum matu-
ra perceptio. Quorum alter iam obterendis hosti-
bus grauis terrorem paternum, quo semper Bar-
baria omnis intremuit, deriuare ad nomen suum
cœpit, alter iam Consulatum, iam venerationem
iam patrem BLC sui * sentiens, si quid intactum aut parens, aut fra-
ter reseruet, declarat mox victorem futurum, qui
animo iam vincit ætatem. *rapitur* quippe *ad simili-
tudinem suorum excellens quæque natura*, nec sensim
ac lentè indicium promit boni, cùm inuolucra in-
f. rumpat fantiæ viuidum * rumpit ingenium. vnde enim
Principis maximi tam effusus in liberos animus,
nisi quòd in illis iam simulacrum sui conspicit?
Commendet inferioribus suos sola necessitudo na-
qui in illis quòd VC turæ, & qualescunque diligant * cùm illi quod ex
se desiderent non habent, præstantissimum Prin-
cipem hoc maximè iuuat, quòd in annis primori-
bus

bus iam ſunt ductæ lineæ quibus virtutum ſuarum effigies poſſet includi. Et pater optimus, ſed melior Imp^tor^, non tam ſibi quam reip. gaudet cum liberos ſibi ſimiles intuetur. Quibus ad perficienda quę ingenerata ſunt bona non ſegnis virtutum opifex diſciplina cõiungitur. Vt ſpes * æquiparãdi patris certa ſit. quippe * indole ſimiles, ſed ſub eodem magiſtro diſcendi fortuna felicior. Ipſum à tenero intuentes, in ipſum oculis ac mente conuerſi, nihil ab eius contemplatione deflectunt, incerti mirentur, an diligant. Niſi quòd neceſſe eſt vtrumque permixtè ſimul *. nam & amor factorum commendator eſt, vnde naſcitur admiratio, & facta cùm mira ſunt amorem inuicem creant. Ita ſpectantibus liberis quidquid ab eo pulcherrimè geritur, cùm propter ipſum magis placuit, tùm ſtudio imitationis inoleſcit. Iam tibi quidem in erudiendo Imperator optime non omnia proponebantur quæ ſequi velles. Niſi quòd rectè factorum contemplator acerrimus, ſi quid ſecus fieret, à ſpectandi cura pudentes oculos abſtrahebas. dabit enim veniam clementia tua ſi audaciorem veritas facit. Exiſtimare quidem de Principibus nemini fas eſt, (nam & in veſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta veneratio, & ſi qui * propius * adierunt, quod oculis in Solem ſe contendentibus euenit, præſtricta acie videndi facultate caruerunt) verùm tu facis Principum maxime vt patere videantur quæ prius obſtructa fuerant, qui tam optas totus videri quàm ceteri recuſabant. Non terror obtentui eſt, nec occultandis quæ plerumque extrinſecus latent, demorandoque aſpectu oſtentatio ſpecioſa * perhibetur. Obtutus hominũ benignus receptas, nec intuentem iniquus fulgor retundit, * ad ſerenum lumen inuitat. Nunc denique * intelli-

æquiper. CR
indoles V
fieri VBG
mentem VBG
adegerunt C
prohibetur VBC
ſed VBL
intelligimus LC

fuerunt v a — telligamus quæ desiderāda in prioribus * fuerant, postquam ea quæ operta in ceteris veriti sumus in te reserata veneramur. Igitur, vt facitis, beatissimi Cæsares per omnes paternarum laudum vias ite securi. Non simplici quidē itinere numerosæ eius virtutes ingrediuntur, sed omnia ad eundem gloriæ exitum ferūt. Nullæ cupiditatum deflexiones, nullus v a c — *nulli erroris amfractus. Vt verenda progredientibus non sit dispendiosa reuocatio. Itaque maturiorem cursum instituistis, qui moram considerandi itineris non habetis. Sed mihi circumuento hac ipsa rerum copia quæ potissimum capessenda sit ita V speciе par. v c a — via, qui aditus fiat incertum est. * Itaque se multa offerunt * semper paria, magnitudine congruentia. Verùm vt in magnis domibus interiorem ornatum vestibula ipsa declarant, sic nobis venturis ad ingentium virtutum stupenda penetralia debet laudationis ingressum & prædicationis ianuā Roma præbere. Quæ demersa quondam tyrannidis impiæ malis, & quò maior eô miserabilior, maiestatis pristinæ decus ad misericordiæ ambitū con- & in V — ferebat, tibi tamen Constantine maxime *etiam in illa sui sorte venerabilis, quòd quos impensè amadil. for. a — mus obseruantia illorum integra est, etiamsi * fortuna dilapsa est. *In abiectos officia gratiora sunt quæ* misericordia v c a — *non ex * minima, sed ex honore venerunt*. Sed nimirum rectè à sapientibus ponitur connexio inter se f. iuuant — apta virtutum. sic enim mutuo & opera * iuuat, & fructum operæ partiuntur, vt facilè appareat inseparabilis & indiscreta permixtio. Gessisti bellum Imp[tor] maxime quod tibi nō minus onus Vrbis imposuit quam eiusdem ærumna persuasit. Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuæ datum quam pietati tributum est, quòd dum scelestos persequeris, miseros liberasti. constituta enim & in

& in perpetuum Roma fundata est, omnibus qui statum eius labefactare poterant cum stirpe deletis. non enim (qui bellorum euentus * solet esse) *solent* VBC per varios & volubiles casus Mars dubius errauit, nec Fortunæ vicissitudo, quæ plerumque prosperis rebus triste aliquid agglutinat, victorum lætitiam vulnerauit, sed tanta hostium & tam ampla cædes, tam felix & incruenta victoria fuit, vt credas non bello ancipiti dimicatum, sed solas impiorum pœnas expetitas. Tantum etiam inter arma bona conscientia sibi vindicat, vt iam cœperit non virtutis magis quàm integritatis esse victoria. Spectat enim nos ex alto rerum arbiter Deus, & quamuis humanæ mentes profundos gerant cogitationum recessus, insinuat tamen sese * totam * seruata diui- *f. coram* *seruatura* V B *scrutatura* BC nitas, nec fieri potest vt cùm spiritum quem ducimus, cùm tot commoda quibus alimur diuinum nobis * lumen impartiat, terrarum se curis abdica- *Numen* VBD uerit, nec inter eorum vitas diiudicet quorũ vtilitates gubernat. Illa igitur vis, illa maiestas fandi ac nefandi discriminatrix, quæ omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat, * illa nefa- *illa piet. t. t., illa nefar.* riam illius tyranni fregit amentiam, illa pietatem VBC tuam texit, illa inuictum exercitum tuum, tot victoriarum conscientia plenis pectoribus ardẽtem, tantis insuper viribus iuuit quantas præstare aut Deus potuit, aut amor tuus debuit, vt horrendas acies, vt incognita ferri & corporum robora fulmineus miles euerteret, vt quidquid instruxerat diuturni sceleris lõnga molitio felici congressione consumeres. O tuam Imp^tor non victoriam magis quàm clementiam prædicandam! Grauate * etiam *ap. an. t. et, mali* B apud animum tuum male pereunt. Inuitus pugnasti qui tam facilè vincebas. iamdudum quippe præuideras hominem non imperando habilem, non

non tantæ maieſtatis capacem, quòd magnitudo male crediti muneris extra animi anguſtias effluebat.* Quod qui tueri nequeunt, vbi ſub tãto onere fortunæ infirmitas lapſa eſt, faciunt licentiam de poteſtate. Quid ego referam infelicium indigniſſimas cædes? quid inexpletos libidinum paſtus? quid miſeras patrimoniorum direptiones? Sileantur hæc ſanè, non tantùm ne ſopitã malorum memoriam oratio mea ſuſcitet, ſed ne ſanctiſſimas Principis laudes dum aliena vitia depromimus ſermo talis inceſtet. Incremẽtum quidẽ adeptæ felicitatis eſt malorum commemorata depulſio, verùm vt in ſegetibus etiamſi multâ quæ humũ obſederant induſtriâ * releuanda ſunt, laborem tamen purgati ſoli neſciunt qui fructus editos intuentur, ſic Conſtantini laudibus ſatis eſt dum efflorescentia bona cernimus ne mala exciſa reputemus. Ferebas tamen Imp^tor ferebas illum in tantis malis ludentem, & cùm omnia tu ſcires, vota hominum conniuendo * patiendo fatigabas. Qui * ne iniuſtè ſic quidem arma caperes, etſi nondum ab homine laceſſitus, iam tamen vitiorum eius inimicus, ſed (quod erat conſentaneum clementiæ tuæ) experiebaris remedia * meliora, vt quod leniri quàm reſecari malles mitior medicina ſanaret. Quin extorques animo tuo * conueniendi ſtudium, & concordiæ voluntatem? ſi concordiam quam veniam appellari fas eſt cùm qui poteſt vincere optat ignoſcere. Et non dubito quin hanc rationem cæleſtis prudentia tua duxerit, quòd coniunctione ſua flagrantiſſimas hominis cupiditates vel extingueret penitus, vel modicè temperaret. *nulla* quippe *eſt libido tam vecors, quam non capiat cùm in conſortium temperantia venerit.* Deiicit oculos deformis ignauia vbi ei pulchritudo virtutis obie-

Quam quvc · *reuelanda V reuellenda BC, egregie.* · *ſ. patiendóque* · *ne ſic quid, iniuſte VBC* · *meliora VB* · *& B*

obiecta est. Tergiuersari atque hærere petulantiam videas grauitate * modestia & decore confusam. *f. modestiæ* Vt appareat te Imp^tor optime concordia * impe- *f. impetranda* randa non illi impunitatem vexandæ Vrbis ⸗ da- *f. fuisse* turum, sed leniorem * petiisse victoriam, cùm mal- *petiisse V* les vitia eius quàm arma superare. Sed profectò ***nulla vi possunt coire quæ naturali diuortio dissident, nec vlla tam fidelis est copula quæ in diuersum tendentia nexu suo teneat.*** Perpendit scilicet secum excellens prudentia tua, eique semper pietas applicata omnes concordiæ commoditates, illam esse fundamentum ac radicem otij, bonorum * ciuium' semi- *ciuium vse* narium, quietis publicæ segetem, & almam pacis altricem. Sed ò ***quam æger est ad honestatem recursus his qui iam gradum ex nequitia protulerunt!*** Vocas ad societatem, * appetitum tuum; refugit, *, aduer- *amicum t. V* *f. auers.* satur, horrescit, nihil sibi putat tecum commune, quia nihil simile est; iam certè quiescere virtuti integrum non est. nam bellum * animo' gerere, armis *abest s, male.* abstinentem, non concordiæ ratio est, sed ignaua dissensio. Licet non sit in his ratio desideranda qui semel de via præcipites ire cœperunt, mirari tamen ⸗ nequeo cùm id delatum non amplexus sit *f. satis* quod impudens esset si auderet optare. Virum Vrbis funestam illam lacerationem lentè ac remisse te laturum putauit? Sed ***natura * affert vt iniuria*** *f. fert* ***eius quem diligas etiam si re ipsa graues sunt, fiant tamen amore grauiores.*** An credidit conferenda manu non inferiorem? Hoc verò * quod' opinari non *quam v c x.* potuerit exitus docuit, cùm signis tam sæpè collatis nihil vnquam ⸗ quod aut spes aucuparetur, aut *fuerit vsi.* fortuna promitteret. Dolis (credo) existimauit decipi posse. Sed non virtus tua de congressione quàm prudentia est de fraude securior. quis enim ad præsentiendum sagacior? quis vigilantior ad viden-

contemplatur videndum? Quis * contemplatur præsentia acrius,
V C ventura prolixius, ambigua certius, captiosa felicius?
f. hic Nõ * hinc tecum Lynceus ille certaret, qui (vt
poëtæ ferunt) parietum septa, & arborum truncos
visu facile traiiciebat, aut etiam ille quem eadem
in B L C vetustas locuta est cum * Siciliensi specula constitisset
conspicari solitum naues quæ Africæ portum
subirent, cum prospectum hominis nõ aër offusus,
f. tam quẽ crassiorẽ exhalatio maris faceret, non * tantum
disiunctarum regionum longinquitas impediret.
Cum spes omnis frigere debuerit, & voluntas pacificandi
alienata sit, quis dubitet diuinitus armis
tuis deditum, cùm eò dementiæ processerit, vt
vltrò etiam lacesseret quẽ ambire deberet? *O quam*
del. ac hab. B *acres * habes dolorum aculeos contumelia quam imponit
inferior!* ecce enim (prò dolor! Verba vix suppetunt)
venerandarum imaginum acerba deiectio, &
diuini vultus litura deformis. O manus impiæ! ô
truces oculi! Ita non caligastis? In quo lumen mundi
obscurabatis meritas ipsi tenebras non imbibistis?
Commouere tandem conscia virtus, nec permittas
hoc furori, cui de te aliud non licebat. Sed
quid tandem assequeris cæca dementia? Aboleri
hic vultus non potest. Vniuersorum pectoribus
ac V infixus est, nec commẽdatione ceræ, * aut pigmentorum
fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum.
Vna demum Constantini obliuio est humani
generis occasus. Nunc verò commẽdabiliorem
iniuria tua faciet patientiam eius, auidius expetent
quem pictura non reddit. *Flagrantiora sunt
animorum desideria cum oculorum solatia perdiderũt.*
Nihil profecto grauius, nihil miserius Roma doluisti.
recondite V Quamuis * recondita altè magis gemeres,
& ingestos quotidie luctus callo quodam obduratæ
patientiæ sustineres, confessus est se inconsultior

dolor,

dolor, nec timuit deprehendi, & malè clausi signa mæroris per vultus indices exierunt. hoc enim Roma tot vulneribus saucia vindicari volebas, cùm * tam præstantissimus Princeps iniuriæ suæ neg- *tamen præst.* VBC ligens vlcisci tuas mallet. Ita ambo, benigni ratiocinatores officiorũ, paria fecistis, tu voto, quo solò valebas, ille amore pariter & facultate, vt tantum bonorum tibi * tribueret quantum te sibi velle * re- *retrib.* V cognosceret. Pugnasti igitur Imp^tor^ coactus quidẽ, *cogn* B sed hôc maximè victoriam meruisti, quia non desiderabas. Optasti pacẽ, sed ignosce si plus omnium vota valuerunt. Nec illa * diuinitus obsecundare *diuinitas* VB cœptis tuis solita in hoc refragata est, sed aliquid *L f. ab. c. t. f. diuin.* * & scientia tua non cedit, vt plus pro meritis ini- *ex sententia.* ret. Negata est concordia cui erat parata victoria. In VCR ore denique est omnium Galliarum exercitus visos qui se diuinitus missos præ se ferebant. Et quamuis cælestia sub * oculis hominum venire non soleãt, *oculos* VB quòd crassam & caligantem aciem simplex & in- *illa* BC concreta substantia naturæ tenuis eludat, * illi ta- *ibi* B *Nõ placet.* men auxiliatores tui aspici audirique patientes, vbi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. Sed quænam illa fuisse dicitur species, qui vigor corporum? quæ amplitudo membrorum? quæ alacritas voluntatum? Flagrabant verendum nescio quid vmbone corusci, & cælestium armorum lux terribilis ardebat. tales enim venerãt, vt tui crederentur. Hæc ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant, Constantinum petimus, Constantino imus auxilio. Habent profectò & diuina iactantiam, & cælestia quoque tangit ambitio. Illi cœlo lapsi, illi diuinitus missi gloriabantur quòd tibi militabant. Ducebat hos (credo) Constantius pater, qui terrarum triumphis altiori tibi cesserat, diuinas expeditiones iam Diuus agitabat. Magnus

hic

hic quoq; pietatis tuæ fructus, quòd quamuis par-
ticeps cæli ampliorem se fieri gratia tua senserit, &
vtpote Dei. ⸗cuius munera in alios influere iam possent, in eum
ipsum tua munera redundarint. Cedat tibi non re-
centium sæculorum modò, sed totius memoriæ ve-
tustas, quamuis illa, recti appetēs, & nūllo vnquam
deprauata in officio, glorietur penes se sanctitatis
f. negliguntur. præc. famam stetisse, Sed * nec leguntur præconia homi-
num vbi quæruntur iudicia diuina. Illi igitur vete-
res, laudati vitæ moderatores, qui refrenandis cu-
piditatibus restrictè comptéque vixerunt, quorum
omnis ætas armis conterebatur, quando tantam in
prœlio diuinam opem pro meritò integritatis ha-
buerunt? vt qui longe à virtutibus tuis distant in
saltim C proximo* saltem iustitiæ gradu reponantur. Ro-
deleam. duo V B mano quodam ⸗ in bello ferunt * duos cùm equis
qui in dim. B iuuenes, spectatos forma pariter ac viribus, * quia
in dimicando præter ceteros insignes fuissent, iussu
remunerandam Imperatoris ad * remunerandum requisitos. Vbi
industriā req. B C *nullus inueniebatur, fides habita est diuinos fuis-
nulli inueniebantur V B C se, quòd ⸗ laborem sedulò communicauissent, labo-
eum B C ris pretium respuissent. Equidem historiæ non in-
uitus assentior. neque enim in hoc veri interpola-
trix tenenda quæ se non vanā antiquitatis nunciam
pollicetur. Sed tamen illi qui hoc Annalium mo-
numentis illigauerunt verebantur ne apud poste-
ros miraculi fides claudicaret. Estote ô grauissimi
credimus L auctores de scriptorum religione securi,* credamus
facta qui maiora nunc sensimus. Magnitudo Prin-
cipis nostri gestis veterum fidem conciliat, sed mi-
raculum detrahit. Pro auxilij copia negotiorū ratio
metienda est. Duo quondam iuuenes, sed nunc ex-
vel B f & ercitus visi. Hoc certè ⸗ vberius, nec infirmius veri-
Stat B C tate.* Sat argumento duplici fides nixa. Sic Con-
Roma seru. V C R stantinus iuuari meruit, sic debuit* ratione seruari.

Magnum

Magnum hoc Imp^tor maxime, sed de tua pietate non mirum. Adesse tibi in omnibus summam illam maiestatem, quæ te * circumflexa tueatur coniectu- *f. circumplexa.* ra mentium tenebamus, etsi nondum ad fidem patebat oculorum: etenim cùm mens tua mortali cōtagione secreta, pura omnis, funditus sincera, vbiq; se promerendo Deo præstet, cùm gloria tua humanum modum * supergressa sit, quis est hominum *egress.* quin opitulari tibi Deú credat, cùm id & vita meteatur, & rerum gestarum magnitudo testetur? Parùmper igitur ab instituto cursu non ingrato diuerticulo recedamus. Tenebo hunc orationis modū, vt nec inhumanè de cæteris muta sit, nec odiosè de instantibus obloquatur. Tu Imp^tor optime, *abest v.* inito Principatu, adhuc æui immaturus, sed iam maturus imperio, ostendisti cursum ætatis non expectandum in festinatione virtutis. Tu exinde domi militiæq; iuxtà bonus, nusquā gradum extulisti quin vbique te gloria quasi vmbra comitata sit. Tu ferocissimis regibus, Ascarico & Comite, = captis *fuerit o* tanta laude res bellicas auspicatus es, vt * iam in- *eam in aud.* auditæ magnitudinis obsidem teneremus. Vt Herculem ferunt tenerum adhuc atque lactétem duos angues manu elisisse, (Vt iam infantulo indoles futuri roboris immicaret) sic tu Imp^tor in ipsis imperij tui cunabulis, quasi geminos dracones necares, per sæuissimorum regum famosa supplicia ludebas. Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis cùm ad *bellum efferuesceret vltra ipsum Oceanū *bella* æstu furoris euecta Hispaniarum etiam oras armis infestas * habebat, * ij igitur sub armis tuis ita *habebant* conciderunt, vt deleri funditus possent, nisi di- *hi* uino instinctu, quo regis omnia, quos ipse * af- *afflixeras* feceras * afficiendos filio reseruasses. Quanquam *confic. vbls* ad gloriam * nostram fecunda malis suis natio *vestram v vest. glor.*

Crispo ita raptim adoleuit, robustéque recreata est, vt fortissimo Cæsari primitias ingentis victoriæ daret, cum memoria acceptæ cladis non infracta, sed asperata pugnaret. Differamus parúper Italicas expeditiones, quibus Segusiensium ciuitatem, quæ superatis Alpibus Italiæ claustrum*obijcit, cùm vi & virtute velut ianuam belli refregisses, inde per obiectas acies, per exercitus obuios vsque ad Romana mœnia inoffensus victoriarum impetus* percurrit. Quid memorem Bructeros? quid Clamasos? quid Cruscos, Vangionas, Alamanos, Tubantes? Bellicum strepunt nomina, & immanitas Barbariæ in ipsis vocabulis adhibet horrorē. Hi omnes sigillatim, dein pariter armati, conspiratione fœderatæ societatis exarserant. Tu tamen Imp^{er} cùm tantam belli molem videres, nihil magis timuisti quam ne timereris. Adis Barbaros, & dissimulato Principis habitu quàm proximè poteras cùm duobus accedis. ***Nunquam est excelsior Principatus quàm cum se publico submittit officio.*** Facis verba, spem illorū agitas, & versas* crudelitatem, negas esse præsentem. O verè cæca Barbaria, quæ in illo vultu signa Principis non videris, quē nec sic quidē senseris, cùm intra iactum teli securus sui staret, Constantinum esse! Qui hoc poterat non timere, dubitare* quidquam potes per omnia subnixum Deo vadere?* Inuictos*duces non times, & solus timeris. Tot regna, tot populi, & tantarum nationum congregatio indignam se viribus tuis putat, quem* credit absentem. Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione terroris est, magnificentius congregata obteris* quàm scrupulosius dispersa*sequeris. Innumeræ simul gentes ad bellū coactæ, sed vno impetu tuo fusæ, dum collatiuam vim comparant, compēdiosam victoriam præstiterunt. Vno hoc bello, si debitis

Marginal notes: *obiecit* v *Non plaut.* — *percucurr.* VAC — *Vide notas* — *creduli.* L. *Is* VBLC — *quisquam potest* C — *scil. milites.* — *ducis. & scil.* VCR — ἐυκαξιόχρεων, *imparem* — *scil. alioqui nihil tentatura præsentem.* — *quæ scrup.* VC — *sequereris* VCR

debitis laudibus immorati vacaret, dies integer cõderetur. Nunc ita omnia prætervolans cecidit oratio, vt victoriarum tuarum nõ summam euolueret, sed ornamenta monstraret. His rebus semper è rep. gestis tanta vi tãtóque successu, vt nunquam virtus tua*inuenit, prudentia hæserit, felicitas claudicarit, satis (ut opinor) probatum est perpetuam in te benignæ maiestatis opem fluere. Vt cælestes exercitus tui non tunc*primò missi, sed tum demũ intellecti esse videantur. Talis igitur ad* liberandam Italiam & tam tutus accedis, vt cùm res bellica cęcos habeat euentus, in te tamen dimicandi voluntatem pro victoriæ pignore*tenebas,* etsi abessent auxilia diuina. aderat enim robustus & florens, plenus virium, animi plenus exercitus, lætus armis, & militiæ*munera exequens studio magis quam necessitate, (quippe* tuis stipendia sunt pauciora quã prœlia. Cùm dico prœlia, significo victorias) prętereà tã amans tui quàm tibi carus: ignosce enim superba virtus, quantumuis fiduciæ & spiritus capias, amor Principis facit militem fortiorem. Antiqua admodum res est quam proferam, sed non indigna memoratu. * Illyrici quondam despicientes Eropi regis infantiam Macedones bello lacesserunt. Et prima quidem congressio secundum illos fuit, verum Macedones cùm bellum reficerent, regem suum in cunis ad aciem detulerunt. Cùm illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus accenderet, mutata est ratio certaminis, vicerũt qui amore pugnabãt. Quanto igitur est amor fidelior accepti beneficij memoria quam præsumptione futuri, quòd illic*pręcepta res iuuat, hic expectata blanditur, tanto tui animosiùs dimicauerunt, qui non puero spem gratiæ munerabatur, sed Principi post natos homines benignissimo meriti

intremuerit, VCR

f. primùm

liberandum V

teneres B
etiamsi V

munia VCR

cui stip. VB

Illyrij V

perc. VBC

debitum rependebant. Primam igitur Segusien-
sium ciuitatem, quam primam iter dederat, victo-
ria facilis amplexa est. Quæ resistendi pertinacia
ita in se Imperatoris vim conuertit, vt pietatem ta-
men non alienauerit. nam cùm introitus vi manu
quæreretur, & portarum inflammatio ignem latè
f passu distulisset, cuius facilis per adiuncta contagio* par-
tu pestifero valescebat, maxima benignissimi Im-
peratoris fuit cura non modò * incendium nô ad-
iutum senesceret, sed oppressum emori posset, &
eius v b c longè operosior clementia * quam fortitudo * per-
perfecta v b l c fecta est, cùm plus in conseruanda vrbe quam in
capienda fuerat laboris oriretur. Itaque digrediens
ciuitatem c sic * cupiditatem * sui fecit, vt eam ad omne obse-
cupidam v b c quium non victoriæ metus componeret, sed admi-
ratio lenitatis: *Optima aiunt esse remedia quæ ad vsum corrigendi nostri ex aliena calamitate nascuntur, verum animus prauitate velut morbo impeditus dilectum boni non habet.* Ecce iam apud Taurinos venien-
tem pugna grauior expectat, nec Segusiensium va-
mouet v stitas * monet vt sibi caueant, nec cogitant * quòd
f. quo cum Pr. cùm Principe res futura sit, quòd neque vis eius
resistendi spem faciat, nec mansuetudo rationem.
laxè v b Campum * latè iacentem tantus miles oppleuerat,
vt non improbaret fiduciam qui instructos vide-
ret, quæ enim illa fuisse dicitur species, quàm atrox
visu, quàm formidolosa, operimento ferri equi at-
que homines pariter obsepti? Clibanarijs in exer-
citu nomen est. Superne omnibus tectis equorum
pectoribus demissa lorica, & crurum tenus pendês,
sine impedimento gressus, à noxa vulneris vindi-
cabat. Te tamen Imperator non terruit nec quòd
tanto numero duplicabat armatura terrorem; nec
enim b c quòd vim armis numerus addebat. certum est * pro
negotij modo animosam esse virtutem, quòd ex se

rerum

rerum captum suum temperat. In paruis propè ad securitatem remissa, in mediocribus modicè intensior, vbi magna venerunt, iuxta magnitudinem exanclandi operis erigitur. Illa armorum ostentatio, & operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulnerassent, inuictas mentes*excitauerunt, quòd imbutus Imperatoris exemplo totis animis eius miles ardescit cùm inuenit hostem quem vinci deceret. Cataphractos equites, in quibus maximum steterat pugnæ robur, ipse tibi sumis. His disciplina pugnandi est, cùm aciem * arctauerint, feruent impressionis tenorem, &, immunes vulnerũ, quidquid oppositũ sine hęsitatione perrumpãt. Sed tu Imp^tor prudentissime, qui omnes bellandi vias nosses, opem ex ingenio repperisti, quod tutissimmũ est, *eludere quod est difficillimũ sustinere.* Deducta acie, in* reuocabilem impetũ hostes effundis, dein quos ludificandos receperas reductis agminibus includis. Nihil proderat contra tendere, cùm ex industria* tua cederent. Flexum ad insequendũ ferreus rigor non dabat. Ita nostri proditos sibi clauis adoriuntur. Quæ grauibus ferratisque nodis hostem vulneri non patentem cædendo defatigabant, ac maximè capitibus * afflictæ quos ictu perturbauerant ruere cogebant. Tunc ire præcipites, labi reclines, semineces vacillare, aut moribundi sedilibus attineri, permixta equorum clade impliciti iacere, qui * reperto sauciandi loco passim equitẽ effreni dolore fundebant. Ad vnum* interfectis, omnibus tuis integris, horrorẽ armorũ ad miraculum victoriæ transtulerũt, quod qui inuulnerabiles habebãtur sine tuorũ vulneribus interissent. Antoninus, Imperator in toga præstans, & nõ iners nec futilis bello, cùm aduersum Parthos armis experiretur, visis cataphractis adeò totus in metum venit,

incit. v B
arietau. v B *f. cum in aeo arietau.*
illid. v. *elid.* B. *ne utrum bene.* *Did.* C *f. irreu.*
tui ced. v B
afflictata v B L C
repetito v
omnibus B

Vologesum. vt vltrò ad⸗ regem conciliatrices pacis litteras da-
ret. Quas cùm Rex immodicus animi respuisset, in-
solentia quidem Barbari debellata est, sed patefa-
armis V B L ctum est in his⸗ tantā inesse violentiam, vt ea⸗vin-
his tant. in. armis viol. C cēdus⸗ armis' fideret, & superaturus timeret. Quid
& B C ego referam post tantam & tam grauem pugnam
dele ex V B *Vide notas.* quòd apud Brixiam⸗ magnus quidam & acer equi-
visu L tatus esset, fuga quam * visu astutior, & primo im-
petu tuo pulsus, Veronam vsque contendit ad præ-
sidia maiora? Neque id dedecori fuit, quòd excusati
mis tim B fugiunt qui tibi cedunt. Contingat quinimo* timi-
ditati miseræ res ostentāda, fuga quæ habuerit dig-
nitatem. Ipsa autem Verona, freta immanibus co-
pijs, quas in vnum aduentus tui formido conduxe-
clades V B C rat, cùm multorum iam *cladem accepisset, facta
cautior V B C est parumper metu* cunctatior, non ratione* fide-
felicior V B L C lior. Muris se ab impetu vindicat. Aderat quidem
experiens. V C R Ruricius, *expedientissimus belli, & tyrannicorum
Ducum columen. Per tota admodum mœnia mag-
f. sed na vis hominū,* & apud Brixiam plerique iam fra-
At L f. Atque cti⸗ vt in corpore cum aliqua pars ægra est valetu-
do omnis contaminari solet, sic illius multitudinis
f. mala. portio* malo affecta totum exercitum timoris cō-
tagio dissipat. Quàm faciles lapsus infirmitas
haberet B * habet cùm eam intēpestiua * mouit audacia cùm
mouet B sæpe aliàs, tùm maximè in illa obsidione perspectū
est. Clausi impetum faciunt, & qui se aliquamdiu
copia B L latendo à morte defenderant facta pugnandi* causa
pœnas eruptionis temerariæ pependerunt. Idémq;
Ruricius magna suorum clade reiectus in mœnia,
sed L spe iam lassa, * & adhuc mente vesana, cùm se Ve-
cogit V f. coëgit. ronam proripuisset, nouos eodem * egit exercitus,
& præcipitante iam die bellū non detrectauit, pug-
næ auidior quā salutis. Sed eum exitus magis quàm
merita fefellerunt. nam furorē mors domuit, quem
non

non potuerat * considerata ratio, nec victi formido sanare. O nox illa æternis sæculis monumentísq; mandanda, cùm * spiris tenebrísque * congressus Fortunæ totum liceret, tu tamen Imp^tor non intutior tempore quam * adeo tectior, sæuissimo hosti * inultus instares, & libertate cædis exultās donum noctis duceres quòd pugnātem nemo seruaret! Per infestas acies interritus vadis, densissima quæque * prorumpis, deiicis, proteris. Mortis decus perdūt quos ignoratus affligis. Nisi quod te ipsa vis tua cogit agnosci. nihil enim te permouent tubarū fractæ voces, horrendus militum clamor, permissa casibus vulnera, illisi cominus gladij, cadentium graues gemitus, arma latè strepentia, & in vnum quendam sonitum diuersi fragoris acta confusio, quòd hæc omnia aut virtus negligit, aut ira nō sentit. Nox ipsa, iustissima bellantibus causa terroris, vehemētiorem te agendis stragibus fecerat. quod solum enim virtutis tuæ impedimētum est, miserationem tenebræ non* habent. Vt intelligi liceat quantum illo in bello vis tua perfecerit, pietate non retenta, & maiestate secura. Prœlio vix multa nocte confecto, fessus cædibus, anhelus ex bello, cruore oblitus, sed hostili, ad obsidionis vigilias recurrebas. O Fortuna! O præpotens Roma! Quam tu vnquam gratiam pro tantis laboribus referes? Nisi quòd indulgentissimus Princeps, tanquam hoc ipsum tibi debeat, eô cariorem habet quô maiore labore seruauit. Et quoniam me ad Vrbis commemorationem * fors quędam intulit, non rerum ordo deduxit, neque reuocare orationem fas est quò iamdudū contenta veniebat, prætereo te Aquileia, te Mutina, ceteráſque regiones, quibus propter insecutas incredibilium bonorum commoditates gratissima fuit ipsius oppugnationis iniuria. senserunt enim trans-

nec v B c; cōsiderati v c R; Spiculis B; congressu v B; congressis L; probi. Deo iect. v E L; multus v c R; perr. v B; habebant e; id est, probata & reprensa.; his v c R; Fors v c R; inde v R

latis ad fortiſſimum Principem fortunarum ſuarũ gubernaculis quàm facile omnia ad ſalubrem curſum redirent, quæ ita deferebantur, vt mox aut malorum omnium ſcopulis illiderentur, aut miſeriarum vadis adhæreſcerent. Prætereo inquam & hęc, & alia complura, quorum eſt & ſigillatim onerosa moles, & omnium ſimul aceruus onerosior. *Nam quæ diducta ferre nequeas, his congregatis ſubire ſpei importunioris eſt quam fiduciæ promptioris.* Recuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandæ Vrbis gradus, & ad victoriam facilis* acceſſus, quòd illũ ſemper* excedendæ Vrbis viſceribus inhærentem ex aſſuetis latebris vis diuinitatis excuſſit. In quo quidem tantum momenti fuit ad perficiendæ rei facilitatem, vt non tam gloriandum ſit virtuti tuæ pręſtantiſſime Imp^tor quòd eum viceris, quàm gratulandum felicitati quòd ad pugnã potueris euocare. non enim caſu, non fiducia factum putemus, vt vltrò etiam exercitum educeret aduerſum eum cuius aduentus ſtridorem ipſum perhorreſceret, niſi animum iam metu deuium infeſtior Deus, & perdẽdi maturitas perpuliſſet. Quòd* ita ratio diſponẽdi exercitus docuit illũ mente perdita, implicatóq; cõſilio, cùm eum pugnæ locũ caperet, vt interclusa fuga moriendi neceſſitatẽ imponeret, cùm ſpẽ victoriæ non haberet. Quod quidẽ Imperatori noſtro optandum largiter fuit, qui hoc vno maximè offenditur, ſi certamen lubricum faciat ſpes prompta fugiendi. Relaxauerit acies, aut frons impulſa titubauerit, fiducia manuũ ad pedes migrat. Non amas Imp^tor bella, niſi feruentem hoſtem in gradu ſuo præciſa fuga teneat, vt aut ferro cõcidat, aut miſeratione ſeruetur. Apud Tyberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripæ locatos, vt vltimorũ veſtigia præſagio quodam euenturæ cladis vnda fatalis allueret,

Margin notes: *aſcenſus* B · *excedendæ* V B L · *ipſe* V B, *iſta* C, *vitioſe*.

rct,

ret,ita verò multitudine suppeditãte,vt vltra quam
visus agi posset extenta acies pertineret,non: frons quò ver
imbecilla tractu inualido duceretur, sed tanta sub-
sidiorum atque ordinum confirmatione, vt acies
non porrectior quam robustior murum vtrimque
præberet, quòd eam nec constipatio contraxisset,
nec longitudo * tenuarat. Prætermittam hoc loco tenuaret VBC
Constantine maxime disponẽdi militis tui miram
incredibilémque rationem.hoc enim persequi vel-
lem,quem tenuisset locũ cælestis exercitus: dicam'. abest L
Quanquam * non illos arbitror stetisse nisi tecum'. il.a s non B
difficillimam enim pugnæ partem tibi diligis, &
tanquam pro fortunæ gradu modus* virtutum de- virium VBC
beatur,ita inter tuos non vis Principatu magis ex-
cellere quam labore.Cumulatissimum quidẽ Prin-
cipis munus est,si manu : etiam' cesset, non cessasse abest VB
consilio,sed tu non segnior gerere quam iubere, si-
mul exercitus tuos * monito regis, opere iuuas, in- monitu C
cendis exemplo. Quod hic etiam facis promptius
quàm in ceteris prœlijs, quòd in præsenti erat tam
ampla pugnæ merces quàm pugnator illustris, &
statim Roma victoris.Cuius rei cùm imaginem ce-
pi,dicturus horresco. Inuadis primus aciem, solus
irrúpis. Obumbrãt euntẽ tælorũ irriti iactus, sonat
ictibus vmbo securus.*His quos : cum' trabalis ha- Hos qu. L
sta * deijcit insultans ferus proterit. Fulget nobilis abest VBLC deiecit VR.
galea,& coru sca luce gemmarũ diuinũ verticẽ mõ-
strat. Auro clypeus, auro arma collucẽt. O quantã
vim possides virtus,quæ in hoc hábitu plus terroris
prẹferas quã decoris! Secuti hũc ardorẽ fortissimi
milites,& dignos se ductu eius imperióq; testati,sic
viritim laborauerũt, quasi sũma res singulorũ ma-
nu * teneretur. Non cõmemorabo hic tectas cõti- niteretur C,
nuis stragibus ripas, nõ oppletũ aceruis corporum egregiè.
Tyberim,& inter congestas altè cadauerum moles

abest B C. interfepta V

erup. L

vacuitas L

f. & miseria

reperta V, inepte, f. apta

etiam &c. B

solita non modo V B

publicitus V B L C, publice ter B, eum V, sit augmentata resp. v. sit congement. resp. B L C, confertur V C, ad omnes V B L

ſtulæ cum vi diu * interceptæ ſunt, exitu dato quò largiores, eô craſſiores aquas euomunt, ſic vota hominũ metu intercluſa turbidè aliquid egerunt cùm cumulata * ruperunt. Hæ victoriarũ gratulationes. Nec minus vberes fructus reliquarum virtutũ fuerunt. Implicatam quidem atque obſitã Vrbem grauiſsimis malis euoluerunt indefeſſa vis, atque eximia fortitudo, ſed quantum boni prudentia excogitauit, benignitas & clementia contulerunt. Quorum quid magis iuuerit difficilis æſtimatio eſt. nam & calamitate obſeſſis finis eſt voti miſeria liberari, & mox * facultas miſeriarum parum grata eſt niſi lætitia conſequatur. Ita pro ſe quæque officijs ſuis functæ fortitudo & liberalitas Imperatoris, cumulatiſsimam Vrbis beatitudinem exhaurienda, & congerendis commodis reddiderunt. Facilior quidem & multo procliuior lædendi quàm commodandi ſemper eſt via, vulnerare integrũ quàm ſauciato mederi, diſſipare * rapta quàm diuulſa componere, ceſſit tamen rerum hæc conditio Principi noſtro. nam quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimeſtris ferè cura ſanauit. Sanauit dico? Redintegratio ſtatus priſtini permulcendo dolori ſatis eſt, non * & arceſſendæ gratulationi, nec amplius poſtules quam vt eum ſui nõ pæniteat, qui ſolitario modo id egit vt recuperatis quæ amiſerat nõ doleret, ſed etiam vt nouorũ adoptione gauderet. Prætereo priuatim reddita omnibus patrimonia quos illa monſtroſa labes extorres domo fecerat, prætereo inquam, quia vix ſufficit oratio facta * publicè explicare. Quanquam ex ſingulis * ſint augmẽta reip. & quidquid in eam * cõferatur * id omne proportione permanat, & viciſſim neceſſe eſt quod ſigillatim omnes adipiſcuntur in communem reip. redundare. Iam illa vix audeo de

tanto

tanto Principe commemorare, quòd nullam matronarum cui forma emendatior fuerit boni sui piguit, cùm sub abstinentissimo Imp^re species luculenta non incitatrix licentię esset, sed pudoris ornatrix. Quæ sine dubio magna, seu potius diuina laudatio = sæpe* in ipsis etiam philosophis non tam re exhibita, quam disputatione iactata. Sed remittamus hoc Principi nostro, qui ita temperantiam ingenerare omnibus cupit, vt eam non ad virtutum suarum decus asscribendam, sed ad naturæ ipsius honestatem referendam arbitremur. Quid? faciles aditus, quid? aures patientissimas, quid? benigna responsa, quid? vultum ipsum augusti decoris grauitate, hilaritate * permixta, * venerandum quiddam & amabile * renidentem quis dignè exequi possit? Quarum rerum miraculo sic omnes deuinciebantur, vt non tam omnes dolerent quòd illum tyrannum ita diu tulerant quàm quòd tali Principe tam sero fruerentur. Longum est ex illo percęsere beneficia Principis quæ in * vrbem sine modo redeuntia contexta eius benignitate fulserunt, ita infinita numero, commodis magna, vt nunquam obliuione * gratiam obductura sit vel multitudo omnium, vel vtilitas singulorum. Sensisti Roma tandem arcem te omnium gētium, & terrarum esse reginam, cum ex omnibus prouincijs optimates viros Curię tuæ pigneraueris. Vt Senatus dignitas non nomine quam re esset illustrior cùm ex totius orbis flore constaret. Populi verò Romani vis illa & magnitudo venerabilis ad imaginem antiquitatis = relata non licentia effrenis exultat, non abiecta languidè iacet, sed sic assiduis * diui Principis monitis tēperata est, vt, cùm ad nutum eius flexibilis & tenera ducatur, morigeram se non terrori eius prębeat, sed benignitati.

placidam

f. est
& in ipsis v
adm. a e
venerabile B.
renidentem v B
f. orbem
gratia v a B
obliuionem gratia
reducta & reuocata.
diuini v e

hic quoq; pietatis tuæ fructus, quòd quamuis particeps cæli ampliorem se fieri gratia tua senserit, & *cuius munera in alios influere iam possent, in eum ipsum tua munera redundarint. Cedat tibi non recentium sæculorum modò, sed totius memoriæ vetustas, quamuis illa, recti appetẽs, & nullo vnquam deprauata in officio, glorietur penes se sanctitatis famam stetisse. Sed * nec leguntur præconia hominum vbi quæruntur iudicia diuina. Illi igitur veteres, laudati vitæ moderatores, qui refrenandis cupiditatibus restrictè compteque vixerunt, quorum omnis ætas armis conterebatur, quando tantam in prœlio diuinam opem pro meritò integritatis habuerunt? vt qui longe à virtutibus tuis distant in proximo * saltem iustitiæ gradu reponantur. Romano quodam * in bello ferunt * duos cùm equis iuuenes, spectatos forma pariter ac viribus, * quia in dimicando præter ceteros insignes fuissent, iussu Imperatoris ad * remunerandum requisitos. Vbi * nullus inueniebatur, fides habita est diuinos fuisse, quòd * laborem sedulò communicauissent, laboris pretium respuissent. Equidem historiæ non inuitus assentior. neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda quæ se non vanã antiquitatis nunciam pollicetur. Sed tamen illi qui hoc Annalium monumentis illigauerunt verebantur ne apud posteros miraculi fides claudicaret. Estote ô grauissimi auctores de scriptorum religione securi, * credamus facta qui maiora nunc sensimus. Magnitudo Principis nostri gestis veterum fidem conciliat, sed miraculum detrahit. Pro auxilij copia negotiorũ ratio metienda est. Duo quondam iuuenes, sed nunc exercitus visi. Hoc certè * vberius, nec infirmius veritate. * Sat argumento duplici fides nixa. Sic Constantinus iuuari meruit, sic debuit * ratione seruari. Magnum

vtpote Dei.
f. negliguntur. præc.
saltim C
deleam.
duo V B
qui in dim. B
remunerandam industriã reg. B C
nulli inueniebantur V B C
tum B C
credimus L
vel B f &
Stat B C
Roma seru. V C R

Magnum hoc Imp^tor maxime, sed de tua pietate non mirum. Adesse tibi in omnibus summam illam maiestatem, quæ te* circumflexa tueatur coniectu-ra mentium tenebamus, etsi nondum ad fidem patebat oculorum: etenim cùm mens tua mortali cõtagione secreta, pura omnis, funditus sincera, vbiq; se promerendo Deo præstet, cùm gloria tua humanum modum * supergressa sit, quis est hominum quin opitulari tibi Deú credat, cùm id & vita mereatur, & rerum gestarum magnitudo testetur? Parumper igitur ab instituto cursu non ingrato diuerticulo recedamus. Tenebo hunc orationis modũ, vt nec inhumanè de cæteris muta sit, nec odiosè de instantibus obloquatur. Tu Imp^tor optime, inito Principatu, adhuc æui immaturus, sed iam maturus imperio, ostendisti cursum ætatis non exspectandum in festinatione virtutis. Tu exinde domi militiæq; iuxtà bonus, nusquã gradum extulisti quin vbique te gloria quasi vmbra comitata sit. Tu ferocissimis regibus, Ascarico & Comite, = captis tanta laude res bellicas auspicatus es, vt * iam inauditæ magnitudinis obsidem teneremus. Vt Herculem ferunt tenerum adhuc atque lactẽtem duos angues manu elisisse, (Vt iam infantulo indoles futuri roboris immicaret) sic tu Imp^tor in ipsis imperij tui cunabulis, quasi geminos dracones necares, per sæuissimorum regum famosa supplicia ludebas. Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis cùm ad *bellum efferuesceret vltra ipsum Oceanũ æstu furoris cuecta Hispaniarum etiam oras armis infestas * habebat, * ij igitur sub armis tuis ita conciderunt, vt deleri funditus possent, nisi diuino instinctu, quo regis omnia, quos ipse * affeceras * afficiendos filio reseruasses. Quanquam ad gloriam * nostram fecunda malis suis natio

f. circumplexa.

egressa s

abest v s

fuere v s à

eam in aud. s v

bella v

habebat v

hi v

afflixeras s

confic. v s l e

vestram v

vest. glor. s

Crispe ita raptim adoleuit, robuſtéque recreata eſt, vt fortiſſimo Cæſari primitias ingentis victoriæ daret, cum memoria acceptæ cladis non infracta, ſed aſperata pugnaret. Differamus parũper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium ciuitatem, quæ ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtrum*obijcit, cùm vi & *obiecit v Non placet.* virtute velut ianuam belli refregiſſes, inde per obiectas acies, per exercitus obuios vſque ad Romana mœnia inoffenſus victoriarum impetus* percurrit. *percucur. v B C* Quid memorem Bructeros? quid Clamaſos? quid *Vide notas* Cruſcos, Vangionas, Alamanos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas Barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorẽ. Hi omnes ſigillatim, dein pariter armati, conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant. Tu tamen Imp^r cùm tantam belli molem videres, nihil magis timuiſti quam ne timereris. Adis Barbaros, & diſſimulato Principis habitu quàm proximè poteras cùm duobus accedis. *Nunquam eſt excelſior Principatus quàm cum ſe publico ſubmittit officio.* Facis verba, ſpem illorũ agitas, & verſas* crudelitatem, negas eſſe præſentem. *creduli. L. 18 V B L C* O verè cæca Barbaria, quæ in illo vultu ſigna Principis non videris, quem nec ſic quidẽ ſenſeris, cùm intra iactum teli ſecurus ſui ſtaret, Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat non timere, dubitare* quidquam potes per omnia ſubnixum Deo vadere? Inuictos*duces non times, & ſolus timeris. Tot regna, tot populi, & tantarum nationum congregatio indignam ſe viribus tuis putat, quem *credit abſentem. Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione terroris eſt, magnificentius congregata obteris*quàm ſcrupuloſius diſperſa*ſequeris. Innumeræ ſimul gentes ad bellũ coactæ, ſed vno impetu fuſæ, dum collatiuam vim comparant, compendioſam victoriam præſtiterunt. Vno hoc bello, ſi debitis

quiſquam poteſt C
ſcil. milites. ducis. & ſol. V C R
δυσ αξιόχρεων, impar enim ſcil. alioqui nihil tentatura præſentem.
quæ ſcrup. V C
ſequereris V C R

debitis laudibus immorati vacaret, dies integer cõderetur. Nunc ita omnia prætervolans cecidit oratio, vt victoriarum tuarum nõ summam euolueret, sed ornamenta monstraret. His rebus semper è rep. gestis tanta vi tãtóque successu, vt nunquam virtus tua*inuenit, prudentia hæserit, felicitas claudicarit, satis (ut opinor) probatum est perpetuam in te benignæ maiestatis opem fluere. Vt cælestes exercitus tui non tunc*primò missi, sed tum demũ intellecti esse videantur. Talis igitur ad* liberandam Italiam & tam tutus accedis, vt cùm res bellica cęcos habeat euentus, in te tamen dimicandi voluntatem pro victoriæ pignore*tenebas, * etsi abessent auxilia diuina. aderat enim robustus & florens, plenus virium, animi plenus exercitus, lætus armis, & militiæ*munera exequens studio magis quam necessitate, (quippe* tuis stipendia sunt pauciora quã prœlia. Cùm dico prœlia, significo victorias) pręterea tã amans tui quàm tibi carus. ignosce enim superba virtus, quantumuis fiduciæ & spiritus ęapias, amor Principis facit militem fortiorem. Antiqua admodum res est quam proferam, sed non indigna memoratu. * Illyrici quondam despicientes Eropi regis infantiam Macedones bello lacesserunt. Et prima quidem congressio secundum illos fuit, verum Macedones cùm bellum reficerent, regem suum in cunis ad aciem detulerunt. Cùm illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus accenderet, mutata est ratio certaminis, vicerũt qui amore pugnabãt. Quanto igitur est amor fidelior accepti beneficij memoria quam præsumptione futuri, quòd illic*pręcepta res iuuat, hic expectata blanditur, tanto tui animosiùs dimicauerunt, qui non puero spem gratiæ munerabatur, sed Principi post natos homines benignissimo meriti

intremuerit, vcr
f. primum
liberandum v
tenere: a etiamsi v
munia vcr
cui stip. vr
perc. vre
Illyrij v

debitum rependebant. Primam igitur Segusiensium ciuitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa est. Quæ resistendi pertinacia ita in se Imperatoris vim conuertit, vt pietatem tamen non alienauerit. nam cùm introitus vi manu quæreretur, & portarum inflammatio ignem latè distulisset, cuius facilis per adiuncta contagio* partu pestifero valescebat, maxima benignissimi Imperatoris fuit cura non modò vt incendium nō adiutum senesceret, sed oppressum emori posset, & longè operosior clementia quam fortitudo * perfecta est, cùm plus in conseruanda vrbe quam in capienda fuerat laboris oriretur. Itaque digrediens sic * cupiditatem sui fecit, vt eam ad omne obsequium non victoriæ metus componeret, sed admiratio lenitatis. *Optima aiunt esse remedia quæ ad vsum corrigendi nostri ex aliena calamitate nascuntur, verum animus prauitate velut morbo impeditus dilectum boni non habet.* Ecce iam apud Taurinos venientem pugna grauior expectat, nec Segusiensium vastitas * monet vt sibi caueant, nec cogitant * quòd cùm Principe res futura sit, quòd neque vis eius resistendi spem faciat, nec mansuetudo rationem. Campum * latè iacentem tantus miles oppleuerat, vt non improbaret fiduciam qui instructos videret, quæ enim illa fuisse dicitur species, quàm atrox visu, quàm formidolosa, operimento ferri equi atque homines pariter obsepti? Clibanarijs in exercitu nomen est. Superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenus pendēs, sine impedimento gressus, à noxa vulneris vindicabat. Te tamen Imperator non terruit nec quòd tanto numero duplicabat armatura terrorem; nec quòd vim armis numerus addebat. certum est pro negotij modo animosam esse virtutem, quòd ex se rerum

f. fastu
eius v b c
perfecta v b l c
ciuitatem c
cupidam v b c
mouet v
f. quo cum Pr.
laxi v b
enim b c

rerum captum suum temperat. In paruis propè ad
securitatem remissa, in mediocribus modicè inten-
sior, vbi magna venerunt, iuxta magnitudinem ex-
anclandi operis erigitur. Illa armorum ostentatio,
& operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vul-
nerassent, inuictas mentes* excitauerunt, quòd im- *incit.* v B
butus Imperatoris exemplo totis animis eius miles
ardescit cùm inuénit hostem quem vinci deceret.
Cataphractos equites, in quibus maximum stete-
rat pugnæ robur, ipse tibi sumis. His disciplina pu-
gnandi est, cùm aciem * arctauerint, feruent im- *arietau.* v B
pressionis tenorem, &, immunes vulnerũ, quidquid *f. cum in acie arietau.*
oppositũ sine hęsitatione perrumpãt. Sed tu Impᵗᵒʳ
prudentissime, qui omnes bellandi vias nosses,
opem ex ingenio repperisti, quod tutissimmũ est,
*eludere quod est difficillimũ sustinere. * Deducta *illid. v. elid.* B. *ne utrum bene.*
acie, in* reuocabilem impetũ hostes effundis, dein *Ded.* C
quos ludificandos receperas reductis agminibus *f. irreu.*
includis. Nihil proderat contra tendere, cùm ex in-
dustria* tua cederent. Flexum ad insequendũ fer- *tui ced.* v B
reus rigor non dabat. Ita nostri proditos sibi clauis
adoriuntur. Quæ grauibus ferratísque nodis ho-
stem vulneri non patentem cædendo defatigabant,
ac maximè capitibus * afflictæ quos ictu perturba- *afflictata*
uerant ruere cogebant. Tunc ire præcipites, labi re- VBLC
clines, semineces vacillare, aut moribundi sedili-
bus attineri, permixta equorum clade impliciti ia-
cere, qui * reperto sauciandi loco passim equité ef- *repetito* v
freni dolore fundebant. Ad vnum* interfectis, om- *omnibus* B
nibus tuis integris, horroré armorũ ad miraculum
victoriæ transtulerũt, quod qui inuulnerabiles ha-
bebãtur sine tuorũ vulneribus interissent. Antoni-
nus, Imperator in toga præstans, & nõ iners nec fu-
tilis bello, cùm aduersum Parthos armis experire-
tur, visis cataphractis adeò totus in metum venit,

Vologesum. vt vltrò ad= regem conciliatrices pacis litteras daret. Quas cùm Rex immodicus animi respuisset, insolentia quidem Barbari debellata est, sed patefa-
armis V B L ctum est in his = tantā inesse violentiam, vt ea=vin-
his tant. in. armis viol. C cēdus = armis' fideret, & superaturus timeret. Quid
& B C ego referam post tantam & tam grauem pugnam
dele ex V B quòd apud Brixiam= magnus quidam & acer equi-
Vide notas.
vsu L tatus esset, fuga quam * visu astutior, & primo impetu tuo pulsus, Veronam vsque contendit ad præsidia maiora? Neque id dedecori fuit, quòd excusati
mis tim B fugiunt qui tibi cedunt. Contingat quinimo* timiditati miseræ res ostentāda, fuga quæ habuerit dignitatem. Ipsa autem Verona, freta immanibus copijs, quas in vnum aduentus tui formido conduxe-
clades V B C rat, cùm multorum iam * cladem accepisset, facta
cautior V B C est parumper metu* cunctatior, non ratione* fide-
felicior V B L C lior. Muris se ab impetu vindicat. Aderat quidem
experiens. V C R Ruricius, *expedientissimus belli, & tyrannicorum Ducum columen. Per tota admodum mœnia mag-
f. sed na vis hominū,* & apud Brixiam plerique iam fra-
At L f Atque cti = vt in corpore cum aliqua pars ægra est valetudo omnis contaminari solet, sic illius multitudinis
f. mala. portio* malo affecta totum exercitum timoris cōtagio dissiparat. Quàm faciles lapsus infirmitas
haberet B * habet cùm eam intēpestiua * mouit audacia cùm
mouet B sæpe aliàs, tùm maximè in illa obsidione perspectū est. Clausi impetum faciunt, & qui se aliquamdiu
copia B L latendo à morte defenderant facta pugnandi * causa pœnas eruptionis temerariæ pependerunt. Idémq; Ruricius magna suorum clade reiectus in mœnia,
sed L spe iam lassa, * & adhuc mente vesana, cùm se Ve-
cogit V f. coēgit. ronam proripuisset, nouos eodem * egit exercitus, & præcipitante iam die bellū non detrectauit, pugnæ auidior quā salutis. Sed eum exitus magis quàm merita fefellerunt. nam furorē mors domuit, quem

non potuerat * ✱ considerata ratio, nec victi formi- *nec* V B C
do sanare. O nox illa æternis sæculis monumentísq; *cōsideratis* V C R
mandanda, cùm ✱ spiris tenebrísque ✱ congressus *Speculis* B *congressu* V B
Fortunæ totum liceret, tu tamen Imp^tor non intu- *congressus* L,
tior tempore quam * adeo tectior, sæuissimo hosti *probi. Deo tect.* V E L
*inultus instares, & libertate cædis exultās donum *multus* V C R
noctis duceres quòd pugnātem nemo seruaret! Per
infestas acies interritus vadis, densissima quæque
✱ prorumpis, deiicis, proteris. Mortis decus perdūt *perr.* V B
quos ignoratus affligis. Nisi quod te ipsa vis tua
cogit agnosci. nihil enim te permouent tubarū fra-
ctæ voces, horrendus militum clamor, permissa ca-
sibus vulnera, illisi cominus gladij, cadentium gra-
ues gemitus, arma latè strepentia, & in vnum quen-
dam sonitum diuersi fragoris acta confusio, quòd
hæc omnia aut virtus negligit, aut ira nō sentit. Nox
ipsa, iustissima bellantibus causa terroris, vehemē-
tiorem te agendis stragibus fecerat. quod solum
enim virtutis tuæ impedimētum est, miserationem
tenebræ non* habent. Vt intelligi liceat quantum *habebant* C
illo in bello vis tua perfecerit, pietate non * retenta, *id est, probita & reprensa.*
& maiestate secura. Prœlio vix multa nocte confe-
cto, fessus cædibus, anhelus ex bello, cruore oblitus,
sed hostili, ad obsidionis vigilias recurrebas. O For-
tuna! O præpotens Roma! Quam tu vnquam gra-
tiam pro tantis*laboribus referes? Nisi quòd indul- *his* V C R
gentissimus Princeps, tanquam hoc ipsum tibi de-
beat, eô cariorem habet quô maiore labore serua-
uit. Et quoniam me ad Vrbis commemorationem
*sors quędam intulit, non rerum ordo deduxit, ne- *Fors* V C R
que reuocare* orationem fas est quò iamdudū con- *inde* V R
tenta veniebat, prætereo te Aquileia, te Mutina, ce-
teráſque regiones, quibus propter insecutas incre-
dibilium bonorum commoditates gratissima fuit
ipsius oppugnationis iniuria. senserunt enim trans-

 latis

latis ad fortissimum Principem fortunarum suarũ gubernaculis quàm facile omnia ad salubrem cursum redirent, quæ ita deferebantur, vt mox aut malorum omnium scopulis illiderentur, aut miseriarum vadis adhærescerent. Prætereo inquam & hęc, & alia complura, quorum est & sigillatim onerosa moles, & omnium simul aceruus onerosior. *Nam quæ diducta ferre nequeas, his congregatis subire spei importunioris est quam fiduciæ promptioris.* Recuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandæ Vrbis gradus, & ad victoriam facilis* accessus, quòd illũ semper *excedendæ Vrbis visceribus inhærentem ex assuetis latebris vis diuinitatis excussit. In quo quidem tantum momenti fuit ad perficiendæ rei facilitatem, vt non tam gloriandum sit virtuti tuæ prętantissime Imp^tor quòd eum viceris, quàm gratulandum felicitati quòd ad pugnã potueris euocare. non enim casu, non fiducia factum putemus, vt vltrò etiam exercitum educeret aduersum eum cuius aduentus stridorem ipsum perhorresceret, nisi animum iam metu deuium infestior Deus, & pereũdi maturitas perpulisset. Quòd* ita ratio disponẽdi exercitus docuit illũ mente perdita, implicatóq; cõsilio, cùm eum pugnæ locũ caperet, vt interclusa fuga moriendi necessitatẽ imponeret, cùm spẽ victoriæ non haberet. Quod quidẽ Imperatori nostro optandum largiter fuit, qui hoc vno maximè offenditur, si certamen lubricum faciat spes prompta fugiendi. Relaxauerit acies, aut frons impulsa titubauerit, fiducia manuũ ad pedes migrat. Non amas Imp^tor bella, nisi feruentem hostem in gradu suo præcisa fuga teneat, vt aut ferro cõcidat, aut miseratione seruetur. Apud Tyberim igitur suos instruxit, sic ripæ locatos, vt vltimorũ vestigia præsagio quodam euenturæ cladis vnda fatalis allueret,

Marginal notes: *ascensus B* — *excedendæ V B L* — *ipse V B, ista C, vitiose.*

ret, ita verò multitudine suppeditate, vt vltra quam visus agi posset extenta acies pertineret, non: frons imbecilla tractu inualido duceretur, sed tanta subsidiorum atque ordinum confirmatione, vt acies non porrectior quam robustior murum vtrimque præberet, quòd eam nec constipatio contraxisset, nec longitudo * tenuarat. Prætermittam hoc loco Constantine maxime disponēdi militis tui miram incredibilémque rationem. hoc enim persequi vellem, quem tenuisset locū cælestis exercitus: dicam'. Quanquam * non illos arbitror stetisse nisi tecum, difficillimam enim pugnæ partem tibi diligis, & tanquam pro fortunæ gradu modus* virtutum debeatur, ita inter tuos non vis Principatu magis excellere quam labore. Cumulatissimum quidē Principis munus est, si manu: etiam' cesset, non cessasse consilio, sed tu non segnior gerere quam iubere, simul exercitus tuos * monito regis, opere iuuas, incendis exemplo. Quod hic etiam facis promptius quàm in ceteris prœlijs, quòd in præsenti erat tam ampla pugnæ merces quàm pugnator illustris, & statim Roma victoris. Cuius rei cùm imaginem cepi, dicturus horresco. Inuadis primus aciem, solus irrúpis. Obumbrāt euntē tælorū irriti iactus, sonat ictibus vmbo securus. *His quos: cum' trabalis hasta * deijcit insultans ferus proterit. Fulget nobilis galea, & corusca luce gemmarū diuinū verticē mōstrat. Auro clypeus, auro arma collucēt. O quantā vim possides virtus, quæ in hoc habitu plus terroris preferas quā decoris! Secuti hūc ardorē fortissimi milites, & dignos se ductu eius imperióq; testati, sic viritim laborauerūt, quasi sūma res singulorū manu * teneretur. Non cōmemorabo hic tectas cōtinuis stragibus ripas, nō oppletū aceruis corporum Tyberim, & inter congestas altè cadauerum moles

quò ver.

tenuaret v3c

abest 2. | il.os non 3

viriutum v3c.

abest v3

monitu e

Hos qu. 2 | abest v3le | deiecit v2.

niteretur c, egregiè.

nisu a ægro*nixu ac vix eluctantibus gurgutibus exeuntem, quódque illum ipsum tyrannum nõ mors virilis, sed fuga turpis prodidit, & * dignum ignauiæ *f. digno* & sæuitiæ exitu fluctus sanguinei necauerunt. Perstringi hæc satis est, quòd* & pridie prolixius mihi *tiam v f. & quod iam prid.* dicta sunt, neque pro dignitate exequi copia est, & ne pugna raptim gesta diutius narrata quàm confecta videatur. O si nunc mihi facultas daretur sermonis pro rerum dignitate figurandi! Adhiberem omnes flosculos, & abuterer exquisito quodam lepore ac venustate dicẽdi. Iam strepitus Martij, iam tubarum sonores * festis & resultanti fauore mu- *festiuis vocibus & res. C* tantur. Dicendus * est in Vrbem ingressus Im- *in v. ing. est Imp. VCR.* peratoris, & in exprimẽdo S.P.Q.R. maximo gaudio ingrata nisi & ipsa * lasciuiat oratio. Nullus *lasciuiat v* post Vrbem conditam dies Romano illuxit imperio cuius tam effusa tamque insignis gratulatio aut fuerit, aut esse debuerit, nulli tam læti triũphi quos Annalium vetustas cõsecratos in litteris habet. Non agebantur quidem ante currum vincti duces, sed incedebat tandem soluta nobilitas. Non coniecti in carcerem Barbari, sed* deducti è carcere Consula- *f. educti* res. Non captiui alienigenæ introitum illum honestauerũt, sed Roma iam libera. Nihil ex hostico accepit, sed seipsam recuperauit; nec præda auctior facta est, sed esse præda desiuit, & (quo nihil adijci ad gloriæ magnitudinem potest) imperium recepit *maius e* quæ seruitium sustinebat. Duci sanè omnibus videbantur* subacta vitiorum agmina, quæ Vrbem *subiecta v* grauiter obsederant. Scelus domitum, victa Perfidia, diffidens sibi Audacia & Importunitas * cate- *f. catenata* nata, Furor vinctus, & cruenta Crudelitas inani terrore * frendebat. Superbia atque Arrogantia de- *frendebant v* bellatæ, Luxuries coërcita, & Libido constricta nexu ferreo tenebãtur. Sequebatur hunc comitatum

suum

ſuum tyranni ipſius teterrimum caput,ac ſi qua referentibus fides eſt)ſuberat adhuc ſęuitia, & horrendæ frontis minàs mors ipſa non vicerat. * Inijciebantur vulgo contumelioſiſsimæ voces.nam & ludibrijs oppreſſoris ſui auſpicari libertatem iuuabat,& mira = voluptate cõceptus è vita * terror inſultatione interitus obterebatur. Quis triumphus illuſtrior? quæ ſpecies pulchrior ? quæ pompa felicior? Dicam itaq; Imp^or quo vno ſatis mihi videor diuinam gloriam tuam ſignificaturus. Quod in illo turpitudinum notas extinxeras, tot in te laudũ infulæ refulſerunt. Fraudari indulgentiſsimus Princeps = nemo voluit,quominus omnia = quò odium eius perua ſerat ſpectaculum tyrannici funeris expiaret. Vbique iam quidem lętitiam geſtę rei diffuderat Fama velox,& ad celeritatem nuncij pennata Victoria, inſequebatur tamẽ vberiore cum gaudio ipſius rei = fructus, quòd ad animum languidius accedunt quæ aurium via manant quam quæ oculis hauriuntur. Itaque tanti per Italiam concurſus hominum excitabantur, tantæ ex oppidis effuſiones, vt facilè anteacti terroris teſtificatio in pręſenti exultatione luceret. Pari ſtudio miſſum eiuſdem tyranni = permulcendã Africam caput, vt quam maximè * vnus afflixerat laceratus expleret. Et nondũ ſatis tempeſtiuo mari, affuerunt tamen nauigantibus felices aurę,& fluctus ſecundi,beatiſſimamque victoriam ipſa etiam elementa iuuerunt. Caput,in quo titulus tantæ laudis circumferebatur, reddidit Tyberis,proſecuti ſunt venti,maria ſeruarũt. Quonam modo te potens Africa,quanto lætitiæ fremitu,quam inſolenti voluptate iactaſti ? *nibil quippe eſt immoderatius quàm poſt longam triſtitiam repens gaudium.* Impetu ſuo feruet, nec vt primùm liberũ continuò defecatum, ſtatim purum eſt. nam vt fi-

ſtulæ

Iaciet. v8 | cum v8c | ea gratia nemi nem vel. VCR. quam V C qua L. neutrum recti. | id eſt fruitio. | ad V C R | vium 8 L

abest B C. interfepta V

ftulæ cum vi diu * interceptæ sunt, exitu dato quo largiores, eô crassiores aquas euomunt, sic vota hominũ metu interclusa turbidè aliquid egerunt cùm cumulata * ruperunt. Hæ victoriarũ gratulationes. Nec minus vberes fructus reliquarum virtutũ fuerunt. Implicatam quidem atque obsitã Vrbem grauissimis malis euoluerunt indefessa vis, atque eximia fortitudo, sed quantum boni prudentia excogitauit, benignitas & clementia contulerunt. Quorum quid magis iuuerit difficilis ęstimatio est. nam & calamitate obsessis finis est voti miseria liberari, & mox * facultas miseriarum parum grata est nisi lætitia consequatur. Ita pro se quæque officijs suis functæ fortitudo & liberalitas Imperatoris, cumulatissimam Vrbis beatitudinem exhaurienda, & congerendis commodis reddiderunt. Facilior quidem & multo procliuior lædendi quàm commodandi semper est via, vulnerare integrũ quàm sauciato mederi, dissipare * rapta quàm diuulsa componere, cessit tamen rerum hæc conditio Principi nostro. nam quidquid mali sexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimestris ferè cura sanauit. Sanauit dico? Redintegratio status pristini permulcendo dolori satis est, non * & arcessendæ gratulationi, nec amplius postules quam vt eum sui nõ pęniteat, qui * solitario modo id egit vt recuperatis quæ amiserat nõ doleret, sed etiam vt nouorũ adoptione gauderet. Prætereo priuatim reddita omnibus patrimonia quos illa monstrosa labes extorres domò fecerat, prætereo inquam, quia vix sufficit oratio facta * publicè explicare. Quanquam ex singulis * sint augumẽta reip. & quidquid in eam * cõferatur * id omne proportione permanat, & vicissim necesse est quod sigillatim omnes adipiscuntur in commune reip. redundare. Iam illa vix audeo de

erup. L

vacuitas L

f. & miseria

reperta V, inepte, f. apta

etiam &c. B

solita non modo V B

publicitus V B L C
publice ter R
cum V
sit augmentata resp. v. sit congmenta resp.
B L C
conferetur V C
ad omnes V B L

tanto Principe commemorare, quòd nullam ma-
tronarum cui forma emendatior fuerit boni ſui
piguit, cùm ſub abſtinentiſſimo Imp^re ſpecies lu-
culenta non incitatrix licentię eſſet, ſed pudoris or-
natrix. Quæ ſine dubio magna, ſeu potius diuina
laudatio *ſæpe* in ipſis etiam philoſophis non tam *f. eſt*
re exhibita, quam diſputatione iactata. Sed remit- *& in ipſ. v*
tamus hoc Principi noſtro, qui ita temperantiam
ingenerare omnibus cupit, vt eam non ad virtu-
tum ſuarum decus aſſcribendam, ſed ad naturæ
ipſius honeſtatem referendam arbitremur. Quid?
faciles aditus, quid? aures patientiſſimas, quid?
benigna reſponſa, quid? vultum ipſum auguſti
decoris grauitate, hilaritate * permixta, * vene- *adm s e*
randum quiddam & amabile * renidentem quis *venerabile s* *renitentem va*
dignè exequi poſsit? Quarum rerum miraculo ſic
omnes deuinciebantur, vt non tam omnes dole-
rent quòd illum tyrannum ita diu tulerant quàm
quòd tali Principe tam ſero fruerentur. Longum
eſt ex illo percẽſere beneficia Principis quæ in * vr- *f. orbem*
bem ſine modo redeuntia contexta eius benignita-
te fulſerunt, ita infinita numero, commodis mag-
na, vt nunquam obliuione * gratiam obducta *gratia v s ß*
ſit vel multitudo omnium, vel vtilitas ſingulorum. *obliuionem gratia*
Senſiſti Roma tandem arcem te omnium gẽtium,
& terrarum eſſe reginam, cum ex omnibus prouin-
cijs optimates viros Curię tuæ pigneraueris. Vt
Senatus dignitas non nomine quam re eſſet illu-
ſtrior cùm ex totius orbis flore conſtaret. Populi
verò Romani vis illa & magnitudo venerabilis ad
imaginem antiquitatis *relata* non licentia effre- *reducta & reuocata.*
nis exultat, non abiecta languidè iacet, ſed ſic aſ-
ſiduis * diui Principis monitis tẽperata eſt, vt, cùm *diuini v e*
ad nutum eius flexibilis & tenera ducatur, mori-
geram ſe non terrori eius prębeat, ſed benignitati.

placidam

placidam quippe rerum quietem, & profundum Vrbi otium gentes perdomitæ condiderunt. Vacat remissioribus animis delectamenta pacis adhibere.
quæque. B L C Celeberrima * quæ Vrbis nouis operibus enitescũt, nec obsoleta modò per vetustatem rediuiuo cultũ insigniuntur, sed illa ipsa quæ antehac magnificentissima putabantur nunc auri luce fulgentia indecoram maiorum parsimoniam prodiderunt. Idcirco
ipsi V B C / *Maxime V B* co* ipsæ * maximæ sublimes porticus, & rutilantes auro columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, vt illò non minus cupide conueniatur loci gratia
spectaculi V L C quam * speculi voluptate. Tantorũ Roma compos bonorum, quæ quidem ei sunt cum toto orbe com-
haurit V B L C / *quam propositum V* munia, * habuit insuper ingẽtis spei fructũ, * quem propositum sibi ex Cæsaribus nobilissimis habet, eorúmque fratribus, quorum iam nomina ipsa ve-
interim V B neramur, etsi vota nostra * iterum proferuntur. Nec Lacedæmonijs magis licuerit hoc instituto remp. tueri suam, cùm regem nisi ex stirpe Herculis non haberent. tuos Constantine maxime tuos liberos,
scil. Roma. / *f. a tanto pl.* ac deinceps nepotes tecum ⸗ optat vt * tanto à pluribus petatur quanto ad maiora nascuntur. Declarant ecce rationem cupiditatémque votorum facta
cæsaris V Crispi, * Cæsarum maximi, in quo velox virtus æta-
Francis deuictis tis mora non retardata pueriles annos ⸗ glorijs triũphalibus occupauit. Cuius ita iam vberes scatent laudes, vt plenæ possent videri, nisi cœpisse & pa-
abest B, vitio. trem cogitaremus. Qui quidem ⸗ nunc nobilissimus Cæsar venerandi patris, fratrum, suorúmque omnium fruitur aspectu, seq; fruendum omnibus præbet. Cruda adhuc hieme iter gelu intractabile, immensum spatio, niuibus infestum incredibili ce-
f. alacritati eius nih. leritate cõfecit. Vt intelligamus * alacritatibus ni-
fuerũ conspectu. hil asperum, qui ipsam quam à ⸗ suis petebat tam
f. instituerit volupt. laboriosam * instituerit voluntatem. Quę tuũ Con-

stantine

ſtantine maxime mite pectus inundauit gratulatio, cui tanto interuallo videre filium licuit, & videre victorem? Narrauit vtique exhauſta bella, & hoc ad
* ſuam gratiam, non ad ſui oſtentationem, qualis *ſui B f. sui*
excipiendo hoſte, quàm reſiſtenti vehemens, quàm facilis ſupplicanti. Audiuit frater intentus, & pue- *hac V B*
rilem animum ſpes læta & blanda gaudia titilla- *Conſtantinus.*
runt, cúmque miraretur fratrem, etiam ſibi fauit, quòd ex annis eius quam proximus tantæ gloriæ eſſet agnouit. Nunc te Conſtantine maxime omnes rogamus, cùm præſentem laudaueris, cum iam reip. flagitanti, cùm Gallis deſiderantibus reddes, iterũ atque iterum moneas reuertentẽ (neque enim perſuaderi facilè poteſt) & ſiquando armis veſtris *vt V B Abeſt*
contuſa Barbaria aliquid tamẽ mouerit, ſit ille ani- *L C, vitioſè.*
mo, ſit conſilio tui ſimilis. Temperet modò dextræ,
* manui parcat, & ſit aliquid (quæſumus) in quo te *manu B C*
audaciã tuam
iterum nolit imitari. Te verò Conſtantine Cæſar, *καὶ τὸ ῥιψο-*
incrementum maximũ boni publici, quibus * mo- *κίνδυνον*
dis amplectitur Romana felicitas, quæ de te tantum *votu V B C*
expectat quantum nomine polliceris? Et licet ætas adhuc * euocet ab imitatione virtutis paternæ, iam *reuoc. L*
tamen ad pietatem eius natura * deducit. Iam ma- *f. te ducit*
turato ſtudio litteris habilis, iam felix dextera fructuoſa ſubſcriptione lætatur. Delegat multa indulgentiſſimus parens, & quæ per te concedit referri ad gratiam tuam mauult. Quid igitur his temporibus fortunatius, * quàm beneficio Conſtantini ma- *cum hen V B C*
ximi, qui tam maturè nobis Cæſares dedit, vt vta- *deleam*
mur maximis eorum commodis, & integra ætas ſuperſit? Nihil imminuitur, & plurimum ſumitur. Vt cùm res largiter ſuppetat, ſpes tamen illibata permaneat. Quinquennijs igitur feliciter inchoatis, decennia Cæſarum nobiliſſimorum, vltra poſteros noſtros extendenda, quam impenſe rogare & orare

nos conueniat ipsis bonis temporum, & reip. vtilitatibus admonemur. Iacet in larere Galliarum, aut in sinu tuo fusa Barbaria, per se ipsa potens natio, & post Romanam magnitudinem in terris secunda: Amicitiam tuam Constantine maxime nõ minùs trepidè, quàm amabiliter petiuerunt. Nulla in terris tam ferox natio est quę te non metuat, aut diligat. Omnia foris placita, domi prospera.* An non vbertate, fructuum copia exornatæ mirandum in modum, ac própè de integro conditæ ciuitates. Nouæ leges* gerẽdis moribus, & frangendis vitijs cõstitutæ. Veterum calumniosæ ambages recisæ captandæ simplicitatis laqueos perdiderunt.* Pudore tuo munita coniugia. Securæ facultates ambitione sui gaudent, nec aliquis habendi quam plurimum metus, sed in tanta bonorum affluentia magna verecundia non habendi. Hic denique status rerum est, vt obtinendæ potiùs felicitatis votum geramus quàm augendæ cupiditatis. Vnum modò est quo fieri posset Roma felicior, maximum quidem, sed tamẽ solum, vt Constantinum, conseruatorẽ suum, vt beatissimos Cæsares videat, vt fruendi copiam pro desiderij modo capiat, * & * nos alacris excipiat, & cum reip. ratio digredi fecerit receptura dimittat.

Vide notas.

Annona L

regendis V B

Pudor tutus, mun. V. B C

id est, pudor.

vt B

vos V B L

EVMENI

EVMENII GRATIA-RVM ACTIO CONSTANTINO A. FLAVIENSIVM NOMINE.

VIII.



SI Flauia Æduorum, tandem æterno nomine nũcupata, ſacrat^{me} Imp^{tor} commouere ſe funditus, atque huc venire potuiſſet, tota profectò corã de tuis in ſe maximis pulcherrimiſque beneficijs vna voce loqueretur, tibíque reſtitutori ſuo, immò (vt verius fatear) conditori in ea potiſſimum ciuitate gratias ageret cuius
eam ſimilem facere* cœpiſti. Sed quoniam = non *cœpiſti is R,*
poteſt, geſtit animo, * quæ Natura non patitur, cla- *male. id V B L*
moréſque ſuos quibus quotidie laudes tuas tollit *quod Nat. V*
in cælum exaudiri à te non ſinit interiecta longinquitas ſua, (id quod fieri decebat) gaudiorum patriæ meæ nuncium ſpóte ſuſcepi, vt eſſem iàm non priuati ſtudij litterarum, ſed publicæ gratulationis
orator. * nolui enim ſacrat^{me} Imp^{tor} cùm in illo adi- *volui C, falsò*
tu Palatij tui ſtratum ante pedes tuos = ordinem in- *f. ampliſſimum*
dulgentiæ tuæ voce diuina, porrectáq; hac inuicta dextera ſubleuaſti Numini tuo gratias agere. Nec
mihi verba quãuis * imparata defuiſſent, (quis enim *f. imparato*
aut præparare = ad beneficia tam inſperata potuiſſet, *ſe V B C*
aut * ab tanta gratulatione cohiberet?) ſed habui *à tant. Chaſſ.*
rationẽ loci * ac temporis, ne meus ille ardor animi *& temp. Chaſſ.*
ſtudiúmq; dicẽdi tibi quidẽ (quod mihi ad immortalitatẽ ſufficeret) probaretur, ſed propter aſſiſtẽtiũ

M 2 paucitatem

paucitatem minùs quàm te dignum esset iret in

f. populos, & f. illo

* populo, sed te * vno die de salute nostra multa tractantem motaretur oratio, quæ pro magnitudine meritorum tuorum festinare non posset. Nunc itaque cum in hac vrbe, quæ adhuc assiduitate prę-

felicitatis am. B L C

sentiæ tuæ præ ceteris fruitur, (habebit enim * felicitas æmulam Flauiam nostram) totus tibi amicorum tuorum comitatus, & omnis imperij appara-

assistant L a. V

tus*assistat,* & cùm omnes homines omnium fere ciuitatum aut publicè missi, aut pro se tibi suppli-

Imp. qua Chas. agn. V B

ces adsint, dicā* Imp^tor ea quæ libenter agnoscas, & ceteri nobis indulta nō crederēt, nisi te*cognoscēte dixissem. Primum est autē, sacrat^me Imp^tor, in agendis gratijs ostēdere id quod indultum sit non*for-

fortuita V L

tunæ felicitatis, sed iustæ fuisse clemētiæ. nam cùm omnes homines coram non indigentes iuuare boni sit Principis, tùm præcipuè bene meritis & grauiter

ostendere V B

affectis subuenire sapiētis est. Quod cum* ostēdam, non tam studio prædicādæ patriæ meæ, quàm officio demonstrandæ prouidentiæ tuæ, tum potissimè beneficiorum tuorum magnitudinem prose-

abest B Chas. tam R

quar,* tuam maiore voto quam ingenio. Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis se postulet anteponi? Qui primi omnium inter illas immanes & Barbaras Galliæ gentes plurimis Senatus consultis fratres P.R. ap-

f. ab

pellati sunt, & cum à ceteris Rhodano ad Rhenum vsque populis ne pax quidem posset nisi suspecta

etiam B Non placet.

sperari, soli * & consanguinitatis nomine gloriati sunt, & nuper (vt media prætercam) Diuum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias soli vocauerunt, & ante paucissimos annos (quod ma-

est ch. Constantij Lege Pro restaur. scinol. seruata Ch.

ximè prædicandum) plurima patris tui beneficia partim rebus effecta perceperūt, partim animo significata lætantur. Fuit olim Saguntus fœderata,

sed

ſed cum iam tædio* Punici belli nouare imperium *belli Pun. Ch.*
omnis cuperet Hiſpania; fuit amica Maſſilia* pro- *f. ſed*
tegi ſe maieſtate Romana gratulabatur; imputaue-
re ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini, in Aſia
Ilienſes; ſoli Ædui non metu territi, non adulatione
compulſi, ſed ingenua & ſimplici caritate fratres
P.R. crediti ſunt, appellaríque meruerunt. Quo no-
mine pręter cetera neceſſitudinũ vocabula & com-
munitas* apparet, & dignitatis æqualitas. Deinde *amoris B C*
cum finitimæ nationes ipſi illi Romanæ fraterni-
tati, non gloriæ inuidentes, & vſque in perniciem
ſui odijs incitatæ, Germanos ſibi auxiliarios* do- *abeſt Chaſ.*
minos inuocaſſent, princeps Æduus * in Senatum *ad Sen. V*
venit, rem docuit, * cum quidem oblato* conſenſu *f. cúmque idem*
minus ſibi vindicaſſet quam dabatur, ſcuto inni- *conſeſſu B L C*
xus perorauit. Imperata opę, Romanum exercitũ,
Cæſarémque cis Rhodanum primus induxit. ſe-
mita enim Galliæ vſque ad id temporis Tranſalpi-
na Gallia nominabatur. * Sed enim Ædui totum *Sed tantum*
iſtud quòd Rheno, Oceano, Pyrenæis montibus, *Aed. Ch. f. Sed tum Aed.*
cunctis Alpibus continetur Romano imperio tra-
diderunt, hibernis hoſpitaliter præbitis, ſuppedi-
tatis largiter cõmeatibus, armis fabricandis, pede-
ſtribus,* equitum copijs auxiliantibus. Ita in vnam *equitúmque*
pacem ſociatis omnibus Celtarum Belgarúmque *cop. L*
populis, eripuere Barbaris quidquid iunxere Ro-
manis. Dicet aliquis, Vetera iſta ſunt. Et quidẽ hôc
ſanctiora quòd vetera. bonis enim meritis* cùm *eſt c f. ex*
ætate dignitas & pondus accedit. Atque vt magno
natu parentes magis magíſq; indies veneramur &
colimus, fratrum verò æqualitas, & liberorum ſo-
boles blandiore licet, leuiore tamen animos tangit
affectu, ita beneficia antiqua grauiora ſunt, quam-
uis præſentia ſuauiora* videantur. Sed tamen ſi illa *eſſe Co.*
vetuſtate obſoleuerunt, quid hæc recentia quæ pue-

ri vidimus? Attende (quæso) quanti sit Impᵗᵒʳ quòd
occupand. Chas. Diuum Claudium, parentem tuum, ad * recuperandas Gallias primi sollicitauerunt, expectantésq; eius auxiliũ, septem mensibus clausi, & omnia inopiæ miseranda perpessi, tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt cùm fessi obseruare non possent. Quòd si vobis, & conatibus Æduorum Fortuna fauisset, atque ille reip. restitutor implorantibus nobis subuenire potuisset, sine vllo detrimento Romanarum virium, sine clade Catalaunica compendiũ pacis recõciliatis prouincijs attulisset fraternitas Æduorum. Ob hæc igitur merita, & prisca Diuus pater tuus ciuitatem Æduorum voluit iacentem erigere, perditámq; recreare, nõ solum pecunijs ad calendaria largiẽdis, & lauacris quæ corruerant extruendis, sed & * me-
meticis vb metlicis Chas. thycis vndiq; transferendis, vt esset illa ciuitas prouinciarũ velut vna mater quæ reliquas vrbes quodammodo Romanas prima fecisset. Dixi quàm bene meritis Æduis subueneris Impᵗᵒʳ, sequitur vt dicam quàm grauiter afflictis. Qui locus nimium
mihi plus Chas. quantum * plus mihi suppeditaret orationis si fas esset audiẽte te rebus tristioribus immorari. Vt igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ verecundia modum fecit, ne arroganter insurgerem, ita in commemorandis eiusdem malis & meus dolor, & tuarum aurium consuetudo cohibebit. nihil enim libenter audis nisi quos pro tuis gratuleris. Sed tamen (quæso) Impᵗᵒʳ iniunge patientiã sensibus tuis, vt quemadmodum præstantes scientia medici non aspernantur vulnera inspicere quæ sanant, ita nunc
f. miseria nimium rom. v menum rõrn B Vide notas tu pauli sper audias Æduorum labores quos sustulisti. neque enim potes sine experimento * misericordiæ ad laudem clementię peruenire. Iacebat illa ciuitas nõ tam * innixa Romanis, quàm virium defectione

fectione prostrata ex quo eam noui census* exani- *exanimaras* V
mauerat* acerbitas. Nec tamen iustè queri pote- *enormitas* C
rat, cùm & agros qui descripti fuerant haberemus,
& Gallicani census communi formula teneremur,
qui fortunis nemini possumus* æquari. Quo ma- *comparari* B
gis Imp^tor clementiæ tuæ gratias agimus, qui reme-
dijs spōte cōcessis fecisti vt quod nō poteramus iu-
re petere, iustè obtinuisse videamur. habemus enim
(vt dixi) & hominum numerum qui delati sunt, &
agrorum modum, sed vtrumque nequam hominū
segnitia, terręque' perfidia. vnde enim nobis Re- *teruáque Chas. corrupte.*
mus, aut Neruius, aut ipse ille de proximo Tricassi- *perdidimus Chas.*
nus ager, aut arator, quorum reditus cum labore
contendunt? Quanquam merito quiuis si' igno- *dele ex L & chass.*
scat ipsis cultoribus, quos piget laborare sine fru-
ctu. siquidē ager qui nunquā respondet impendijs
ex necessitate deseritur etiam inopia rusticanorum,
quibus in aëre alieno vacillantibus nec aquas de-
ducere, nec siluas licuit excidere. Ita quidquid olim
fuerat tolerabilis soli aut corruptum est paludibus,
aut sentibus impeditum. Quinetiā ipse ille pagus* *Arebignus* V.
Arebrignus* manu seritur inuida, cuius in loco vi- *inani fertur in- uidia*, V B C
tium cultura perspicua est. nam retro cetera, siluis *vno* B L C
& rupibus inuia, securarum sunt* cubilia bestia- *cubicula best. Chas.*
rum. Illa autem quæ subiecta & vsque Ararim por-
recta planities fuit quidem (vt audio) aliquādo iu-
cunda, cùm per singulorum fines continua cultura
procursus fontium vallibus patentibus euehebat,
nunc autem interclusis vastitate meatibus, quid-
quid humilitate sua fuerat vberius in voraginem &
stagna conuersum. Ipsæ denique vineæ, quas mi-
rantur ignari, ita vetustate senuerunt, vt culturam
iam pæne non sentiant. radices enim vitium, qua-
rum iam nescimus ætatem, millies replicādo con-
gestæ, altitudinem debitam scrobibus excludunt,

f. diditam & ipsam propaginem non * debitam, sed obtectam
produnt VBC * perdunt imbribus eluēdam, & Solibus perurendam.
Nec possumus (vt Aquitanis, aliisque prouin-
cijs familiare est) nouis vitibus locum vbique me-
Humiditas Chas. vitiose. tari, cum suprà saxa perpetua sint, infrà * humilitas
ciuitatu il. regionibus VB pruinosa. Nam quid ego de ceteris * ciuitatibus il-
Non placet. lius regionis loquar, quibus illacrymasse = te' ipse
tute Chas. confessus es ? vidisti enim non vt per agros aliarum
vrbium, omnia ferè culta, aperta, florentia, vias fa-
ciles, nauigera flumina ipsas oppidorum portas al-
flexu VBC luētia, sed statim ab eo * fluxu è quô retrorsum via
ducit in Belgicam vasta omnia, inculta, squalentia,
ten. Etiam mil. VB. muta, * tenebrosa, & vt militaris via * sit confrago-
fit ac conf VB sa, & alternis montibus ardua atque præceps, vt vix
semiplena carpenta, interdum vacua transmittat.
Ex quo sæpe accidit vt obsequia nostra tarda sint,
paucarum L cum * paruarum frugum nobis difficilior sit eue-
ctio quam cæteris plurimarum. Quo magis, Impᵗᵒʳ
pietati tuæ gratias agimus, qui cùm scires itinerum
regionum nostrarum aditum atque aspectum tam
atque Chas. fœdum = támque' asperum, * tum illò deflectere, &
tamen illò VCR *Chas.* vrbem illam sola opis tuæ expectatione viuentem
illustrare dignatus es. Boni Principis est libenter
suos videre felices, sed melioris inuiste etiam la-
borantes. DI boni! quisnam ille tum nobis illuxit
Num. t. ord. VB dies (iam enim ad prædicāda remedia * ordine Nu-
suo peruenit B minis tui * superuenit oratio) cum tu (quod primum
istius VB nobis signum salutis fuit) portas * ipsius vrbis in-
trasti? quæ te habitu illo in sinum reducto, & pro-
tenoribus Chas currentibus vtrimque * turribus amplexu quodam
unde si VBLC videbantur accipere. Miratus es Impᵗᵒʳ * vnus se ti-
Chas. bi tanta obuiam effunderet multitudo, cùm solitu-
dinē ex vicino mōte vidisses? Omnes enim ex agris
omnium ætatum homines conuolauerunt, vt vi-
derent quem superstitem sibi libenter optarent.
quod

quod enim = ad propagandos aliorum Principum *Vide notas.*
* solenni verborum more iuratur, tibi Constantine *sollennium* B
soli, vltra omnium nostrûm fata victuro, * securè *securi* V B
vouemus, cui tam longa ætas propria debeatur.
Magna est profectò vis post diuturnam ægritudinem atque mæstitiam surgentium gaudiorũ. Caluit in nobis vltra vires = nostras' animus ad lætitiam, * vt *abest* B
& V B
quodam præsagio * futuræ felicitatis elati tanta te *rẽturæ* B
exultatione * suscepimus, quasi iam indulgentiam *suscepermus* R
Chas.
quam * vsurus eras haberemus. Exornauimus vias *daturus er.*
quibus in Palatium peruenitur paupere quidẽ su- V B L C
pellectile, = omnium signa collegiorum, omnium *sed* V B C
Deorum nostrorum simulacra * pertulimus, paucis- *protul.* V B C
industria mod.
sima clarorum * instrumenta modulorum, per cõ- *Chas.*
pendia sæpius tibi occursura * pertulimus. Diuites *protul.* V B C
Deleam ego.
nos crederet qui veritatẽ studio ęstimaret. Sed enim *vt otiosum.*
prouidentiam tuam latere non potuit quamuis bene dissimulata paupertas, intellexisti officiosam & honestam inopum vanitatem. Sponte nos ad Numinis tui aditum * vocas, sponte affari, = quod opus *vocares* V B *f.*
vocare.
desideraremus interrogare dignatus es. Hæc sunt *sponte* V C R
Imp^{tor} vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, *Chas.*
sed ex voluntaria tua * benignitate proueniunt, & *bonitate* V B C
citra vllam petendi molestiã adipiscendi voluptatem dederunt. neque enim parui negotij est Imperatorem totius orbis prò se peculiariter rogare, sub tantæ maiestatis * affectu perfricare frontem, vul- *f. affatu.*
tum componere, confirmare animum, verba concipere, trepidãter dicere, aptè desinere, expectare responsum Has omnes difficultates Imp^{tor} verecundiæ nostræ remisisti, non solum vltrò percunctãdo quid remedij posceremus, sed etiam tibi ipsi suggerendo quæ nos tacebamus, dum nos iacentes ad pe- *affatu* V C R
Chas.
des tuos clementissimo attollis * afflatu. Vidimus *misericordiam*
V R *Chas.*
* minimam tuam humentibus oculis eminentem. *miam* C

Ibant per hęc ora lacrymæ, nobis ſalutares, tibi glorioſæ, & nos inuicem iam dolore diſcuſſo flebamus gaudio. nam ſicut agros diuturno ardore ſitientes expetitus votis imber vbertat, ita lacrymæ tuæ pectora noſtra gaudijs irrigabant. Vt quamuis nefas eſſet te flente lætari, vinceret tamen gratulatio religionem, cum lacrymæ illæ * pietatis eſſent indices, non doloris. Et hæc quidem nobis ad ſummã gratulationem ſufficere potuiſſent * etſi remediorum noſtrorum ſpem diſtuliſſes, & quibus nos opibus leuaturus eſſes dubium reliquiſſes, ſed tam prompta in te eſt natura bonitatis, vt quod pia mente cõceperis ſtatim voce * declarares. Sic ingenui largique fontes vt vbique * poſſint ire feſtinant, ſic celeriter in terras cælo miſſa perueniunt, ſic denique diuina illa mens quæ totum mundum hunc gubernat quidquid cogitauit * illud fecit. In quo tamen, Imp^tor, ſi conciliũ amici * callidioris admitteres, eſſet quod fortaſſe * reprehẽderetur, nimiũ te ſcilicet facile ea quæ ſis tributurus aperire, & ſine vllo artificio cito promere, quę ſperari diu debeant. Neſcis Imp^tor tua commendare beneficia, præſtandi celeritate occupas tempus optandi. Sedenim indulgẽtiæ celeritate viciſti Imp^tor ipſa elementa quibus * animam viuimus. Diu venturi hominis * paratus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem, diu fruges hiems cohibet, ver elicit, æſtas flore ſolidat, calor maturat; tu nobis vitã pariter totam dediſti, tu fructus meritorũ tuorum ſtatim nos metere, & in * conditis referre iuſſiſti. Releuaturus cẽſum, definiſti numerum. Reliqua debita remiſſurus, quantum deberemus interrogaſti. Quæ interrogatio manifeſta promiſſio fuit. nam cũm is qui omnia poteſt quid ſibi debeatur interrogat, non curioſe percũctatur vt ſciat, ſed * liberaliter cupit audire

Marginal notes: eſt piet. Chaſ. — etiamſi VB — declares VBC Chaſ. — poſſint VB — illicò fec. VBC — alterius VB — abeſſe B — reprehenderet VB Nonplacet. — animamur & viui. VBC — partus VBLC — condis B, mutilè, vt opinor. — libenter Chaſ. Nonplacet.

dire quantum remittat. Separatè igitur vtique dicam.neque enim quasi per * satyram confundenda sunt * tua beneficia. Septem milia capitum remisisti,quartam amplius partem nostrorum censuum, & tamen = vtrum' sufficeret hoc nobis sæpius requisisti. O nos vtrúmne verecundos dicam nimium, an satis gratos, ? qui reticuimus,hæsimus,indulgétiæ tuæ amplè fluenti modum fecimus. Plus adhuc præstare cupiebas, si ausi * fuissemus exposcere. Quantum sit hoc Impᵗᵒʳ beneficium, quàm necessarium nobis, quàm vtile etiam deuotionis officijs, non queo satis dicere. Remissione istà septem millium capitum vigintiquinque milibus dedisti vires, dedisti opem, dedisti salutem, plúsq; in eo consecutus es quod roborasti quàm recidisti in eo quod remisisti.* Quater tantum* ter firmum certúmque redditum est.Id quod irritò petebatur. siquidē desperatio perferendi debiti etiam id quod dari poterat inhibebat,nec erat ratio conandi,cùm non esset spes vlla complendi.O diuinam Impᵗᵒʳ tuam in sananda ciuitate medicinam! Sicut ęgra corpora & onerata stupentium torpore membrorum resecata aliqua sui parte sanantur,vt imminuta vigeant quę * exacerbata torpebant,ita nos nimia mole depressi leuato onere consurgimus. Nescit taxare indulgentiam tuam qui te putat septem millia capitum sola donasse. Donasti omnia quæ stare fecisti.quanquam enim adhuc sub pristina sarcina vacillemus, tamen leuior videtur, quia = nemo * præfertur. Exonerandi præsumptio dat patientiam sustinendi. Certè & = tum' liberi parentes suos cariores habent, & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum non penitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur. Ita omniū pietas olim fessa respirat, & suos quemque iuuat

satyram V L
satarum B
tantaben. B C
an V B
essemus Chas.
benef Imp. Chas.
Quartum B
tibi firm. V B C
exaggerata V B
vitimo V B
perfertur C
nunc V B L C

iuuat numerare securum,cum plures adiuuant obsequia paucorum. Quo magis spe futuri temporis eleuamur. Recreatur animus securitate præteriti, remissisque reliquis nihil est quod respectãdum timendúmq; sit, quod aliquid virium venturis pen-
f. neget
sitationibus* necet.Ita duorũ temporum,quæ sunt maxima, molestia liberati sumus, vnum, atque id minimum,breui labore transigimus.nam cum pręteritum tempus pro modo suo longum,futurũ au-
deleam.
tem infinitum sit,præsens ≠ tempus' breue, & semper in partem vtramque mutabile, cùm & à præterito relinquatur,& transeat in futurum,vnus hic annus propè sensum non habet difficultatis,duorũ
præteritorum Chas.
temporum ≠ indulgentiis coarctatus, & quasi ter-
vacat, vt opinor.
minus quidam positus felicitati ≠ &' vtriusque con-
quæ v B
finij,* qui nos & ≠ in' præterito liberos facit, & in
abest v B
futuro securos. Quinque annorũ nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius! O lustrum quod merito hanc imperij tui æquauit ætatem! Nobis ergo præcipuè te Principem DI ≠ crea-
numinum B
f. Immortales
uerũt, quibus singulis hæc est nata felicitas ex quo tu imperare cœpisti. Quinquennalia tua nobis etiã
quanto v C
perfecta celebranda sunt. illa enim • quæ te' inci-
Emenda quinto ex B
piente suscepta omnibus populis iure communia, nobis hæc propria quæ plena sunt. Præclara fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate.iam tũc enim in illa vetere rep. ad Censorum laudem pertinebat si lustrum felix cõdidissent,si horrea messis implesset,si vindemia redundasset,si olivueta larga fluxissent. Quid ergo nos conuenit gratulari de hoc
abest v
fuerit vb.Chas.
indulgentiæ tuæ lustro? ≠ lustro', quo licet nulla
larg.vid. fuisse
frugum*cessarit vbertas,fecisti tamẽ vt omnia*vi-
v B
deantur fuisse largiora quã fuerint. valet enim nos
debuimus
tantum habuisse quantum debere* definimus, va-
Chas.f.desinimus.
let plena fuisse horrea, plenas cellas, cùm in nullis reliquis

reliquis hereamus. Hoc nobis est ista largitio quod
terra mater frugũ, quod Iuppiter moderator aura-
rũ. Quidquid illi parcius * dederunt, nobis tamẽ ex *dederant v b*
beneficio tuo natum est. Quænam toto orbe terra-
rum auri argentique metalla tam larga sunt, quis
Tagus, quisvé Pactolus tanto* fluxerunt auro, quã- *fluxit v b*
tum liberalitate tua consecuti sumus? * nos enim *non v b, meo-*
maioris est muneris abs te accepisse, quinimmo *dose, ut puto.*
quanto est durius extorqueri quod proprium fue-
rit quam non acquirere quod fuerit alienum, tanto
dulcior est remissa soluendi necessitas quam lucrã-
di optata commoditas. Quam multi, Impᵗᵒʳ Augu-
ste, quos inopia latitare per saltus, aut etiam in exi-
lium ire compulerat, ista remissione reliquorum in
lucem exeunt, &ʼ in patriam reuertuntur, desinunt *abest v b*
pristinam accusare pauperiem, desinũt odisse agro-
rum suorum sterilitatem, resumunt animos operi,
præparant culturam, melioribus annituntur auspi-
ciis, reuisunt domos, referunt* dona templis? Præ- *vota v b*
sertim cum tu omnium * nostrorũ * reseruator ad- *s. nostrûm*
ueneris, & quasi * illa maiestatis tuæ comes & so- *conseru. v b l c*
cius, flagrabit tota ciuitas, gaudijs perstrepet, & *illa v b*
cùm proficiscéris fortasse retinebit. dabis enim ve-
niam, amoris nostri contumeliam feres. Omnium
sis licet dominus vrbium, omnium nationum, nos
tamen & nomen accepimus tuum iam, non an- *etiam v b*
tiquum.* Bribracte quidem hucusq; dicta est Iu- *Bibracte v b*
lia Polia Florentia, sed Flauia est ciuitas Æduorum. *Chas.*
quod v b

EVMENI PANEGY-
RICVS CONSTANTINO A.
IX.



ACEREM, sacrat^me^ Imp^tor^, quod paulo antè mihi plerique *persuaserunt, vt, quoniam maiestas tua hunc mediocritati meæ * diem dicto in ista ciuitate celeberrimum ad dicendum dedisset, de eo ipso ducerem sermonis exordium, nisi me ab hoc duplex ratio reuocaret, considerantem neque mediæ ætatis hominem ostentare debere subitam dicendi facultatem, neque ad aures tanti Numinis quidquam nisi diu scriptū, & sæpe* tractū afferri oportere. nam qui apud Imp^rem^ populi Romani dicit ex tempore quantum sit non sentit imperium. Huc accedit quòd iam satis multi sunt qui me putant nimium multa dicturum. * Idque (vt arbitror) non ex ingenio meo, (quod mediocre est) sed ex laudū vestrarum copia metiuntur. Quorum ego expectationem, inuitus licet, fallam breuitate dicendi. reuera enim cogitaueram plura quæ dicerē, sed malo orationem meam * respuere. Itaque primum illud compendium faciam,* quod cum omnes* inuictissimi Principes, quorum concors * est & socia maiestas, debita veneratione * suscipiam, hunc tamen quantulumcunque tuo modò Constantine Numini dicabo sermonē. vt enim ipsos Immortales Deos quamquam vniuersos animo colamus, interdū tamen in suo quemq; templo ac sede veneramur, ita mihi fas * est omnium Principum pietatem meminisse, laudibus celebrare præsentem. A primo igitur

suaserunt V B
Vide notas.
tractatum V B C
f. Id quod
Vide notas
non quòd omn. B *male*
vos B C
& sec. est V *suspr.* L *Non placet.*
esse duco omn. V B C

tur incipiam originis tuæ Numine. Quod pleriq; adhuc fortasse nesciunt, sed qui te amant plurimū sciunt. ab illo enim Diuo Claudio* manet in te auita cognatio qui Romani imperij solutam & perditam disciplinam primus reformauit, immanésque Gotthorum copias * potestati faucibus & Istri ore proruptas terra mariq; deleuit, vtinam diuturnior recreator hominum quàm maturior Deorum comes. Quamuis igitur ille felicissimus dies proxima religione celebratus imperij tui natalis habeatur, quoniam te isto habitu primus ornauit, iàm tamen ab illo generis auctore in te imperij fortuna descēdit. Quinimmo* patrem tuum ipsum vetus illa Imperatoriæ domus prærogatiua prouexit. Vt iam summo gradu, & supra humanarum rerum fata cōsisteres, post duos familiæ tuæ * tertius Imp^tor. Inter omnes inquam participes maiestatis tuę hoc habes Constantine præcipuum, quòd Imp^tor es, tantáque est nobilitas originis tuę, vt nihil tibi addiderit honoris imperium, nec possit Fortuna Numini * tuo imputare quod tuum est, * omisso habitu & suffragatione. Non fortuita hominum consensio, non repentinus aliquis fauoris euentus te Principē fecit. Imperium nascendo meruisti. Quod quidem mihi Deorum Immortalium munus & primum videtur & maximum, in lucem statim * felicē venire, & ea quę alij vix totius vitę laboribus consequuntur iam domi parta suscipere. quamuis* etiam magna sit & admirāda felicitas quę stipēdijs in ordinē meritis, & militię gradibus emensis ad fastigium istud maiestatis ascendit, & solis virtutis nixa radicibus ad tantū potētię robur inualuit; (Quod quidē etiam tu quantū per ętatem licuit consecutus es, & quāuis te * super omnes acquirendę glorię moras Fortuna posuisset, crescere militando voluisti, & adeundis

Marginal notes: manat B; Ponti. faut. VCR; ipsi pat. t. B; Principes VBC; f. suo; omissis ambitu BLC; ven. fel. VB; enim VBO; supra O

belli

belli periculis, ac manu cùm hostibus etiam singulari certamine conserenda notiorem te gentibus reddidisti, cum non posses esse nobilior) magnum ⸗ inquam' est ab se profectum ad maxima peruenire, longè tamen aliud est niti per ardua, & iuga mōtium* patere plano, aliud ipsa ortus sui sublimitate fultum verticem tenere Fortunæ, & quæ summa sunt non sperare, sed habere. Sacrum illud Palatiū non candidatus imperij, sed designatus intrasti, cōfestímque te illi paterni Lares successorem videre legitimum. neque enim erat dubium quin ei competeret hereditas quem primum Imperatori filium Fata tribuissent. te enim tantum ille & Imperator in terris, & in cælo Deus in primo ætatis suæ flore generauit, toto adhuc⸗ corpore vigens, illa præditus alacritate ac fortitudine * quamquam bella plurima ⸗ præcipuè * campi Vindonis ⸗ idonei'. Inde est quod tanta ex illo in te formæ similitudo transiuit, vt signante Natura vultibus tuis impressa videatur. idem enim est, quem rursus in te colimus, aspectus, eadem in fronte grauitas, eadem in oculis & in ore tranquillitas. Sic est index modestiæ rubor, sic testis sermo iustitiæ. Accipe, Imp^tor, * accipe nostrorum sensuum confessionē. * Dolemus quòd Constantius excessit à nobis, sed dum te cernimus illum excessisse non credimus. Quanquam quid ego illum excessisse dico, cuius immortalia facta viuunt, & in ore omnium hominum oculísque versantur? quis enim non dico reminiscitur, sed quis non adhuc quodammodo videt quantis ille rebus auxerit *ornarítq; remp.? Qui ascitus imperio primo aduentu suo innumerabili hostium classe feruentem exclusit Oceanum, * exercitum illum qui Bononiensis oppidi litus insederat terra pariter ac mari sepsit, cùm reciprocos* cursus illius elementi iactis

[Margin notes: quidem B | Non placet. | f. petere è plano. | toto B | qui tum bel. L C | tum L | f. campis gessit L G | accipientem host. B f. accipe inquam n. | Dolet V B | ornauerit que B | exercitúmque ll. G | sensus V B | f. æstus.]

iactis inter vndas vallis diremiſſet, vt quorũ * por- *portas fluctus* V B
tus fluctu *alluεret mare & quod tangerent perdi- *alluerat* L
diſſent. Qui eodem exercitu virtute capto, clemen-
tia conſeruato, dum ædificandis claſſibus Britanniç
recuperatio comparatur, terrã Batauiam, ſub ipſo
quõdam alumno ſuo à diuerſis Francorum ⸗ regi- *abeſt* ⸗ B L C
bus ⸗, gẽtibus occupatam, omni hoſte purgauit, nec
contẽtus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit natio-
nes, vt non ſolum arma, ſed * & feritatem ponere *etiam fer.* V
cogerentur. Nam quid ego de ⸗ receptione *Bri- *ipſa* C
tanniæ loquar? Ad quam ita quieto mari nauigauit, *Britanniarũ*
vt Oceanus ille tanto vectore ſtupefactus caruiſſe
ſuis motibus videretur, ita peruectus, ⸗ vt non *ſ. et*
comitata ⸗ ſit, ſed præſtolata victoria. Quid de *illum* V B L C
miſericordia dicam qua victis temperauit? quid de
iuſtitia qua ſpoliatis amiſſa reſtituit? quid de proui-
dẽtia qua ſocijs ſibi iunctis ſe eiuſmodi iudicio de-
dit, vt ſeruitutẽ paſſos iuuaret recepta libertas, cul-
pæ *conſcium ad pænitentiam reuocaret impuni- *conſcios* V B
tas? Quid loquar rurſus intimas Franciæ nationes
non iam ab his locis quæ olim Romani inuaſerant,
ſed à proprijs ex origine ſuis ſedibus, atque ab vlti-
mis Barbariæ litoribus auulſas, vt in deſertis Galliæ
regionibus collocaræ*etiam pacem Romani impe- *& pac.* V B C
rij cultu iuuarent, & arma dilectu? Quid comme-
morem Lingonicam victoriã, * & Imperatoris ip- *etiam Imp.* V B
ſius vulnere glorioſam? quid * Vindonis cãpos ho- *Vindoniſſæ* V B
ſtiũ ſtrage completos, *ſed adhuc oſſibus opertos? *ſ. &*
quid immanem ex diuerſis Germanorum populis
multitudinem quam duratus gelu Rhenus *illuxe- *illexerat* L
rat vt inſulam quam diuortio ſui idem amnis * cõ- *ampl.* V B
plectitur pedeſtri agmine auſa ⸗ repente laxato flu- *tranſmittere* B L C
mine clauderetur, & demiſſis ſtatim obſeſſa naui-
gijs ita ſe dedere cogeretur, vt quod difficilius eſt
ſorte cõmuni eligeret, & ex * æquo captiuitati tra- *e ſuos capt.* V B *ſ. æquo ſe capt.*

 deret,

deret, relatura cum reliquijs suis infamiam prodi-
atio BLC tionis suorũ. Dies me antè deficiet quam = si omnia
patris tui facta vel hac breuitate percurram. Cuius
etiam suprema illa expeditio nõ Britannica tropæa
cretum B *f. creditum.* (vt vulgo *certum est) expetiuit, sed DIs iam vocan-
tibus ad intimum terrarũ limen accessit. neq; enim
ille tot tantísque rebus gestis non dico Caledo-
num, aliorũmque Pictorũ siluas & paludes, sed nec
Hiberniã proximam, nec Thulen vltimã, nec ipsas
dignabatur BC (si quę sunt) Fortunatorũ insulas * dignatur acqui-
nemini VCR rere, sed (quod eloqui *nemo voluit) iturus ad Deos
fluctibus suis C genitorem illum Deorum, = ignea cæli astra refo-
fruitur B uentem, prospexit Oceanũ, vt * futurus exinde luce
perpetua iam videret illic diem pęne continuũ. verè
illi VBLC enim profectò *illum Superûm templa* petierunt,
patuer. VBLC receptúsq; est consessu cæli, = Ioue ipso dexterã por-
tum VB *f. (ælitum, Ioue* rigente. Quinimo statim sententiã rogatus, cui im-
dix vt dec. perium decerneret, *vt decebat, dixit Constantinũ
Constantium VB Pium manifestè enim sententia patris electus * est
f. es Imp^tor^. Quod = ita nos dicere cùm veritas iubet, tùm
quidem VB pietati tuæ (vt video) gratissimũ est. Sed cur * tan-
tàtum nõ pr. B tummodo priuatis tuis affectibus blandiamur, cum
iam pridem VBC omniũ Deorum fuerit illa sententia, & quidẽ = iam'
Vide notas auctoritate præscripta, = quæ tum pleno firmata sit
enim VCR cõsilio? iam tunc = cælestibus = signis' suffragijs ad sa-
adest VBC, *recte.* lutẽ reip. vocabaris cũ ad tẽpus ipsum quo pater in
Britanniã transfretabat classi iam vela facienti repẽ-
tinus tuus aduẽtus illuxit. Vt nõ aduectus cursu pu-
blico, sed diuino quodã aduolasse curriculo videre-
vlla VBC ris. nõ enim *illa Persarũ, Cydonúmve tela tam cer-
tis iactibus destinata fixerunt quã tẽpestiuus patri
aduenisti B tuo terras relicturo comes * affuisti, omnésq; illius
curas quas præsaga & tacita mente voluebat præ-
sentiæ tuæ securitate laxasti. DI boni, quanta Cõ-
stantinum Pium etiam in excessu suo felicitate
donastis!

donaſtis! Imperator tranſitum facturus in cælum vidit quem relinquebat hęredem. illicò enim atque ille terris fuerat exemptus, vniuerſus in te * cō- *conſenſit L C*
ſedit exercitus, te omnium mentes oculíque ſignarunt, *conſiendus V B* & quanquam tua ad ſeniores Principes de ſumma rep. quid fieri placeret retuliſſes, prævenerunt ⸗ tamen' ſtudio quod illi mox iudicio *abeſt V B*
probauerunt. Purpuram ſtatim tibi cum primus copiam tui fecit egreſſus milites, vtilitati publicæ magis quam tuis affectibus ſeruientes, iniecere lacrymanti. neque enim fas erat diutius fleri Principem conſecratum. Diceris etiam Imp^or inuicte ardorem illum te depoſcentis exercitus fugere conatus equum calcaribus incitaſſe. Quod quidem (vt verum audias) adoleſcentiæ errore faciebas. quis enim te Cyllarus, aut Arion poſſet eripere, quem ſequebatur imperium? Illa inquam illa maieſtas quæ Iouis ſubiecta nutu, nec Iridi Deûm nunciæ, ſed ⸗ prius' commiſſa Vi- *pinis B ſ pennis*
ctoriæ, tam facilè te * comitata eſt quàm cito *continuata B, inepte.*
ad terras cælo miſſa perueniunt. Sic modeſtiam tuam atque pietatem & differendi imperij conatus oſtendit, & reip. felicitas vicit. O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti! Merito te omnibus cæli ac ſoli bonis Natura donauit, in qua nec rigor eſt nimius hiemis, nec ardor ęſtatis, in qua ſegetum tanta fecunditas, vt muneribus * vtriuſ- *vtriſque V B O*
que ſufficiat, & Cereris & Liberi, in qua nemora ſine immanibus beſtijs, terra ſine ſerpentibus noxijs, contrà pecorū mitium innumerabilis multitudo lacte diſtenta, & onuſta velleribus, ⸗ certè quod *Vide notas.*
propter vitā diligitur, longiſſimæ dies, & nullę ſine aliqua luce noctes, dum * illa litorū extrema plani- *illorum B*
ties non attollit vmbras, noctíſque metam cæli &

 ſiderum

ſiderum tranſit aſpectus. Vt Sol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat preterire. DI boni, quid hoc eſt quòd ſemper ex aliquo ſupremo fine mundi noua Deûm Numina vniuerſo orbi colenda deſcendunt? Sic Mercurius à Nilo, cuius fluminis origo neſcitur, ſic Liber ab indis propè conſcijs Solis orientis Deos ſe gentibus oſtendere prçſentes.* Secretoria ſunt profectò ꞉ Dii terraneis' loca vicina cælo, & inde *proprius à DIs mittitur Imperator vbi terra * fruitur. Imperatoris igitur filius, & tanti Imperatoris, & ipſe tam feliciter adeptus imperiũ, quomodo remp. vindicare cœpiſti? Ignobilem credo aliquam Barbarorum manũ repentino impetu, & improuiſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſe. Affeciſti pœna temeritatis reges ipſos Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem violauerant nõ dubitaſti vltimis punire cruciatibus, nihil veritus gẽtis illius odia ꞉ & inexpiabiles iras. cur enim vllam reputet iuſtæ ſeueritatis offenſam Imp^or qui quod fecit tueri poteſt? *Tua clementia eſt quæ parcit inimicis, & ſibi magis proſpicit quam ignoſcit.* Te verò Conſtantine quãtumlibet oderint hoſtes, dum perhorreſcant. hęc eſt enim vera virtus, vt non ament, & quieſcant. Cautior licet ſit qui deuinctos habet꞉ per veniam' perduelles, fortior tamẽ eſt qui calcat ir..tos. Renouaſti Imp^or veterem illam Romani imperij fiduciam, quę de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſumebat. tunc enim captiui reges cum à portis vſque ad forum triumphãtium currus honeſtaſſent, ſimulátque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur. Vnus • pro ſe' ipſa Paulo qui * ſedentem ſe * acceperat deprecante, legem illius ſeueritatis euaſit. Ceteri ꞉ in vinculis luce priuati alijs regibus dedere documentum vt mallent amiciciã colere * Romanorum

Margin: Sacratiora BLC — mediterran. L — propius L — finitur VBLC — perpetua B C — venia C — Perſes, L — dedentem VBL — ſeper. L — omnes VBC — Romanã VBC

manorum quam exaſperare iuſtitiam. Adeo & hoc
boni confert pęna hoſtibus irrogata, vt non ſolùm
inimici ferocire non audeant, ſed etiam amici im-
penſius* reuereantur. Inde* eſt igitur, Imp^tor^ pax *te ver. C Non placet.*
iſta qua * fruimur. neque enim * Rheni iam gurgi- *ig. eſt V*
tibus, ſed nominis tui terrore munimur. Quamli- *frum. neque Rh. B*
bet ille aut areſcat ęſtu, aut* reſidat gelu, neutro ho- *iam Rh. V*
ſtis audebit vti vado. nihil enim tam inſuperabili *reſiſtat VBLC*
vallo Natura * pręcluſit, quod non penetret auda- *precludit VB*
cia cui aliqua conandi ſpes relinquatur, ille eſt in-
expugnabilis murus quem extruit fama * virtuti. *f. virtutis*
Sciunt poſſe Franci tranſire Rhenum, quos ad ne- *ſ. ſe*
cem ſuam libenter admittas, ſed nec victoriam poſ-
ſunt ſperare, nec veniam. Quid ipſos maneat ex re-
gum ſuorum cruciatibus metiuntur, ideóque tan-
tum abeſt vt amnis illius tranſitum moliantur, ma-
gis vt comperta poteſtate deſperent. Vbi nunc eſt *Vide notas.*
illa ferocia? vbi ſemper infida mobilitas? Iam ne *nunc*
procul quidem Rhenum audetis* attollere, & vix *accolere L*
ſecuri flumina interiora *petitis. Contrà hinc per *potatis VBLC*
interualla diſpoſita magis ornant limitem caſtella
quàm protegunt. Arat illam terribilem aliquando
ripam inermis agricola, toto noſtri greges flumi- *& Rheno*
ne bicorni *verſantur. Hęc eſt tua Conſtantine de *merſantur. VCR*
*Aſacari cinere Gaiſique ſupplicio quotidiana at- *Aſcaric. Regaiſ L*
que æterna victoria, omnibus quondam ſecundis
prœlijs anteponenda. *Semel acie vincitur, ſine fine do-
cumento.* Cladem ſuam, quamuis multi pereãt, vul-
gus ignorat, compendium eſt deuincendorum ho-
ſtium duces ſuſtuliſſe. Vt tamen omnibus modis
Barbarorum immanitas frangeretur, nec hoſtes *ſola V B C*
regum ſuorum ſupplicia męrerent, etiam * immen- *immiſſa Br. vaſtatione*
ſam Bructeris vaſtationem feciſti Imp^tor^ inuicte. In *VBLC*
quo prima conſilij tui fuit ratio, quòd exercitu re-
pẽte traiecto inopinãtes adortus es, non quò aperto

Marte diffideres, vt qui palam congredi maluisses, sed vt illa natio perfugijs siluarum & paludiũ bellum solita frustrari fugæ tempus amitteret. Cæsi igitur innumerabiles, capti plurimi. Quidquid fuit pecoris, captum, aut trucidatũ est. Vici omnes igne consumpti. Puberes qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia seruituti, ad pœnas spectaculo dati sæuientes bestias multitudine sua fatigarunt. Hoc est, Impᵗᵒʳ, fretum esse virtute sua atque fortuna, hoc est non pacem emere parcendo, sed victoriam quærere prouocando. Insuper etiam Agrippinẽsi ponte * faciendo reliquijs afflictę gentis insultas, ne vnquã metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat, cùm tamen hoc tu magis ad gloriam imperij tui, & ornatum limitis facias, quàm ad facultatem quoties velis in *hostem transeundi. quippe cum totus armatis nauibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus vsque ad Oceanum dispositus miles immineat. Sed pulchrum tibi videtur (Et re vera pulcherrimũ est) vt Rhenus ille nõ solum superioribus locis, vbi aut latitudine vadosus, aut vicinia fõtis exiguus, sed* & ibi nouo põte calcetur vbi totus est, vbi iã plurimos hausit amnes, quos hic noster ingẽs fluuius, & Barbarus Nicer, & Mænus inuexit, vbi iam immani meatu ferox, & aluei vnius impatiens in sua cornua gestit excedere. Seruit profectò Constantine maxime ipsa rerũ natura Numini tuo cum in illa gurgitum altitudine tantarum molium fundamenta iaciuntur, fidam & stabilem firmitatem habitura. Iunxerit quondam licet Hellesponti angustias classe connexa Persarum Rex potẽtissimus, temporarius ille transitus fuit. Simili nauium continuatione Baianum sinum strauerit ab Augusto * tertio Cæsare, delicata fuit illa vectatio Principis otiosi.

faciundo v c
hosticum v a c
etiam ili a
tertius Cæsar, vca

otiosi. Hoc opus & difficile factu, & vsu futurum est sempiternum. Certe quidem iam*ter in exordio *tibi* V Z *suo hostium mouit obsequia, qui pacem supplices *sui* V Z C petierunt, nobilissimos, obsides obtulerunt. Ex quo nemo dubitat quid perfecto ponte facturi sint qui iam seruiunt inchoato. Talibus te pro vtilitate ac dignitate publica rebus intentum *auertunt in se *auerterunt* Z C noui motus ·eius hominis quē successibus tuis maximè fauere decuisset. *Maximiani Herculij.* De quo ego quemadmodum dicam adhuc ferme dubito, & de nutu Numinis tui expecto consilium. quamlibet enim merito pietatis tuæ questibus arguatur, debet tamen sibi vox * prima moderari, *priuata mod.* B L C præsertim cum eum qui tibi ex tantis beneficijs tuis, & tanto necessitudinū * fore ingratus extiterit adhuc ·contemplatui cogat vt quamuis *fauore* L O *Vide notas.* irati reuereat. Quid faciam igitur, vt tam profunda vulnera suspensa manu tractem? Vsurpabo nimirum illa communia omnium facinorū patrocinia, (quæ tamen plerumque etiam à ·sapientibus asse- *Stoicis.* runtur) neminem hominem peccare nisi Fato, & ipsa scelera mortalium actus esse Fortunæ, contrà autem Deorum munera esse virtutem. Gratulare Constantine naturæ ac moribus tuis, quòd te talem Constantius Pius genuerit, talem siderum decreta formarint, vt crudelis esse non possis. Illum auten non credo cùm veturus in lucem optionem vitę qua vteretur acciperet. fortem incurrisse fugiēdam, quæ multis hominibus iniustum, & postremò ipsi voluntarium ferret exitium. vt enim alia mittam, hoc ipsum nonne Fati necessitas tulit, ut ille pietati tuæ hanc referret vicem, quem tu ab Vrbe pulsum, ab Italia fugatum, ab Illyrico repudiatum tuis prouincijs, tuis copijs, tuo Palacio *cepisti? *recep.* L C Quid (oro) sibi voluit? quid optauit? aut quid amplius adipisceretur his quæ à te fuerat

 con-

consecutus? cui tu summa, & diuersissima bona, priuatum otium & regias opes, dederas, cui digre-
Vide notas. dienti ad annula fœderas, cui impensius etiã quàm tibi occurrere obsequia nostra mandaueras, cuius omnibus iussis sic statueras obedire, vt penes te habitus, penes illum potestas esset imperij. Quis nam ille tantus fuit non ardor potentiæ, (quid enim te imperante nõ posset?) sed error iam desipiẽtis ætatis, vt tot natus annos grauissimas curas, & bellum
sexaginta. epitoma Victoru. ciuile susciperet? *Nullis* (vt res est) *muneribus Fortunæ explentur quorum cupiditates ratio nõ terminat*, atque ita eos felicitas ingrata subterfluit, vt semper
sperum VB pleni * spei, vacui commodorum, præsentibus ca-
Diocletianum. reant, dum futura prospectant. Atenim diuinum illum virum qui primus imperium & participauit & posuit consilij & facti sui non pænitet, nec amisisse se putat quod sponte trãscripsit. Felix beatúsq; verè, quem vestra, tantorũ Principum, colunt obsequia priuatum. Sed & ille multiiugo fultus imperio, & vestro tegitur lætus vmbraculo, quos scit
ex sua VBC * & sua stirpe creuisse, & glorias vestras sibi iustè
frater VCR vindicat. Hunc ergo illum quæ ab illo fuerat * fra-
in VLC tre ascitus puduit imitari, huic illum & * Capitolini
mirer V C Iouis templo iurasse pænituit. Non * mirum quòd
iam C etiam genero peierauit. Hæc est fides, hæc religio Palatini sacrarij deuota penetralibus, vt lentè &
commeatibus cunctanter, iam scilicet cùm illis belli consilijs, iti-
& annona nere confecto, consumptis copijs mansionum, ne quis consequi posset exercitus, repente intra parietes consideret purpuratus, & bis depositum tertiò vsurparet imperium, litteras ad sollicitandos exercitus mitteret, fidem militum præmiorum ostenta-
κατ' ἐιρωνείαν tione turbare tentaret, securè scilicet vsurus exer-
Quo quidem citu quem venales manus habere docuisset? * Quid
al. VL quòd illius errore declaratum est Imp^tor^ quantus to militum

militum tuorũ amor cõplecteretur,qui te omnibus donis quę ille promiserat,omnibus honorum oblationibus prætulerũt.Rara illa virtus continẽtiæ,vix à paucis sapientiæ præceptoribus *tantum aliquando seruata, *tamen v, prob B* propter te Constantine omnium hominum est * scientia cõmunis, *ficta comm. v C R* nec solum hi quos * literæ,vitæ quies mitigauit, *ratio, v B L* sed etiam ille militarium ardor animorum respectu tui lucra cõtempsit. Fuerint aliqui exercitus alacritate ac viribus *tui similes, *tuo L* tibi vni contigit exercitum habere sapientem. Multi olim fortasse praui duces, armis impares,* largitate certarunt, *largitione v B C* sed breuis eorum fuit & caduca popularitas,quos facilè vicit quisquis imitatus est. Hic firmus , hic æternus est reip. custos, quem ipsum per se milites amant, cui non blandita, nec vẽdita seruit adulatio,sed simplex & sincera deuotio. Dona tua Constantine manifestè sunt grata militibus,sed hôc gratiora quòd tua sunt. Quæcunque porrigis manu tua fiunt acceptiora. Quam nemo potest tecum hac ambitione contendere? Insuperabile genus est largitionis cum ipse militi præmium est Imp^tor^. Itaq; tribuis* tu tuis quidem exercitibus *tu quid. tuis B.* etiam plura quàm cupiunt, sed tuum te magis nomen,tua de memoria patris auctoritas, * tua ætatis *tua B* gratia, tua denique ista venerabilis forma commẽdat.pulchrum enim (DI boni!) & cæleste miraculum Imp^tor^ adolescens , in quo illa quæ iam summa est fortitudo adhuc tamen crescit, in quo hic fulgor oculorum,hæc veneranda pariter & grata maiestas * perstringit simul & inuitat aspectus. *præstr. v* Talẽ * magnum illum regem, talem * Thessalum virum mente concipio, *Agamemnonẽ. Achillem.* quorũ summa virtus pulchritudini coniuncta celebratur.non frustra enim doctissimi viri dicũt: ***Naturam ipsam magnis mẽtibus domicilia corporum digna metari***, & ex vultu hominis,ac decore

membrorum colligi posse, quãtus illos cælestis spiritus intrarit habitator. Itaque te cùm ingredientem milites vident admirantur, & diligunt, sequuntur oculis, animo tenẽt, Deo se obsequi putãt, cuius tam pulchra forma est quàm certa diuinitas. Statim igitur vt fœdum illud facinus audierãt, vltrò à te proficiscendi signum petiuerunt, cum viatica dares, idipsum sibi moram facere, plusq; iam se quàm sufficeret ex largitionibus tuis habere dixerunt. Inde arreptis armis portas petierunt, tot dierum iter à Rheno vsque ad Ararim sine vlla requie peregerũt, inde fessis corporibus, animis flagrantibus, crescẽ-

accid. cum v s te indies ardore vindictæ quanto propius *accederent. Tum quidem tua Imp^tor cura, qua refouendis eorum viribus à Cabillonensi portu nauigia prouideras, festinantibus pæne non placuit. Segnis ille & cunctabundus amnis nunquam fuisse tardior videbatur. Carinis tacitè labentibus, & ripis lentè recedentibus, stare se, non ire clamabant. Tum vero

remigijs v s c vsum pedum manibus aggressi incubuere * nauigijs, & naturam fluminis vrgendo vicerunt, & tandem eluctati Araris moras vix ipso Rhodano fuere contenti. Parum illis videbatur concitus ruere, minus solito Arelate properare. Quid multa? Confitendum est, Imp^tor, cum hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore, laborasti interdum vt quem ducebas sequereris exercitum. tanto enim omnes impetu ferebãtur, vt cum illum Arelate deserto com-

abijsse v perissent* abijsse Massiliam, cõfestim nauibus euolarent, effusóque cursu non iam Rhodani curricu-

flatus v f. flabra. la, sed ipsa quodammodo ventorum * flamina præuerterent. Tantus illos incenderat amor Numinis tui, vt quamuis scirent oppugnandam esse munu-

peruen. s, vesti tissimam ciuitatem, sufficere sibi crederent* præuenire. Massilia enim (vt audio) in profundum mare

prominens,

prominens,& munitissimo accincta portu,in quem
angusto aditu * meridianus refluit sinus ,= mille *f. mediterraneus*
quingétis passibus terræ cohæret, quâ firmissimus, *solis* V B
& turribus frequens murus opponitur.quippe olim
Græcos,Italósque illuc conuenas, cùm artibus in-
genióque pollerent,etiam ipse docuit locus omnia
quæ bello vsui forent largius in eam partem quæ
adiri posset impendere,cùm natura in cæteris sum-
ptum operis remisisset. Itaque * illam tum graui *f. iam tum gr.*
Fato Cæsari portas pro =duce seniore claudentem, *Pompeio.*
terra maríque,admotis machinis, aggeribus extru-
ctis, naualibus prœlijs sæpius oppugnatam quam
territam, vix obsessio diuturna patefecit, cum ta-
men Græculi magistratus & ipsum Cæsarem, &
=nos' duces eius & copias nõ tam viribus suis quàm *mox* V B L C
mœnibus repulissẽt. Atenim=nõ',primo tuo Imp^tor *abest* L *nõ* V B
aduentu, primóque impetu exercitus tui nihil eius-
dem Massiliæ altitudo murorum,nihil * celeber- *creber.* B L C
timæ turres, nihil loci natura remorata est quomi-
nus & portum caperes,& vrbem continuo, si * ve- *velles* L
lis. quippe tanta fiducia murum omnem milites
* inuaserunt, vt statim sine dubio ascensuri fuis- *inuaserant* B
sent,nisi =parandis quas admouerant scalis conie- *in* V B
cturam oculorum sublimitas fefellisset. * Sic quo- *Sed sic qu.* B
que multi scalarum breuitate decepti quod super-
erat ascensui extentis corporibus æquabant,& suc-
cedentium humeris subleuati iam interualla * prę- *pinnarum* B L C
uiarum vncis manibus inuaserant. Adeo nihil *& egregia coniectura Rhenanus.*
periculi in vindictæ executione metuebant, vt sibi
non murum scandere, sed ex æquo congredi vi-
derentur. Sed (ô singularem tuam Constantine
pietatem, & sua semper officia etiam inter arma
seruantem!) signum receptui dedisti, & victo-
riam distulisti, vt omnibus tibi liceret ignosce-
re, * ne quid atrocius faceret miles iratus quam *f. neu*
clementiæ

clementiæ tuæ natura pateretur. In quo licet optimi Imp^rs sollicitudine caueris vt inducti in fraudem milites pænitendi tempus acciperent, atq; vltrò veniam precarentur, nos tamen, qui mitissimos sensus tuos intuemur, (nihil est enim tam perspicuum quam in pectore tuo bonitas) illi te intelligimus pepercisse, quem, si prima copiam habuisset irruptio, eripere* fere nemo potuisset. Ita (quod ad pietatem tuam pertinet Imp^tor) & illum, & omnes quos receperat * reseruasti. Sibi imputet quisquis vti noluit beneficio tuo, nec se dignum vita iudicauit, cùm per te liceret vt viueret, tu (quod sufficit conscientiæ tuæ) etiam non merentibus pepercisti. Sed (ignosce dicto) non omnia potes. DI te vindicant & inuitũ. Quod quidem nobis semper optandum est, vt prosperos habeas etiam vltra * vota successus, qui omnem spem in gremio maiestatis tuę ponimus, & tuam vbique præsentiam, quasi dari possit, expetimus. ecce enim, dum à limite paulisper abscesseras quibus se terroribus Barbarorũ perfidia iactauerat scilicet, dum sibi illa proponunt, Quando perueniet? Quando* veniet? Quãdo fessum reducet exercitum? cùm repente audito reditu tuo velut attoniti* conciderunt. Nec tuũ pro rep. votum amplius quam vnius noctis cura * tetigit. postridie enim quã accepto illo nuncio geminatũ itineris laborem susceperas omnes fluctus resedisse, omnem quam reliqueras tranquillitatem * redijsse didicisti, ipsa hoc sic ordinante Fortuna, vt te ibi rerum tuarum felicitas admoneret DIs Immortalibus ferre quæ noueras vbi deflexisses ad templum toto orbe pulcherrimum, immò ad præsentem, vt *venisti, Deum. vidisti enim (credo) Constantine Apollinem tuum, comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem, quæ tricenûm singulæ ferunt omen

Marginal notes: Maximiano Herculio. — ferro ♣ LC — f. conseru. — tua ♣ — vincet V ♣ — concid. me — tuum ♣ — f. ne tuum tetigisset ♣ — redisse V — vidisti V ♣

omen annorum. hic est humanarum numerus ęta- *enim* V
tum, quæ tibi vtique debentur vltra Pyliam sene-
ctutem. Et immò * quod credo vidisti, téq; in illius *quidem.* V B C
* spem recognouisti, cui totius mundi regna debe- *specie* V B
ri vatum carmina diuina cecinerunt. Quod ego nûc *spem* C
demum arbitror contigisse, cum tu sis, vt ille, * iu- *f. &*
uenis, & lætus, & salutifer, & pulcherrimus Imp^tor.
Merito igitur augustissima illa delubra tantis do-
narijs honestasti, vt iam vetera non quærant. Iam
omnia te vocare ad se templa * videantur, pręci- *f. videntur*
puéque Apollo noster, cuius feruentibus aquis per-
iuria puniuntur, quæ te maximè oportet odisse. DI
Immortales quando illum dabitis diem quo præ-
sentissimus hic Deus omni pace cõposita illos quo-
que Apollinis lucos, & sacras * sedes, & anhela fon- *ædes* V
tium ora circumeat? Quorum scaturigines, leni
tepore nebulosæ, arridere Cõstantine oculis tuis,
& osculis sese inserere velle * videantur. Miraberis *f. videntur*
profecto illam quoque * muneris tui sedem, & ca- *Numinis* V B C
lentes aquas sine vllo soli ardentis indicio, quarum
nulla tristitia est saporis, aut halitus, sed talis haustu
& odore sinceritas qualis fontium frigidorum. Da-
bis & illic munera, constitues priuilegia, ipsam de-
nique patriam meam ipsius loci veneratione resti-
tues. Cuius ciuitatis antiqua nobilitas, & quondam
fraterno P.R. nomine gloriata opem tuæ maiestatis
expectat, vt illic * quorum loca publica, & templa *quoque loca* V B L C
pulcherrima tua liberalitate reparentur, * sicut hic *f. sicut, vid.*
video hanc * fortunatissimam ciuitatem, cuius na- *fortissimam* B
talis dies tua pietate celebratur, ita cũctis mœnibus *Non placet.*
resurgẽtem, vt se quodammodo gaudeat olim cor-
ruisse, auctior tuis facta beneficijs; video Circũ Ma-
ximum, æmulum (credo) Romano; video basilicas,
& forum, opera regia, sedémque iustitiæ in tantam
altitudinem suscitari, vt se sideribus & cælo digna
& vicina

& vicina promittant. Quæ certè omnia sunt præ-
abest v1 sentia tua munera. quæcunque enim loca frequẽ-
omn. & hom. 1 tissimè tuum Numen illustrat, in his* & hominibus
omnia, & mœnibus, & muneribus augentur, nec
Ioui Iunoniq; 1 magis * Ioui & Iunoni recubantibus nouos flores
terra submisit quàm circa tua Constantine vesti-
gia vrbes & templa consurgunt. Ideóque hoc votis
meis sufficit, vt patriam meam videas ducente pie-
tate, quia statim erit restituta si videris. Sed enim
ista felicitas viderit an adhuc meæ debeatur ætati.
Interim quoniam ad summam votorum meorum
tua dignatione perueni, vt hanc meam qualécunq;
In ver. Non placet. vocem, diuersis otij & Palatij officijs exercitã, tuis
auribus consecrarem, maximas Numini tuo gratias
ago, tibíq; (quod superest) commẽdo liberos meos,
primariũ, vt puto, fisci aduocatum. præcipuéq; illum iam summa fisci patrocinia tra-
ctãtem, in quem me totum transtulit pietas. Cuius
felix seruitus, siquando respexeris, maximè tuæ cõ-
ueniet ætati. Ceterum quod de omnibus liberis di-
petitio & votũ xi, lata est, Imp^tor, ambitio. præter illos enim quin-
que quos genui, etiã illos quasi meos numero quos
prouexi ad tutelam fori, ad officia Palatij. multi
Vide notas. sunt C, inepte. quippe ex meri humo ignobiles* fluunt, multi se-
ctatores mei etiam prouincias tuas administrant.
Quorum successibus lætor, omniúmque honorem
pro meo duco, & si forte hodie infrà expectationẽ
Sitam. v1, praeclare. mei dixero, in illis me cõfido placuisse.* Sed tamen
hoc quoque tuũ mihi Numen indulserit, vt ex hac
oratione non eloquentiæ, (quod nimium est) sed
quantulæcunque prudentiæ, & deuotè tibi mentis
testimonium referam, cedant priuatorũ studiorum
ignobiles curæ, perpetua mihi erit materia dicendi
qui me probauerit Imperator.

EVMENI

EVMENI PANEGY-RICVS CONSTANTIO CÆSARI.

X.



SI mihi, Cæsar *, post diuturnum si- *imit. B*
lentium sola esset vincenda trepi-
datio, qua rudimenta quædam vo-
cis meæ rursus experior, haud im-
merito me vltra * ætas, & quantu- *quam V B*
lacumque studi mei ferret opinio
perturbari confiterer, præsertim cùm apud maie-
statem tuam diuina virtutum *miracula vestrarum *vest. mir. B*
* prædicarem. Quo in genere orationis quanta es- *predicarem V,*
set cura, quãtus labor, quàm sollicita veneratio, sen- *veré.*
si etiam cùm * quotidiana illa instituendæ iuuentu- *in V B C*
tis exercitatione versarer. quamuis enim prima tũc
in renascentem remp. patris ac patrui tui merita
licet * æquare non possem, possem tamen * vel cen- *dicendo B C*
sere' numerando. Sed cum * in eo curriculo illo ve- *vre usere B* *Vide notas.*
tere aut inter adyta Palatij vestri * alia quædã ser- *alia L. egregii.*
monis arcani ratio demouerit, aut post indultam
à pietate vestra quietem studium ruris abduxerit,
& vos interim nullum vsciscendæ augendæq; reip.
vacuum tempus amiseritis; cum tot postea virtute
vestra partæ victoriæ, tot excisæ vndique Barbaræ
nationes, tot translati sint * Roma cultores, prola- *in Roma V in*
ti limites, tot prouinciæ restitutæ; hæreo prorsus *Romam B*
& stupeo, & præter illam ex otio meo tarditatem
tanta rerum mole deterreor, * nisi' hoc vno nitar *vt V B*
hortatu, quòd ex quantacunque desidia quamuis
maxime orationi imparem facit Cæsar auditor,
præser-

præsertim cum fauente Numine tuo ipse ille iam pridem mihi, qui ⸗ in lucem primus eduxit, diuinarum patris tui aurium aditus euenerit. Quo facilius maiestatis tuæ recordatione confisus possim illa quæ tunc dicta sunt prætérire, atque hunc sermonem ab his quæ secuta sunt inchoare. Quanquam⸗multa mihi ex illis quoq; hoc in tẽpore necessariò transeunda sunt, ac potissimum ea quibus officio delati mihi à diuinitate vestra honoris interfui, captus scilicet Rex ferocissimæ nationis inter ipsas quas moliebatur insidias, & à *potestate Rheni vsque ad Danubij transitum * continensem deuastata atq, exhausta penitus Alamania. nam & maiora sunt quàm vt enarrari inter alia possint, & (ne meis quoque stipendijs videar gloriari) sufficit conscientiæ meæ illa vidisse. De te igitur mihi Cæsar inuicte hodiernæ gratulationis exordium diuinus ille vestræ maiestatis ortus, ipso quo illuxit auspicio veris illustrior, cui dies serenus, atq; (vt celebrantes sensimus) vltra rationẽ temporis Sol æstiuus incaluit, augustiore fulgens luminis claritate quam cùm originem mundi nascentis animauit. siquidem tunc inter illa rerũ tenera primordia moderatus dicitur, ne noceret ardentior, nunc certasse * dicitur ne maiestate vestra videretur obscurior. O felix beatúmq; ver nouo partu, iam non amœnitate florum, nec viriditate segetum, nec gemmis vitium, nec ipsis tantum Fauonijs, & luce * serena læ⸗tum atque venerabile, quantum ortu Cæsarum maximorum! O tempus quo merito quondam omnia nata esse credantur, cùm eodẽ nunc confirmata⸗esse' videamus! O Kalẽdæ Martię sicuti olim annorũ voluentiũ, ita nunc æternorum auspices Imperatorum! quãta enim inuictissimi Principes & vobis & ⸗reip. propagatio orbis vestrì participãdo tutelam? Cuius

me V B C in lucem me L

pōte R b V C R Continensem V B continenter L

ardētius B C

serenata V C R

abest B

Vide notas.

Cuius licet * omni hoste perdomito certa securitas, *esset* z e
nimios tamē in diuersa discursus vel reuisenda po-
scebat. Partho quippe vltra Tigrim redacto, Dacia
restituta, porrectis vsq; ad Danubij caput Germa-
niæ Rhetiæq; limitibus, destinata Batauiæ, Britan-
niæq; vindicta, gubernacula maiora quærebat au-
cta atq; augēda resp., & qui Romanæ potentiæ ter-
minos virtute protulerant imperiū filio pietate de-
bebant. Et sanè præter vsum curāque reip. etiā illa
Iouis & Herculis cognata maiestas * Iouio Hercu- *in* v z
lioq; Principibus totius mūdi, cælestiūmq; rerū si-
militudinē requirebat. quippe isto Numinis vestri
numero summa omnia nitūtur & gaudēt, elementa
quattuor, & totidē anni * tēpora, & orbis quadri- *vices* z c
fariā duplici discretus Oceano, & * emenso quater *remenso* z
cælo lustra redeuntia, & quadrigę Solis, & * duobus *Soli & Lunæ,*
cæli luminibus adiuncti Vesper & Lucifer. Sed ne-
que Sol ipse, neq; cūcta sidera humanas res tā per-
petuo lumine intuentur quā vos tuemini, qui sine
vllo fere discrimine dierum ac noctium illustratis
orbem, salutique gentium non hismodò quibus
immortales vultus vestri vigent, sed multo magis
illis diuinatum mentium vestrarum oculis proui-
detis, nec solum qua dies oritur, & præteritur, &
conditur, sed etiam ex * illa Septentrionali plaga *f. ipsa*
salutari beatis luce prouincias. Adeo * Cæsar ve- *Cæsares* c
stra in orbem terrarum * distributa beneficia pro- *benef. distr.* V
pe plura sunt quam Deorum. Quibus ego si om-
nibus immorari velim, neque hic dies mihi totus,
neque proximus, neque porrò ceteri sat erunt. Et
habenda * est ratio temporis *, Cæsares tanta dum *rat. est* z
loquimur. Adoratæ sint igitur mihi Sarmaticæ ex- *Cæsare stante*
peditiones, quibus illa gens prope omnis extincta *dum loq.* v z, *egregie.*
est, & pænè cum solo nomine relicta, quo seruiat.
Dent veniam tropæa Niliaca, sub quibus Æthiops,

& Indus intremuit. Contenta sit voce gloriæ suæ * & proxima illa ruina Carporum. Reseruetur nunciis iam iamque venientibus Mauris immissa vastatio. Aliis hæc permittente maiestate vestra celebrabo temporibus. DI Immortales, vota suscipio, * & ipsis qui gessere præsentibus. Illa verò Cæsar inuicte quæ ductu atque auspicio numinis tui gesta sunt, quorum etiam spectaculo fruimur sub hac occasione dignationis tuæ, sine dilatione dicenda sunt, eò magis quòd quamuis in communibus reip. bonis * necesse nobis gratulari quæ priora nobis sunt maxime sunt gratulationi. Statim itaque Gallias tuas Cæsar veniendo * vicisti: siquidem illa celeritas qua omnes ortus atque aduentus tui nuncios præuertisti, cepit oppressam Gesorigiam censibus muris pertinacem, tunc errore misero * Romano piraticæ factionis, atque illis olim mari fretis alluentem portas ademit. In quo diuina prouidentia tua, & par consilio effectus apparuit, qui omnem * sinum illum portus quem statis vicibus æstus alternat, defixis in aditu trabibus, ingestisque saxis, inuium nauibus reddidisti, atque ipsam loci naturam admirabili ratione superasti, cùm mare frustra reciprocum prohibitis fuga quasi illudere videretur, tanquam nullo vsu iuuaret inclusos,* quasi redire desisset. Quænam * vnquam mirabimur valla castrorum post hoc nouum in mari vallum? Quid erit mirum si * quæ murorum aut arieti non cesserit firmitas, aut machinas despexerit altitudo? cum Oceanus ille tanto * liberatus impetu, tanta mole consurgens, (siue vlterioribus, vt ferunt, terris repulsus, siue anhelitu quo respirat euectus, seu quacunque alia ratione motus) nunquam tua Cæsar claustra perfregerit, neque omnino conuellerit tot dierũ ac noctium receptu

etiam B

vt VB

Vide notas.

fecisti B

Romanum VCR Oceanum VBLC ill. sin. B

ad quos L f. vsquam

qua mur. VCR

f. libratus

receptu * recursúque, cùm tot interim, quâ terras *recurs. e.*
circumfluit litora solueret, ripásque destringeret,
vno illo (vt res est) loco aut potentia vestræ maiestatis inferior, aut pro debito vobis honore clementior. Xerxes, (vt audio) Persarum rex potentissimus, pedicas iecit aureas in profundum, Neptunum se dictitans alligare, * qui fluctibus ferociret: *quia s*
Stulta ille iactantia, & sacrilega vanitate. Atenim tua Cæsar diuiná prouidétia & efficaci est vsa consilio, nec insultauit elemento, vt non prouocaret odium, sed mereretur obsequium. quid enim aliud interpretemur, cùm statim atque obsidionem necessitas, & clementiæ vestræ fides soluerat eadem claustra qui primus insiluit æstus irruperit, totaque illa quoad vsus fuit inuicta fluctibus acies arborum veluti signo dato, & peracta statione dilapsa sit? Vt nemo dubitaret portum illum qui * piratæ, *Carausio.*
ne suis opem ferret, occlusus fuisset vobis ad victoriam sponte patuisse. Potuisset * enim Cæsar in- *f. enim uero*
uicte illo virtutis ac felicitatis tuæ impetu totum *Cæs.*
peragi continuò bellum, nisi ædificandis nauibus dari tempus rei necessitudo suasisset. Quo tamen omni nunquam ab eorum hostium euersione cessatum est quos * adiri continens * terra permisit. *adire c R*
abest V
Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæsar vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus * callidis interfluit, quamque diuortio sui *calidis V, Calidu B Emenda Scaldis ex L.*
Rhenus amplectitur, pænè (vt cum verbi periculo loquar) terra non est. Ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non solum * quæ manifestè palustris *quà c R.*
est cedat ad * nixum, & hauriat pressa vestigium, *nisum V B*
sed etiam vbi paulo videtur firmior pedum pulsu tentata quatiatur, & sentire se procul mota pondus testetur. Ita (vt res est) subiacentibus innatat, & suspensa latè vacillat, vt meritò quis duxerit exer-

cendum fuisse tali solo militem ad nauale certamen. Sed neque illæ fraudes locorum, nec, quæ plura inerant, perfugia siluarum Barbaros tegere potuerunt quominus ditioni tuæ diuinitatis omnes sese dedere cogerentur, & cum * coniugibus ac liberis, ceteroque examine necessitudinum, ac rerum suarum ad loca olim deserta transirent, vt quæ fortasse ipsi quondam deprædando vastauerant, culta redderent seruiendo. Quis hoc vnquam futurum, etiamsi coram * voluistis & affari, Deus ante vos Principes persuadere potuisset quod nunc vidimus, & videmus, totis porticibus ciuitatum sedere captiua agmina * Barbarorum, viros attonita feritate trepidantes, respicientes * annuam ignauiam filiorum, nuptas maritorum, copulatas vinculis, pueros ac puellas familiari murmure blandientes, atque hos omnes prouincialibus vestris ad obsequium distributos, donec ad destinatos sibi cultus solitudinum ducerentur. Insultare hercule communi Galliarum nomine libet, * (quod pace vestra loquar) ipsis triumphum assignare prouinciis. Arat ergo nunc mihi Caunus, & Frisius, & ille vagus, ille prædator exercitio squalidus operatur, & frequentat nundinas meas * core vænali, & cultor Barbarus laxat annonam. Quinetiam si ad dilectum vocetur, accurrit, & obsequiis teritur, & tergo coërcetur, & seruire, se militiæ * gratulatur. Quid faciam Cæsar * Aug^{te}? Ignosce si moror, ignosce si propero. multa enim illius temporis quo transitus in Britanniam parabatur admirabilia virtutum tuarum facta prætereo, dum festino cupidus ad singularem illam victoriam qua vniuersa resp. tandem est vindicata. Cuius magnitudo, Cæsar inuicte, hactenus explicabitur; vt prius dicam quàm necessarium illud, & difficile bellum fuerit,

quo

Marginal notes: coniugiis ac V — voluisset aff. L C — Francorum. — anui ign. V C R — s. & — puere V L C — nomine B C — abest s. prohe. non enim Augustus Cõstantius, qui dumtaxat Cæsar.

quo magis confectum sit. Minus indignum fuerat sub Principe Gallieno, quamuis triste, harum prouinciarum à Romano duce dissidium. tunc enim siue incuriâ rerum, siue quadam inclinatione Fatorum omnibus fere membris erat truncata resp. Tunc se nimium & Parthus extulerat, & Palmyrenus æquauerat, tota Ægyptus Syriæque defecerant, amissa Rhetia, Noricum Pannoniæque vastatæ. Italia ipsa, gentium domina, plurimarum vrbium suarum excidia mærebat. Non erat tantum doloris in singulis, cum pæne omnibus * careret. Nunc verò toto orbe terrarum non modò quâ Romanus *limes' fuerat virtute vestra recepto, sed etiam quâ hostilis edomito, cùm toties proculcata esset Alamania, toties * obstricta Sarmatia, *Virungi, Quadi, Carpi toties profligati, submittente se Gottho pace poscenda, supplicante per munera rege Persarum, vrebat animum (quod nunc denique confitemur) vna illa tanti imperij contumelia, eòque nobis intolerabilior videbatur, quòd gloriæ sola restabat. Et sanè non sicut Britanniæ nomen vnum, ita * mediocris iacturæ erat reipublicæ terra tanto frugum vbere, tanto læta numero * pascuorum, tot metallorum fluens riuis, tot vectigalibus quæstuosa, tot accincta portubus, tanto immensa circuitu. Quam Cæsar ille auctor vestri nominis cum Romanorum primus intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse, tantæ magnitudinis arbitratus, vt non circumfusa Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. Sed enim illa ætate nec Britannia vllis erat ad nauale bellum armata nauigiis, & Romana res inde iam à Punicis Asiaticisque bellis etiam recenti exercitata Piratico, & * postea Mithridatico, non magis terrestri quàm nauali vsu vigebat. Adhoc *natio etiamtunc rudis, & soli

careretur v. B.
abest v. B. Placet.
obtrita L.
Viturgi V.
f. mediocri
pastionum B.
Vide notas.
etiam nat. tunc B. Non placet

& soli Britanni Pictis modo, & Hibernis assueta hostibus, adhuc seminudis, facile Romanis armis signisque cesserunt. Prope vt hoc vno Cæsar gloriari in illa expeditione debuerit, quòd nauigasset Oceanum. Isto verò nefario latrocinio abducta primum à fugiente pirata classe quæ olim Gallias
adificatisque s tuebatur,*ædificatis præterea plurimis in nostrum modum nauibus, occupata legione Romana, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad dilectum mercatoribus Gallicanis, sollicitatis per spolia ipsarum prouinciarum non
his V mediocribus copiis Barbarorum, atque * iis omni-
auctoris sc bus ad munia nautica flagitij illius*auctorum ma-
vestris vs gisterio eruditis, exercitibus autem * nostris licet inuictis virtute, tamen in re maritima nouis, malam coaluisse ex indignissimo latrocinio belli mo-
audeb. vs lem * audiebamus, licet de exitu fideremus. nam &
videb. c, recti. accesserat diuturna sceleris impunitas, quæ desperatorum hominum inflarat audaciam, vt illam in-
vestram vs clementiam maris quæ victoriam * nostram fatali quadam necessitate distulerat pro sui terrore iacta-
esse bell. s rent; nec consilio intermissum * bellum esse, sed desperatione omissum crederent, adeo vt iam communis pœnæ timore deposito archipiratam satelles occideret, & illud auctoramentum tanti discriminis putaret, imperium. Hoc igitur bellum, tam
aditu vcr. necessarium, tam difficile * auditu, tam inueteratum, tam instructum, ita Cæsar aggressus es, vt statim atque illò infestum maiestatis tuæ fulmen intenderas confectum omnibus videretur. nam primò omnium, (in quo præcipuè consulendum fuit) ne quid Barbaræ nationes conuerso illuc Numine tuo nouare tentarent inuocata potestatis tuæ maiestate prouisum est. tu enim ipse tu domine Maximiane, Imp^tor æterne, nouo itineris compendio aduen-

aduentum diuinitatis tuæ accelerare dignatus, repentè Rheno institisti, omnemque illum limitem non equestribus, neq; pedestribus copiis, sed * potentiæ tuæ terrore tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maximianus in ripa; Tu verò inuicte Cæsar instructis armatisque diuersis classibus ita hostem incertum consiliique inopem reddidisti, vt tunc denique senserit quòd non munitus esset Oceano, sed inclusus. Hoc loco venit in mentem mihi quam delicata illorum Principum fuerit in administranda* rep. cũ laude felicitas quibus Romæ degentibus triumphi, & cognomina deuictarum à Ducibus suis gentium proueniebant. Itaq; Fronto, Romanæ eloquentiæ non secundum, sed alterum decus, cum belli in Britannia confecti laudem Antonino Principi daret, quamuis ille in ipso Vrbis Palatio residens gerendi eius mandasset auspicium, veluti lõgæ nauis gubernaculis præsidentem totius velificationis & cursus gloriam meruisse testatus est. Atenim tu Cæsar inuicte omnis istius & nauigationis & belli non modò pro imperij iure præceptor, sed rebus ipsis & exemplo constantiæ tuæ hortator atque impulsor fuisti. siquidem * magis Gesoriacensi litore quamuis feruidum inuectus Oceanum, etiam illi exercitui tuo quem * Sequanam fluctus inuexerat irreuocabilem iniecisti * in eis ardorem, adeo vt cunctantibus adhuc Ducibus, cælo & mari turbidis, vltrò signum nauigationis exposceret, quædam minacia signa quæ videbantur contemneret, die pluuio vela faceret, ventum, quia directus non erat, captaret obliquum. quis enim se quamlibet iniquo mari non auderet credere te nauigante? Omnium (vt dicitur) accepto nuncio nauigationis tuæ vna vox & hortatio fuit, Quid dubitamus? quid moramur?

præsentia VCR

rep. & adipiscendæ laude VBG

Prior RE.

Vide notas.

Sequana fl. L.

menta VRL.

Ipse iam soluit, iam prouehitur, iam fortasse peruenit. Experiamur omnia, per quoscunque fluctus eamus. Quid est quod timere possimus? Cæsarem sequimur. Nec fefellit opinio vestræ felicitatis. siquidem (vt ex ipsorum relatione competimus) ad tempus ipsum tantæ se dorso maris nebulæ miscuerunt, vt inimica classis apud Vectam insulam in speculis * & insidiis collocata ignorantibus omnino hostibus præteriretur, ne vel moraretur * ipse tum, quamuis non posset obsistere. Iam vero quòd idem ille vestro auspicio inuictus exercitus statim atque Britanniæ litus inuaserat vniuersis nauibus suis iniecit ignes, quinam alij nisi diuinitatis vestræ monitus impulerunt? aut quæ alia ratio persuasit nullum præsidium fugæ reseruare, nec veteri dubia bellorum, nec Martem (vt dicitur) putare communem, nisi quòd * vestri contemplatione constabat de victoria non posse dubitari? Non * illic tunc vires, non * Romana robora, sed vestra Numina cogitauerunt. Proposito qualicunque prœlio certam sibi spondere fortunam non tam est fiducia militum, quam felicitas Imperatorum. Ipse ille autem * signifer nefariæ factionis cur ab eo litore quod tenebat abscessit, cur classem portumque deseruit, nisi quòd te Cæsar inuicte, cuius imminentia vela conspexerat, timuit iam iamque venturum? Vtcunque cum Ducibus tuis maluit experiri quàm præsens maiestatis tuæ fulmen excipere. Demens, qui nesciebat quacunque * fugerat vbique * numina vestræ diuinitatis esse vbi vultus vestri, vbi signa colerentur. Te tamen ille fugiens incidit in tuorum manus, à te victus, à tuis exercitibus oppressus est. Denique adeò trepidus, & te post terga respiciens, & in modum amentis attonitus properauit ad mortem, vt nec

Marginal notes: atque vt · impetum VBLC · vestra V · illi V · humana V · Allectus. · fugeret VB · tum VIC

nec explicarit aciem, nec omnes copias quas trahebat instruxerit, sed cum veteribus * illius coniurationis auctoribus, & mercenariis cuneis Barbarorum tanti apparatus oblitus irruerit. Adeo Cæsar * hoc etiam reip. tribuit vestra felicitas, vt nemo fere Romanus occiderit imperio vincente Romano, omnes enim illos (vt audio) campos atque colles non nisi teterrimorum hostium corpora fusa texerunt. Illa Barbara, aut imitatione Barbariæ olim cultu vestis, & prolixo crine rutilantia, tunc verò * vulnere, & cruore fœdata, & in diuersos situs * structa, sicuti dolorem vulnerum fuerant secuta, iacuerunt, atque inter hos ipse vexillarius latrocinij, cultu illo quem viuus violauerat sponte deposito, & vix vnius * velaminis repertus indicio. Adeo verum sibi dixerat morte vicina, vt interfectum se nollet agnosci. Enimuero Cæsar inuicte tãto Deorum Immortalium tibi est * addicta consensu victoria omnium quidem quos adortus fueris hostium, sed præcipuè * interiectio Francorum, * & illi quoque milites vestri qui per errorem nebulosi (vt paulo antè dixi) maris abiuncti ad oppidum * Londiniense peruenerant quidquid ex mercenaria illa multitudine Barbarorum prœlio superfuerat, cum direpta ciuitate fugam capessere cogitarent, passim tota vrbe * confecerunt, & non * solam prouincialibus vestris in cæde hostium * dederunt salutem, sed etiam in spectaculo voluptatem. O victoria multiiuga, & innumerabilium triumphorum, qua Britanniæ restitutæ, qua gentes Francorum penitus excisæ, qua multis præterea gentibus in coniuratione illius sceleris deprehensis imposita est necessitas obsequendi, denique ad perpetuam quietem maria purgata sunt! Gloriare * tu verò Cæsar inuicte alium te orbem terrarum

illi v a c · *etiam loc a* · *puluere v a c* · *tracta a* · *abest a* · *addita V.* · *interuectio v a* · *scribe internecio ex L C* · *vt v a L* · *Londunense V* · *Londonense a* · *confecerint L C* · *solum a* · *dederint L C* · *verò tu c*

reper., qui R. VBLC

bluunt ABC

abest VBL, probe.

quàque B

irrup. VB

est seruit. V.

Metias V Meotias B f. Maotias

rarum * peperisse, & Romanæ potentiæ gloriam restituendo naualem addidisti imperio terris omnibus maius elementum. Confecisti inquam bellum Cæsar inuicte quod cunctis impendere prouinciis videbatur, tamque latè vagari & flagrare poterat quàm latè omnis Oceanus, & mediterranei sinus * abluunt. neque enim si metu vestri lues illa solis Britanniæ visceribus intabuit, idcirco nescimus quanto se aliàs furore iactasset si fiduciam peruagandi quà patebat habuisset. nullo siquidem certo fine montium, aut fluminum terminabatur quem dispositę limitis custodię * non tuerentur; sed vbique nauis, licet nobis virtutem felicitatemque vestram haberemus, magnis tamen terroribus imminebat quà iacent maria, * quà venti ferunt. recursabat quippe in animos illa sub Diuo Probo & paucorum ex Francis captiuorũ incredibilis audacia, & indigna felicitas, qui, à Ponto vsque correptis nauibus, Græciam, Asiamq; populati, nec impune plerisq; Libyę litoribus appulsi, ipsas postremò naualibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas, & immenso itinere peruecti Oceanum quâ terras * rupit intrauerant, atque ita euentu temeritatis ostenderant nihil esse clausum piraticæ desperationi quò nauigiis pateret accessus. Itaque hac victoria vestra non Britannia solum * seruitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta, quæ maritimo vsu tantum in bello adire periculi poterant quãtum in pace commodi consequuntur. Nunc secura est (vt de latere Gallico taceã) quamuis pæne conspicuis litoribus Hispania, nunc Italia, nunc Africa, nunc omnes vsque ad * Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes. Nec idcirco minoribus gaudiis fruuntur dempto periculi metu quòd experiundi necessitate

cessitate caruerunt, sed hoc* ipsum & in administratione* vel* prouidentiæ vestræ, & infectione fortunæ impensius gratulantur, quòd tanta illa vis nauticæ rebellionis in vestigiis suis concidit. * Atque ipsam Britanniam, quæ sedem tam diuturno sceleri præbuisset, constat victoriam * sola sui restitutione sensisse vestram. Meritò igitur statim atque ad litus illud*exoptatus olim vindex & liberator appuleras obuius sese maiestati tuæ triumphus effudit, exultantesque gaudio Britanni cum coniugibus ac liberis obtulerunt, non te ipsum modò, quem vt cælo delapsum intuebantur, sed etiam nauis illius quæ tuum Numen aduexerat vela remigiaque venerantes, paratique te ingredientem stratis *sensere corporibus. Nec mirum si tanto gaudio ferebantur, post * tot annorum miserrimam captiuitatem, post violatas coniuges, post liberorum turpe seruitium tandem liberi, tandemque Romani, tandem vera imperii luce recreati. siquidem præter illã clementiæ vestræ pietatisq; famam, quæ communi gentium voce* celebratur, in ipso Cæsar tuo vultu videbant omnium signa virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecũdiæ, in sermone iustitiæ. Quæ singula vt respectantes *agnouerant, lætitiæ clamoribus concinebant, vobis se, vobis liberos suos, vestris liberis * omnes generis sui posteros deuouebant. Nos quidem certè, ô perpetui parẽtes & domini generis humani, hoc à DIs immortalibus omni votorum nuncupatione deposcimus, vt liberi nepotesq; nostri, & siqua omnibus sæculis erit duratura progenies, *cùm vobis, tùm etiã his quos educatis, atque educabitis dedicentur. quid enim melius posteris * vestris optare possumus quã quo fruimur ipsi? Tenet vno pacis amplexu Romana resp. quidquid variis temporum vicibus

ipso L.
abest B.T.C.
Vide not. at.
f. Atque
vest. fil f. rest.
sensi B
adoptat. V
Non placet.
sentire vex.
scilicet decem.
celebrabatur VB
aduerterant B.
inepte omnibus VC
Non placet.
tùm V
nostris vex.

vicibus fuit aliquando Romanum, & illa quæ sæpe veluti nimia mole defluxerat magnitudo tandẽ solido cohæsit imperio. Nihil ex omni terrarũ cæliq; regione nõ aut metu quietum est, aut armis domitũ, aut pietate deuinctũ. Et ex aliis quidẽ partibus aliqua restãt, quæ (si volũtas vel ratio *rerum* desiderent) possitis acquirere, vltra Oceanum verò quid erat præter Britanniã? Quæ à nobis ita recuperata est, vt illæ quoq; nationes terminis eiusdem insulæ cohærentes vestris nutibus obsequantur. Nulla progrediẽdi causa superest, nisi si (quod Natura vetuit) fines *ipsius* quærãtur Oceani. Omnia inquã inuictissimi Principes vestra sunt quę *sunt digna vobis. Et inde est quòd consulere singulis æqualiter licet, cũ vniuersa teneatis. Itaq; sicuti pridem tuo Diocletiane Aug[ti] iussu *suppleuit deserta Thraciæ translatis incolis Asia, sicut postea tuo Maximiane Aug[ti] *nutu Neruiorũ & Treuerorũ arua iacentia* lætus postliminio restitutus & receptus in leges Francus excoluit, ita nunc per victorias tuas * Constantine Cæsar inuicte quidquid infrequens Ambiano, & Bellouaco, & *Trigastino solo, Lingonicoque restabat * Barocultore reuirescit. Quinetiã illa cuius nomine mihi peculiariter gratulandũ deuotissima vobis ciuitas Æduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ prouinciæ redundabant, accepit artifices, & nunc extructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum instauratione consurgit. Nunc sibi redditum vetus illud Romanę fraternitatis nomen existimat, cùm te rursus habeat conditorem. Dixi, Cæsar inuicte, prope plura quam potui, sed pauciora quam debui. Vt iustissima mihi causa sit propitio * munere tuo & nunc desinendi, & sæpe dicendi.

Marginal notes: *rerum* a; abest V; dig. sunt a; imp'euit a; abest a; velut postl. L; Constanti Cæs. LC; Tricasino VL; Barbaro LC; Numine VAE

CLAV-

CLAVDI MAMERTINI
PRO CONSVLATV GRATIARVM ACTIO IVLIANO A.

XI.



ETsi scio te Imperator *, & cunctos *Auguste z*
qui consilium tuũ participant pos-
se mirari quòd nunc demum gra-
tias agere exorsus sum, quasi be-
neficia in me tua cœperint à Con-
sulatu, fatebor tamen quod ingenij
(cuius me pœnitet) conscius etiam nunc tacere vo-
luissem, & prorumpens licet huius muneris gau-
dium * in tam arcanæ lætitiæ conscientiam coërce- *intra arc. v z*
re. Sed * siue errorem nostrum, siue consiliũ conge- *f. cum*
sta & coaceruata in vnum beneficia * vicerunt, at- *f. vicerint*
que in id * redegerunt necessitatis ambiguum, vt *f. redegerint*
mihi aut indiserti, aut ingrati esset fama subeunda;
malui eloquentiam potiùs quam pietatem erga te
officiumque meum desiderari. Et sane in his hono-
tibus quibus me prius * honestaris minor esse cau- *honestaras z*
sa ad agendas gratias videbatur. nam cùm me æra-
rium publicum curare voluisti, cum quæreres vi-
rum animi magni aduersus pecuniã, liberi aduer-
sus offensas, constantis aduersus inuidiã, * me (qui *meque z*
tibi viderer eiusmodi) dilegisti, idque eo tempore
quo exhaustæ prouinciæ partim nõ minus * exitia- *exitialibus V*
bilibus quam pudendis præsidẽtium rapinis vltrò
opem Imperatoris exposcerent, * partim milites *abest v z c.*
sæpe anteactis temporibus ludo habiti * cùm præ- *abest v z*
sens stipendium flagitarent, quoquo modo videbar
hono-

honorem onere pésare. At cùm me Prætoriis præfecisti,& prouincias de te egregiè meritas meę fidei tutelęque mandasti, ingens iudicij tui fuit munus; sed in eo non mihi solum, quem tāta potestate succinxeras, verumetiam negotiis tuis * commendasse aliquatenus videbare. Porrò in decernendo Consulatu remotis vtilitatibus tuis rationem meæ solum * vtilitatis habuisti, nam in administrationibus * labor honori adiungitur, in Consulatu honos sine labore suscipitur. In illis si læteris, cupidæ ambitionis esse videaris, in hoc nisi apertè & propalā læteris, ingratus sis. Huc accedit quòd ipsa * hæc vrbs, atque hoc augustissimum cōsilij publici templum officium huius orationis efflagitant. Hæc tibi, nominis noui, sed antiquissimæ nobilitatis, ciuitas * est patria, hic primū editus, hic quasi quoddam salutare humano generi sidus exortus *. Hi ciues & populares tui silere me non sinunt, nec patiuntur vt quisquam alius auspicatissimo die apud te, ac de te loquendi munus vsurpet quam is qui amplissimo sit prædītus magistratu. Putant aliquid adiicere ad splendorem laudum tuarum Consulis nomen, & rectè putant, adijcitur enim laudum dignitati honore laudantis. Ac licet maximè Imp^{ri} publico iudicio & nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa quæ pro summa re domi forisque gessisti nunc ex parte maxima prætermittam, vt * quanto totius ad ea quæ propria sunt perueniat oratio. An ego nunc receptas virtute tua Gallias, Barbariam omnē subactam pergam quasi * inaudita memorare, quæ in hac * Romani imperij parte gloriosissima sint famæ laude celebrata, intantum vt * fratris Imperatoris mererentur inuidiam? quid enim à te aliud consortis * Imperatoris alienauit animum nisi gloriæ tuæ splendor?

Testor

Marginal notes: commendasse l. — dignitatis v B C, l abest B — Constātinopolis — patriæ est v B, f. at — quanto ocius v C — noua & v B C, abest V — Imp frat. B deleā, vt glossema.

Testor Immortalem Deum,*& 'ad vicem Numinis mihi sanctam conscientiam meam, me multa constanter in hac *vrbe fuisse dicturum de his quæ aduersus * optimum Imperatorem inclementer & impiè cogitata atque suscepta sunt si etiamnunc hominum cætus Diuus * Augustus' frequentaret. Nunquam profectò liberi ciuis; * &' boni Senatoris officio defuissem, quominus redarguerem & conuincerem eas illi in te odij fuisse causas quæ amoris inflammatrices,& fidei obsides esse debuerunt. Florentissimas quondam, antiquissimasque vrbes Barbari possidebant, Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis seruiebat. Porrò aliæ quas à vastitate Barbarica terrarum interualla distulerant iudicum nomine à nefariis latronibus obtinebantur. Ingenua indignis cruciatibus corpora. Nemo ab iniuria liber, nemo intactus à contumelia, nisi qui crudelitatem prædonis precio mitigasset. Vt iam Barbari desiderarentur, vt præoptaretur à miseris fortuna captorum. In hoc statu Imperator noster Gallias nactus nimium habuit aduersus hostem laboris atque discriminis, (Vna acie Germania vniuersa deleta est, vno prœlio debellatum *) sed emendatio morum, iudiciorumque correctio & difficile luctamen, & periculi plenum negotium fuit. nam vt quisque improbissimus erat, ita maximè Cæsaris rebus inimicus, vitandis legum pœnis de nouo scelere remedia quærebat, & quia defendere admissa flagitia non poterat, in vltorem iuris inuidiam congerebat. Et cum sancti Principis* merces atque instituta falsarum * opinionum', vituperationum licentiam submouerent, callido nocendi artificio accusatoriam diritatẽ laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quasi per beneuolen-

testor a c
potissimum a
id est, sa.
constantius
vbc abest a
est v
mores vi
abest alc

uolentiam illæ iactantes, Iulianus Alamaniam domuit, Iulianus vrbes Galliæ ex fauillis & cineribus excitauit. Illæ prouinciæ obsessæ, * expugnatæ, ferro igníque vastatæ beatiores sunt his oppidis quæ habet sine hoste Constantius. Æstates omnes in castris, hiemes in tribunalibus degit. Ita illi anni spatia diuisa sunt, vt aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura restituat, perpetuum professus aut contra hostem, aut contra vitia certamen. Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. si enim comminisci aliqua flagitia tentassent, facile ipso splendore laudis & gloriæ refutarentur. Inuenerunt accusandi genus quod nullus refelleret. Sed quid (oro vos) Principem nostrum facere debuisse censetis? Romanas vrbes hostibus dederet, ne animum fratris offenderet? Prouincias firmissimas, vtilissimasque reip. sub obtutibus suis vexari ac diripi fineret, ne quid Augustus quod nollet audiret? Flagitiis administrantium non modò frena laxaret, sed etiam stimulator accederet; ne inter Principes faceret morum dissimilitudo discordiam? Nobilem Etruriæ adolescentem ferunt, cùm propter eximiam formæ dignitatem multarum in se feminarum amores excitaret, faciem suam ad oblitterandam pulchritudinem vulneribus sauciasse. Sed facile fuit iuueni dignitati corporis decorem animi præponenti & candorem decolorare, & oris nitorem altè impressis cicatricibus deuenustare. Num aliquid * aduersus huiusmodi amorem ciuium facere debuit Iulianus? * Ac ne potuit quidem? Nisi forte existimamus patientes vulnerum formas esse virtutum. Scilicet & candorem æquitatis potuit obumbrare, & à temperantia purpuram * sui ruboris abolere, vicem fortitudinis indignis

expug. ca

huiusm. adu. recti.

f. At

sancti rub. VCR.

indignis confodere vulneribus, eruere oculos*prouidentiæ! * Deinde nisi ille adolescens seueram manum proprijs vultibus intulisset, dies & mora, *non longa ætatis successio omnem illum florem corporis peremisset. At in virtutibus Principis nostri quanto ætas prolixior, tanto pulchritudo præstantior. Mitto cunctam Barbariam aduersus vindicem Romanæ libertatis in arma cōmotam, gentésque*recensuitas,& *aduersus iugum nuper impositum ceruice dubia cōtumaces, * irrediuiuo furore nefandis stimulis excitatas. Quæ omnia obstinatam & immobilem Principis maximi tandē vincere patiētiam. Itaque cum *ipso molimine oppressisset Alamaniam rebellantem, qui paulo antè inaudita regionum, fluuiorum, montium nomina exercitu victore peragrauerat, per vltima ferarū gentium regna, calcata regum capita superuolans, in medio Illyrici sinus improuisus apparuit. Vidimus felices illius * comites viæ stupentes, vrbium populos dubitasse credere quæ videbant. Non aliter consternatas arbitror gentes quæ*prolapsum cælo excepere Palladium. Virgines, pueri, feminæ, tremulæ anus, titubantes senes non sine magno attoniti horrore cernebant Imperatorem longam viam sub grauium armorum onere currentem, properantis anhelitum sine sensu *lassitudinis, crebriores sudorum riuos per fortia colla manantes, & inter illum pulueris qui barbam & capillum onerarat horrorem micantia sidereis ignibus lumina. Voces gaudentium oppresserat miraculi magnitudo. Cessabant officia laudandi plus quam laudanda cernentibus. * Sufficeret quidem ad expeditionem præsentium negotiorum sola properatio, sed non sufficit Principi nostro reip. vna ratione cōsulere. Multa pariter aggreditur pectus nullis vnquam laboribus

[Margin: f prudentia · Dein V C · ae V B · recens victas L · aduersum V · in rediuiuum · furore V L B C · in B C · viæ com. B · primi lapsum V · lassit. crebriorem sud. V C · Sufficere q. poterat ad exp. B C]

fatigatum. Vt vno eodémque tempore & componeret fidissimarum prouinciarum statum, & Barbariam omnem admoto propius terrore percelleret, longissimo cursu Istrum placuit nauigari. Prò sancta diuinitas, quæ nauigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem incliti fluminis ripam vtriusque sexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo prætexeret, despiceretur ad læuam in miserabiles preces genu nixa Barbaria? Omnes vrbes quæ Danubium * incolunt * auditæ, omnium audita decreta, leuati status, instauratæque fortunæ, innumerabilibus Barbaris data venia, & munus pacis indultum. Qui properationem illam contemplabitur, nihil legisse præter viam Imperatorem putabit, qui gestarum rerum multitudinem considerabit, properasse non credet. O facundia potens Græcia, omnium tuorum principum gesta in maius extollere sola potuisti, sola factorum glorias ad verborum copiam tetendisti. Tu ᵃnauem vnam propter aurati velleris furtum, & ᵃvirginis raptum in cælum vsque sublatam sideribus consecrasti. Tu puerum inuentorem serendi draconum alitum curru volantem semina in terras sparsisse iactasti. Quid tu si ad scribendas celebrandásque res Principis nostri animum adieceris de Iuliani lembis liburnísque factura es? quæ non modò nihil cuiquam ᵃadimunt, neque vrbes hospitas * populant, sed vltrò omnibus populis immunitates, priuilegia, pecunias largiuntur. Qua dignitate describes classem per maximi fluminis tractum remis ventísque volitantem, tum Principem nostrum alta puppe sublimen non per eiusmodi agros frumenta spargentem, sed Romanis oppidis bonas spes, libertatem, diuitias

incolunt. id est, accolunt
auditæ VBLC
ᵃ *Argo.*
ᵃ *Medea*
ᵃ *vt Argo illa*
populantur C

uitias diuidentem, tum ex parte altera in Barbaricum solum terrorem bellicum, trepidationes, fugas, formidines obserentem? Iam quale *a* id' *illud v B*
fuit, quòd Istrum adhuc nauigans beneficia tua vsque ad Adriam, Tyrrhenum, * Mæotidem por- *perotium v*
rigebas? ipso enim tempore leuati equorum pre- *Mereotium B* *Indreotuum*
tijs enormibus Dalmatæ, Epirotæ *a* intollerandi *adincitas v B*
tributi mole depressi prouidentia Imp^ror tua non modò miserias exuerunt, sed amplam etiam atque opulentam * reuexerunt fortunam. *reuexere v* Vrbs Nicopolis, quám Diuus Augustus in monumentum Actiacæ victoriæ tropæi instar extruxerat, in ruinas lacrymabiles prope tota conciderat, laceræ nobilium domus, sine tectis fora, iam dudum aquarum ductibus pessumdatis plena cuncta squaloris & pulueris. Certamen ludicrum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis mæsti deforme iustitium. Ipsæ illæ bonarum artium magistræ & inuentrices Athenæ omnẽ cultum publicè priuatímque perdiderant. In miserandam ruinam conciderat * Eleusina. Sed vniuer- *f. Eleusin in B*
sas vrbes ope Imp^ris refotas enumerare perlongum *est Eleusina conciderant,*
est, scire satis est cunctas Macedoniæ, Illyrici, Pelo- *inepte*
ponesi ciuitates vnis, aut binis epistolis maximi Imp^ris repentinam induisse nouatis mœnibus iuuẽtutem, aquas omnibus locis scatere, quæ paulo antè arida & siti anhelantia visebantur ea nunc perlui, * mundari, madere, fora, deambulacra, gymna- *f. inund.*
sia lætis & gaudentibus populis frequentari, dies festos & celebrari veteres, & nouos in honorẽ Principis consecrari. Si quis mortalium in aliquam cælestem speculam nube sublatus paulo antè vidisset mæsta omnia, semiruta oppida, desolata mœnia, ab indigenis solitudinem, exulũ turbam, is si nũc in illud idem editũ reponatur, ac despiciat cuncta

lætantia, agros consitos, vrbes frequẽtes, aquas op-
influent. v 2 c pidis * fluentes, magnifico cultu non priuatas ędes,
publica tecta v 2 sed * magnifica tecta surgentia, dites pro terrarum
ingenijs messibus segetes, vincentes agricolarũ vota
vindemias, arduos colles, profundásq; valles, & la-
ta camporum balatu, hinnitu, mugitibus persona,
profecto mirabitur tam breui cuncta mutata, desi-
liet è nubibus, & viciniam cæli cupidè derelinquet,
vt tuis Imp^tor terris fruatur. Illud vero cuius mira-
culi est, neminem vllum in tanto rerum paratu
sensisse dispendium, in omnia pecuniam ab Impe-
ratore depromi, & quoddam versa vice prouincijs
pẽdi tributũ, illinc ad vniuersos fluere diuitias quò
prius vndiq; cõfluebant? Vt in maxima quæstione
sit à quo accipias Imperator, qui sic omnibus lar-
giaris. Sed qui vitæ tuæ instituta rationémque cog-
nouerit, facile fontem copiæ huius inueniet. Maxi-
mum tibi præbet parsimonia tua Auguste vectigal.
proprias v 2 quidquid enim alij in * prodigas cupiditates pro-
sup propr. c digebant, id omne nunc in vsus publicos reserua-
is v tur. Hucusque solus ⸗ hic' fructus imperij puta-
batur, vt Imp^tor à cæteris ciuibus non fortibus
gloria 2 c factis, nec splẽdore, ⸗ sed magnitudine sumptuum
separaretur. Inde nihil necessariæ substructionum
aulicorum cat. 2 c in ædibus moles, ingentes * auxiliorum cateruæ le-
gionum sumptum facile vincebãt. Quinetiã pran-
atque cen. v diorum * & cenarum ⸗ magnitudines * Romanus
laborata v 2 c populus sanciebat, cum quæsitissimæ dapes nõ gu-
e.p. sititob. v 2 c stu, sed difficultatibus æstimarentur, miracula auiũ,
longinqui maris pisces, alieni temporis poma, ęsti-
uæ niues, hibernæ rosæ. Hæc cuncta animus volu-
ptatum omnium victor abiecit. nequæ enim com-
parandæ sunt picturatæ marmorum crustæ, & soli-
f. 6 do auro tecta laquearia ⸗ qui maiorem anni partem
in nuda humo cubet, & cælo tantum tegatur, neque
turbæ

turbæ institutorum ad delicias ministrorum ⸗ cui *s. et*
tam pauca sint ministranda, neque tempus epularum ei qui sæpius statarium prandium ad necessitatem humani corporis capiat, gaudés castrensi cibo, ministro obuio, & poculo fortuito. Sed inter hæc mirari satis nequeo quòd tam * parcus seuerè *seu parc in*
sibimet in ciues suos tam liberalis est ac remissus, *semet in ciu. VBC*
laborum asperrima sibi sumens, vt nos quietis rebus agitemus, cum ⸗ id' vsu venire animaduerta- *illud VB.*
mus, vt qui remotam à voluptatibus vitam sequantur difficiles & morosi sint, sibi parum læti, sed alijs tristiores, mæstas atque sollicitas * & priuatas do- *etiam priu.*
mos faciant. At sanctissimus Imp^tor ⸗ studet vt nos *VB*
pro dignitate habitemus, vt commodis affluamus, *impensè VBE*
vt castam quidem, sed hilarem ducamus ætatem, cum alios Principes labor truces, remissos desidia reddiderit, sempérque serijs Imperatoribus gratia, * communibus defuerit industria. Neq; quisquam *cōmibus a cōibus*
sibi molestus ita se facilem ceteris præbuit, vt non ad suum exemplum alios coërceret. Noster Imp^tor nihil sibi veniæ, nihil ceteris molestiæ ac laboris impartiens, suo negotio omnibus otium præstat, diuitiarum largitor, curarum auarus, laboriosissima negotiorum præoptans ipse agere quam alijs imperare. Multi post exactos Reges imperiū vniuersæ reip. solitarium cupierunt. Nota sunt recordantibus nomina eorum videlicet * qui nō propria fe- *qui in prop. fur. VBLC*
rentes affectati regni supplicia pependerunt. Mitto veteres qui ⸗ Saxo * præcipites dati, quorum bona *rupe Tarpeia præcipi d. V.*
publicata, domus erutæ, inter dicta posteris nomina, non paucos huiusmodi furore vecordes * & *etiam n. VE*
nostra ætas tulit, qui propter cæcam imperandi cupidinem in ferrum ruerunt. Si hos Deus paulisper vitæ redditos alloquatur, Heus (verbi gratia) Nepotiane atque Siluane. Per infestos gladios,

*ponẽtẽſſe; mortes imperiũ petiuiſtis. At nũc vltrò vobis poteſtas regnandi datur, vt ea qua Iulianus cõditione regnetis, vt pro omnium otio die nuctúque vigiletis, & cùm Domini vocemini, libertati ciuium ſeruiatis, ſæpius prœlium quàm prandium capeſſatis, nihil cuiquam auferatis, & vltrò omnibus largiamini, nulli gratificemini, in neminem ſęuiatis, toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur, ſit lectulus etiam ſine *inconceſſis, *ſed legitimis voluptatibus, Veſtalium toris purior, æſtate Alamanicum puluerem, hieme pruinam Thraciæ intectis verticibus perferatis. Profectò verborum ipſorum moleſtiam delicatæ aures non poterũt ſuſtinere, : tantis negotijs territi, non modò imperium, ſed etiam vitam peroſi, ad inferiores aliquos Inferos redire properabunt. Videbunt enim iuſtum Principatum laboribus, : curis, vigilijs inquietum, cuius illi faciem amœnam & amabilem contemplantes laborum aſpera non videbant. Cùm igitur inter egregia negotia itinere confecto vſq; ad Thraciæ fines peruentum foret, *curſum * depoſito exercitus commeatu, ad Romanam vrbem, annonæ vacuam, mentem reflexit. Quemlibet alium à ſubueniendi conatibus grauiſſima fames, triſtiſſimum reip. periculum deterruiſſet. Sed ſtipendijs prouinciarum, & patrimonij ſui fructibus, tum vndique * frumentis coëmptis vſque ad *opulentiam abundantiámque eſurientem iam Vrbem *refecit. Dicet aliquis, Quomodo tam multa tam breui tempore? Et rectè. Sed Impor noſter addit ad tempus, quod otio ſuo detrahit. Nihil ſomno, nihil epulis, nihil otio tribuit, ipſa ſe naturaliũ neceſſariarúmq; rerum vſurpatione * defraudat, totus * commodis publicis vacat. Itaque grandæuum iam imperium videbitur his qui non ratione dierum, aut menſium,

Margin notes: pro ẽnt V R / ſpũte, que C / conc. V B / ſ & / ſ & / abſunt a / curſum P L C / deposito V B / & B C / eos(?) ſtum. / Z / ad ubertatem / ac abundantiam / cur. C / ſupplet V C R / defraudat V P / publicis, com. B

sium, sed operum multitudine, & effectarum rerum modo Iuliani tempora metientur. Cùm Romani populi victus, & exercitus commeatus esset in * nauibus, in media expediendæ annonæ trepidatione nuncius venit plurimas naues Africano tritico graues litus Achaicum præteruectas Constantinopolim peruolasse. Permoti omnes, & aduersus eos quæ oram maritimam tuebantur irati, venimus ad Principem, desidia *iudicum tãtum perisse frumenti certatim pro se quisque cõquerimur. At maximus Imp^tor serenum renidẽs nihil esse peccatum, non sibi perisse quæ ad hanc vrbem fruméta venissent. Nos vocem illam noti amoris in patriam putabamus, cùm * proditorem futuri verborũ ambage celaret. iam tum enim venturæ felicitatis *conscius * diuinus animus præuidebat. Cis pauculos dies in nouum ac florentem statum rep. restituta, sacra mens ad honorum & magistratuum ornaméta respexit. Versari cœpit in sacri pectoris comitio Consulatus. Quid secutus sit ipse scit, & quæcunq; consilia eius gaudet formare diuinitas. De omnibus Romani imperij viris primus electus sum, cùm honorem meum adoreis militaribus gloriosus collega cumularet. Gratias tibi gratias Imp^tor, si mereri me credidisti, & plures gratias Imp^tor, si tantum amasti, vt me Consulem faceres etiam non merentem. Nec ignoro maximos honores ad parum dignos penuria meliorum solere deferri, sed non vereor ne quis maleuolorũ in Consulatu * eo id autumet accidisse. Si quis hoc liuidus iactitat, ipso tempore refutatur. Aduersus quem dixisse satis est, Iam *tamẽ Principi nostro Roma *parebat. Quid quòd nhil speranti mihi de honoris augmento (neque enim vltra Præfecturam se votorum meorum modestia porrigebat) *præfertur nuncius Consulem me

man. B C, inepte
ind. v indigum C, vtrumque mendose.
proditionem V B L O
essentum B C
diuinis V C R
V C R Non placet.
Flauius Neuita.
meo V B L Q
tum V B
patebat O
perfertur C

me creatum sine impendio, quod iam diu paucis;
sine labore, quod nũquam, sine petitione, quod ne-
mini? Quis ignorat tum quoque cum honores po-
puli Romani suffragijs mandabantur multos fuis-
se candidatorum labores? Ediscenda omnium no-
tributim hom. VB mina, * tribuum homines, atque etiam singuli sa-
prensanda V lutandi, * prænsandæ obuiorum manus, omnibus
arridẽdum, non solum cum infimis, sed etiam cum
ignotis familiaritatis imago simulanda, multáque
alia propter honorem agenda quæ aliàs virum ho-
L. Crassi. nore dignum facere non deceret. Vnde illud ❡Cras-
si celebre dictum, cum peteret Consulatum, & for-
Q. Mucio Scæuola. te cùm ❡Scæuola socero per vias Vrbis incederet,
nec præsente grauissimo & seuerissimo viro blan-
diri populo, palpare obuios, & artes petitorias au-
deret exercere, Quæso (inquit) Muci paulisper abs-
f. me cedas, nec ❡comitatu tuo honestari putes. Impe-
dis honorem meum, te spectante ineptus esse non
fautorem BC possum. At verò ego nullius * amorem turpi assen-
tatione promerui, nihil feci ineptũ, nihil egi quod
spectare Mucium nollem. Non modò nullum po-
ipsum VBC pularium deprecatus sum, sed ne te quidẽ ❡Imp^tor^,
quem orare præclarum, cui preces adhibere plenis-
saltim V simum dignitatis est, verbo * saltem adij. Sponte in
meam B familiam ❡diuinum istud ❡munus infusum est, Fa-
à te VBC tebor autem tibi maxime Imp^tor^, & tuto apud te
omnia V B C ❡animi * opera reserabo. Nunquam in capita ciuium
operta BC potestatem, nunquam * prouinciam concupiui, sed
prouincias VB quia iuuanda etiam à me videbatur pro virili por-
tione resp. cum ad magistratum vocarer propter
opinionem desidiæ non refugi. Negotiũ publicum
ambitor V C neque * ambitu appetij, neque per timiditatem, aut
Glossema sunt. ignauiam recusaui, sed à teneris annis ❡ab ætate
puerili ad hanc vsque canitiem Consulatus amore
flagraui. Secundum etiam tibi cõfessionis gradum

debeo.

debeo. Cum in aliorum Principum esset potestate resp., diu inanem cupiditatē sine spei solatijs foui. vnde enim mihi aspirandi ad hoc nomen esset amētia, opum vacuo, & ignaro *ambiēdi? *nam primum cùm Cæsar esses, marcentem iam cupiditatis meæ flammam spei bonæ flatibus excitasti. Cùm verò te Auguste mirificum innocentiæ ac virtutum spectatorem viderem, tunc *mecū dixi, Mamertine *hucusque non frustra vixisti. Habes idoneum fidei, ac industriæ iudicem. Memento in magno res tuas esse discrimine. Scietur non meruisse te Consulatum si tibi *non detulerit hic Imp^tor. Habes Auguste proditionem silentij mei, & rem à me non breuis æui taciturnitate celatam. Nondum tamen cuncta prodidimus. Nullum hinc iam mecum volo referre secretum, omnia pectoris arcana vacuabo. Suspendisses beneuolentiam tuam, & tuæ istæ in me liberalitati contra mores tuos artificij aliquid addidisses, forsitā rogassem. Parui autem Imp^tor putas esse beneficij quod rogandi mihi periculum * commisisti? periculum inquam, sanctissime Imp^tor, si præstare dubitasses, si in posterum distulisses, quid *inde' fieret post repulsam. In leuissimis quoque beneficijs petitis, nec impetratis, amicitia dissoluitur, namque is quo amicitia continetur *gradus' apud vtrumque polluitur. Alter amari se quia non præstitit non putat, alter odio se esse quia non obtinuit arbitratur. Nec sanè mihi * Consul gratuitò factus viderer si honorem precibus emissem. miserum enim & laboriosum * subijssem meliore æui parte transacta tirocinium rogandi. neque enim existimo molestius esse pecuniam, quam preces fundere. Deniq, omnes in emendo videmus repēsandi fiducia magno *certóque animo aurum argentúmque depromere, eos verò qui preces allegant humiles atq; demissos vix

f. ambiūdi v c a
f. Cū pr. tu Cæs.
mec. dandi
Mam. v
non fr. huc. a
eum c
remis. v s o
me v a
amor a c. præclare.
grat. Cons. a
subijssem v
erectóque a
& erecto c

cunctabunda atque titubantia verba proferre, neque *orationem solum inclinare, sed totis corporibus in genua submitti. Prorsus (vt ex animi * sententia loquar) *maximo vendit beneficium qui preces accipit*. An verò si centuriatis comitijs Consul creatus essem, gloriosius mihi vniuersi populi suffragijs declaratus viderer? Minime: siquidem etiam illis priscis temporibus multorum ambitu fuit Campus infamis. Nota diuisorum flagitia, notæ lucellorum præstigiæ, tum operarum ad vim & seditionē manus emptæ. Nec sanè potest in confusa imperitorum multitudine quidquam esse perpensum: nam cùm boni rari sint, improborum vulgus immēsum, in Campo autem numerus & turba præpolleat, sine dubio intelligitur eum suffragijs populi magistratum capere quem plures: enim quem * priores probarunt. Vnde factum est vt maiores nostri viderent Gabinios designatos, & repulsos Catones. Sed hæc vetusta * debent recordari quemadmodū paulo antè honor petitus sit. Vix pauci extiterunt quorum virtutibus deferretur, cùm quidem ipsis illis tarda industriæ ac probitatis merces veniret. Ceteri verò perditissimum quemque ex aulicis frequentabant, vti * quispiam per artes turpissimas Imperatori acceptissimus videbatur, eum assiduis obsequijs emerebātur, donisq; captabāt. Nec viros quidē sed mulierculas exambibāt, nec feminas tantū, sed spadones quoq;, quos quasi à consortio humani generis extorres ab vtroq; sexu aut naturę origo, aut clades corporis separauit. Ita pręclara illa veterū nomina sordissimū quemq; ex cohorte Imperatoria & improbissimū adulabant. Hi cùm in prouincias immissi erant, qua sacra, quà profana rapiebant, iter sibi ad Cōsulatū pecunia muniētes. Itaq; nullū iam erat bonarum artiū studiū. Militiæ labor à nobi-

[Margin notes: sol orat s mus · id est, v R. priores V B G · dent. rec. v R. · quisque per v]

à nobilissimo quôq; pro sordido, & illiberali reij-
ciebatur. Iuris ciuilis scientia, quæ Manlios, Scæuo-
las, Seruios in amplissimũ gradũ dignitatis *euexe- *euexeras B*
rit, libertorum artificiũ dicebatur. Oratoriam di-
cendi facultatem, multi laboris, & minimi vsus
negotium, nostri proceres respuebant, dum ho-
mines *= noluisse videri volunt quod assequi ne- *scz. assequi.*
quiuerunt. Et verè tantum laboris vigiliarúmque
suscipere ad adipiscendum cuius vsus agendæ vi-
tæ * erudimenta non adiuuaret dementia duce- *ornamenta* VBC
batur. Itaque omne studium pecuniæ coacer-
uandæ. tanto enim vir quisque melior, quanto
pecuniosior habebatur. Iam seruiendi miseran-
da patientia, assentandi mira calliditas. Mini-
strorum aulæ quotidie limina terebantur. Ad fo-
res eorum qui regijs cupiditatibus seruiebant ter-
nos patriciæ gentis viros cerneres ab huiusmodi
dedecore non imbri, non gelu, non amaritudine
ipsius iniuriæ deterreri. Demissi, iacentésq; vix
capita supra eorum quos precabantur * genua *genua attol.* V
tollebant. Ad postremum honores non iudicio,
aut beneuolentia superborum, sed misericordia
merebantur. At nunc quisquis prouincias, Tri-
bunatus, Præfecturas, Consulatus cupit, nihil ne-
cesse est pecuniam per fas *= quærat, ac liberta- *& nefas* VCR
tem suam salutator vilis imminuat. Quanto fue-
rit paratior seruituti, tanto honore indignior * vo- *iudicab* B *in-*
cabitur. Tum aliud quoddam hominum genus est *durab.* C. *inepte*
in amicitia Principis nostri, rude, (vt vrbanis istis
videtur) * cõmune, subrusticum. Blandimẽtis adu- *come* V R *parã*
lantiũ repugnat, pecuniæ *= verò alienæ tanquã rei *come* BLC, *egregie.*
noxiæ tactum reformidat, maximas opes in reip. *abest* B
salute, & * gloriosi Imp^rs sui laude constituit. Iam *gloriosa* VB,
ipse ingenti diuináq; prouidentia aduersus omnes
assentatorum illecebras captionésq; munitus est.

quippe

a*dulantum* c quippe ei à fucatis* adulantium venenis quod periculum est qui aures etiam veris laudibus grauatus
abest B impertiat? Sed multo multóque *nunc facilior est ratio honorum petendorum. Quisquis inquam capere magistratum voles, auri atque argenti negligẽs
potentum v esto, nullas ostiatim *potentium ædes obito, nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibeto tãtum
abest B *tibi gratuitas, & paratu facillimas comites, iustitiã, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam, vltrò ad te maximus Imp^tor accedet, & vt capessas remp. flagitabit. Otioso tibi, atque alia curanti prouinciæ, Præfecturæ, fasces, sella curulis, atque insig-
defer. c nia omnia magistratuum * perferentur. quid enim sibi veræ vir perfectæque virtutis non cõstanter de honore promittat, cum me propter tantillum innocentię meritum vno in anno ter videat honoratum?
Nec quis v c * Ecquis Deus vno in anno multiplices fructus agro vni dedit? Num quisquam in eadẽ nouali ęstate vna amplius quam semel messuit? Num cui vno autumno, vnóque vineto vindemia triplex fluxit? Vna certe vnius est hiemis oliuitas. Sed in nostri Principis beneficijs miraculo caret multiplicata fecũditas. Vt de alijs optimis viris taceam qui à prio-
honorum c, *belle.* *multiplices* B re in proximum autũnum fructus * annorũ*multipliciter messuerunt, mihi certè tertia vnius anni vbertas est Consulatus. Primum thesaurorum omnium mandata custodia, & dispensatio largiendi.
honor. v B c Secundum locum tenet in *bonorum meorum fructibus Præfectura. Additus his (quo vel solo cuiuslibet auiditas vinceretur) prouentuum tuorum tertius, Consulatus. Dein cùm ager assiduitate fructuũ in maciem decoquatur, Imp^ris nostri posterior liberalitas vincit priorem, nec fit effeta gignendo, sed per vices fructuum fecundatur. Noua prorsus fuit
defer. v B c honorum * inferendorum & insperata congestio.
Non-

Nondum ſtatum ſuum ſiderum curricula mutauerant, iam princeps curſum dignitatis alterius* cōmouebat, & iam tum Sol ab eorundem aſtrorū regione radiabat, *iam Auguſtus tertia magiſtratus mei ſigna tranſcenderat. Quæſo,* non vobis inanis gloriæ cupidiſſimus,* non flagrans ambitione notabili videretur ſi quis in ſe tanta pariter optaſſet quanta in me vno tempore Auguſtus ingeſſit? Habitari ab iuſtis viris terras in Oceano ferunt, quas Fortunatorum inſulas vocant, quòd per eas nō arato ſolo frumenta naſcuntur, fortuitis vitibus iuga collium veſtiuntur, ſponte pomis arbor grauatur, ad herbarum vicem olus vulgò eſt. Quantula iſta ſunt, ſi Deum auctorem conſideres, munera? Nempe nobis quoque, cùm agrum non noſtris manibus excolamus, hæc illaborata naſcuntur. Quanto felicior noſtra conditio, quanto beatitudo præſtantior? Non ſpica triticea, non viles vuarū racemi, ſed opes atque diuitiæ nihil laborantibus ingeruntur, prouinciæ, Præfecturæ, faſces ſponte proueniunt. Tu tu inquam maxime Imp^tor exulantes relegatáſque virtutes ad remp. quodā poſtliminio reduxiſti. Tu extincta iam litterarum ſtudia flammaſti. Tu philoſophiam paulò antè ſuſpectam, ac*needum ſpoliatam honoribus, ſed accuſatam ac ream non modò iudicio liberaſti, ſed amictā purpura, auro gemmíſque redimitam in regali ſolio collocaſti. Suſpicere iam in cælum licet, & ſecuris contemplari aſtra luminibus, qui paulo antè pecorum atque quadrupedum animantium ritu in humum viſus trepidos figebamus. quis enim ſpectare auderet ortum ſideris, quis occaſum? Ne * agricolæ, quorum quidem opera ad motum ſignorum cæleſtium temperanda ſunt, tempeſtatum præſagia rimabantur. Ipſi nautę, qui nocturnos curſus ad aſtra moderantur, ſtella-

rum

[Margin notes: f.cōm. Etiam tum | & s | num vae | num vs, virumque vitioſe. | nedum v | agric. quidem, quor se]

rũ nominibus abſtinebãt. Prorſus terra mariq; non
quid tant. ratione cæleſti,ſed caſu ac temere viuebatur. Nihil
V B L C & igitur mirũ eſt Imp^tor * ſi tantus amor,& tam verus
tant. B f. quod in te ciuiũ feruet. neq; enim vllũ *puto poſt homi-
& tant.
post hom. nat. nes natos tanto generis humani ardore dilectũ. Ce-
puto B
terorũ Regum atq; Imperatorũ caritates admodũ
raræ, nec vnquã diuturnæ fuerũt. in ſummis enim
hominũ habitauere pectoribus,ſubita & fortunata
beneuolentia prouocatæ, nõ virtutum admirationẽ
deuinctæ. At verò noſter affectus veri certiq; indicij
allig. B eſt,imis mẽtis ſedibus*alligatus animus,& vitę im-
mixtus & vnitus, reſolutis etiam morte corporibus
cum immortali mente victurus. Arma igitur, & iu-
uenes cùm gladijs atq; pilis non cuſtodiæ corporis
ſunt,ſed quidã Imperatoriæ maieſtatis ſolennis or-
natus. quid enim iſtis opus eſt,cũ firmiſſimo ſis mu-
ro ciuici amoris obſeptus? An metuenda tibi Curia
eſt,cum Senatui nõ ſolum veterem reddideris dig-
nitatem,ſed plurimum etiam noui honoris adiece-
ris? An populus eſt timendus procuratori alimen-
torum ſuorum, vitę vindici,libertatis auctori? Nam
an tria? V B quid de militibus loquar? Duo, *aut tria ferme ex
Frequens Tacito. vetere memoria amicorum paria proferuntur. Ne-
f. ullo go quempiam ab * vno amico plus dilectum quam
f. Comit. Trib. tu Imp^tor non modo à * comitibus Tribunis tuis,
f. cunctis ſed à legionibus cunctis, * equitibus ac pediti-
bus, gregarijs etiam militibus diligaris. Itaque
sui V B (quod ad te attinet) cuncta iam à cuſtodia * tua ar-
ma remoueres, ſed quando hoc potes perſuadere
militibus? Anxia eſt fidelium diligentia. *Maximo amori maximus timor iunctus eſt.* Non nobis ſufficię
quòd obtinuiſti vt nemo te velit lædere, niſi nos
curemus B *curamus vt nemo poſſit. Habuerunt nonnulli alij
Principes deuotam & amantem ſui cohortem, ſed
imperiti ac rud. C alio quodam modo, primum quòd*imperitia rudes
indoctiſſi-

indoctissimum quemq; in consilium * delegabant, scilicet vt ipsorum prudentia vulgo * suo aliquatenus emineret. Ita cum vilissimus quisq; honorum & diuitiarum potitus * fuerit, sua commoda, & vitia Principum diligebant. Ab his optimus quisq; abigebatur procul, cùm suspecta esset probitas & inuisa, & quanto quisque honestior, tanto importunior turpium arbiter vitaretur. At tu Auguste omnibus nugis remotis optimum & doctissimum quemque perquiris. Si quis præstat virtutibus bellicis & laude militiæ, in amicis habetur, vltrò ad familiaritatem vocatur. Quicunque in administratione reip. innocentem se vnquam & strenuũ præbuit, in consortium munerum receptatur. Regendis prouincijs non familiarissimum quemque, sed innocentissimũ legis. Omnes à te augentur pecunia, locupletantur diuitijs, honoribus honestantur. Prorsus amicitias tueris priuati fide, Imperatoris opulentia, quæ perpetuæ & constantis beneuolẽtiæ prima fiducia est, certissima virtutum, & * princeps veritas. Num quẽ in animo esse suspicatum audiui? Nemo simulatis blanditijs, nemo falsa pollicitatione deceptus est. Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cachinnantémque sæuitiam, à quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur? Mira est in Principe nostro mentis linguæque concordia. Non modò humilis & parui animi, sed seruile vitium scit esse mendacium. Et * verè, cùm mendaces homines aut inopia, aut timor faciat, magnitudinem fortunæ suæ Imperator qui mentitur ignorat. Quis (oro vos) plura præbuit fidei constantiæque documenta? Omnes quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet Impᵗᵒʳ affectu. Nemo gradu pulsus. nemo * habitu prohibitus, nulli Palatij fores clausę sunt. Omnes bonos habet.

delitebant VBC
suorum B
fere VBA
Princips ver. V maximi Princips ver. BC
f. verò
aditu BLC

In recipiendis amicis optimus iudex est. Si aliqui sunt improbi tolerandi, familiarium vitijs immutabilis est amicus. At mutant secundæ res animos? Nostrum Principem si nondum mutauerint, quando mutabunt? Cuius* inquã diuinior felicitas fuit? Paulo antè in laceratis Galliæ prouincijs lapsus inimicorum capitalium apertis armis, & occultis insidijs petebatur; in pauculis mensibus diuino munere Libyę, Europæ, Asiæque regnator est. Quæ maiora expectabimus Dei præmia, *quęúe vberiora dona Fortunæ? Videte num secũdis rebus elatus aliquid de prioris vitæ mansuetudine & moderatione mutauerit. Mutauit planè, mutauit. nam ciuilior factus prosperorum infregit inuidiam. Cui non vel * id tempus sedatæ præbuit mentis indicium quo horrendi belli metu rep. = liberata elati sumus cuncti gestiente lætitia? Sed Impᵗᵒʳ quanquam cælesti ope salutem reip. propagatam videret, & cõditionem doluit humanam, & offensatum * gratias faciens induit * fatum, & cuius armis vitã impugnatam sciebat mortem eius ornauit, ac postea ipse iusta persoluit. Et memoria, & obliuione* mirabilis, oblitus inimici, meminit heredis. Sed quid ego longius indicia mitis & mansuetæ mentis accerso? Hic ipse, hic inquam ipse dies præbuit ciuilis animi satis clara documenta. Ego & collega meus ne quid maximus Imperator propensius humanitatis studio faceret verebamur. Itaque matutino crepusculo Palatium petimus. Aduentare nos Principi, forte tum danti operam salutatoribus, nunciatur. Statim è solio tanquam * præceptus exiluit, vultu trepido atque satagente, qualis mens mea esse potuisset, si Principi serus occurrerem. Aegrè remotis populi qui nos prægrediebatur agminibus, vt quàm lõgissimè nobis obuiam procederet laborauit. Illic (prò sancta diuinitas!)

Marginal notes: cuiusum 18 (at "Cuius*"); quæ vber. v b; illud temp. v b morte Constantij.; gratiam v b; fratrum v; mirabili b; prærept. 1 c Non placet.

diuinitas!)gaudentibus cunctis,quo ore?qua voce? inquit, *ꝯ* Consul amplissime.*Dignatus osculo oris illius diuinis affatibus consecrati dexteram dedit, illam dexteram,immortale pignus virtutis,& fidei. Poëtæ ferunt altissimum illum,& cuncta potestate cohibentem Deum, qui ditione perpetua diuina atque humana moderatur, cùm despiciat in terras habitu oris tempestatum incerta mutare,eius nutu mundum tremiscere, illius hilaritate turbines abigi, nubes fugari, nitentia per orbem serena * refundi. Hoc ita esse * paulo antè oculis licuit experiri. In quantam laxatus est populus te Consulibus tuis arridente lætitiam? Vidimus attonitos admirantium vultus, multiformes lætantium status,varios corporum motus. Clamores inconditos profundebat laudandi effusa libertas. Tripudiabat crebris saltibus multitudo. *Nimia lætitia * decoris sunt & grauitatis immemores.* Illa iactatio togarum, illa exultatio corporum nescientibus pæne hominibus excitabatur. Omnem modestiam populi, omnem verecundiam tui gaudia effrena superauerant. Aue Consul amplissime. Aueo planè, Imperator, & auebo. neque enim euentus esse potest optati huius ambiguus, cum is auere iubeat qui iam fecit vt auerem. Consul amplissime. Sum planè *ꝯ* Consul,& amplissimus Consul. quis enim me fuit amplior Consul, quem sublimat & illustrat Consulatus quem tribuisti, amplitudo quam tribuis. Post primæ salutationis * frusta colloquia quid pro iure Consulari agere nobis placeat sciscitatur, Senatorium impleturus officium si libeat tribunal petere, si concionem aduocare, si Rostra conscendere. Sed nos ad Curiam solennia huius diei Senatusconsulta ducebant. Itaque * se comitem statim præbet, & vtrumque latus Consula-

Aue BC f. Dignatus

diffundi ꝯ

et. pau. antè B

f. decori, τοὺ πρέποντες.

& BC

fausta VBLC.

com. se B

tus prætextatis tectus incedit, non multum differens à magistratibus suis & colore vestitus. Superfluum fortè videatur quæ vosmetipsi vidistis * iterare, (neque enim auribus expetuntur quæ fuerint vsurpata luminibus) sed mandanda sunt litteris, inserendæ monumentis, mittenda in posteros venturis sæculis vix credenda miracula. Pæne intra ipsas Palatinæ domus valuas lecticas Consulares iussit inferri, & cum honori eius venerationique cedentes sedile illud dignitatis amplissimæ recusaremus, suis * nos prope manibus impositos mixtus agmini togatorum pręire * cœpit pedes, gradum moderans pænè ad lictoris nutum, & viatoris imperium. Credet hoc aliquis qui illa purpuratorum vidit paulo antè * fastigia, qui ideo tantum honorem in suos ne in honores contemnerent conferebant? Credet aliquis tanto pòst veterem illam priscorum temporum libertatem reip. redditam? neque enim ego L. Bruti, & P. Valerij, qui primi exactis Regibus potestate annua ciuibus præfuerunt, Consulatum nostro anteponendum puto. Vterque bono publico, vterque Romanæ reip. salutaris, vterque insignis principiis commodorum, sed habet aliquid vnusquisque præcipuum. Illi * potestatem Consularem per populum acceperunt, nos per Iulianum * recipimus. Illorum anno libertas orta est, nostro restituta. Sed sint sanctissime Imp^tor ea quæ tu iustè, moderatè, ciuiliter facis aliis forte miraculo, mihi esse nòn possunt, qui te omnibus humanis vitiis absolutum & liberum sciam solo immortalitatis amore flagrare, dirigere omnes opes & cōgitationes tuas ad memoriam posteritatis æternam, atque his maximè seruire iudicibus qui de rebus gestis tuis sine odio & gratia venturis sæculis

& gentre B C
iterari B
man. pr. no. B
ped. cæp. B
fastidia B C
Cons. pot. V B
recepimus V C R

lis iudicabunt. *Non potest quidquam abiectum & humile cogitare qui scit de se semper loquendum.* Nunc si tibi Imp^tor parum ampla, nec responden-
te meritis tuis oratione vsus videbor, quæso obte-
storque te meæ id naturæ potius quàm magnitu-
dini beneficiorum tuorum putes esse tribuendum.
Nemo * vnquam post homines natos ampliora *vsquam v s*
præmia à Regibus atque Imperatoribus consecu- *Arbitror verũ quod in c,*
tus est; nulli plus oneris impositum. Non abnuam *Nemo nemo*
Præfecturas, & Consulatus multis esse delatos, *vsq. post hom.*
sed * his post immensos labores honos quasi de- *ijs V*
bitus restitutus est, mihi cùm iam honorem ade-
ptus sim nunc demum vt * merear laborandum *meruendum v f. meruerim*
est. Versa ratione temporum, permutata mune-
rum vice, modò enitendum est vt præmio dignus
existimer, cùm iam præmium ceperim. O mihi
festinæ tuæ beneuolentiæ grauissimum pondus!
Vereor vt * apertè exprimere difficultatum mea- *apertè s f apte*
rum ordinem valeam. Facilius est Imp^tor bonis ar-
tibus mereri Consulem fieri quàm industria & la-
bore perficere vt videaris meruisse cùm factus sis.
Absit Auguste, & istud sancta diuinitas omẽ auer-
tat, vt tu à quoquã mortalium expectes vicem be-
neficij, veruntamen (quod solum vel accipere po-
test ista fortuna, vel à nobis opibus tuis tribui) im-
mortalitatem munerum tuorum colam officiis
sempiternis. Omne negotium, omne otium meum
in ornandis rebus tuis celebrandisque ponetur,
* neque solum à iuuentute mea vigente grati ani- *nec c*
mi beneuolentia declarabitur, sed * etiam à me *& cum me an. s*
cùm anima defecerit monumenta tui in me bene-
ficij permanebunt. In referenda autem gratia san-
ctissime Imp^tor hoc tibi polliceor, semperque præ-
stabo, mihi neque in suggerendis consiliis verita-
tem, neque in adeundis (si res poposcerit) peri-

cu-lis animum, neque in ſententia ſimpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro rep. teque lædendis libertatem, neque in laboribus perferendis induſtriam, neque in augendis imperij tui commodis grati animi beneuolentiam defuturam; idque omni vitæ meæ tempore ſummis opibus enixurum, elaboraturum, effecturum, vt honores in me tui nō quia neceſſe fuerit ad quemcunque delati, ſed quia ƨ oportuerit rectè poſiti & ratione collocati eſſe videantur.

ita vc, ſed quòd ita ƨ

LATI-



LATINI PACATI
DREPANI PANEGYRICVS
THEODOSIO A.



SI quis vnquam fuit, Imp^tor Auguste, qui te præsente dicturus * antè trepidauerit, eum profectò me esse & ipse sentio, & his qui consilium tuum participant videri posse video. nam cùm te semper vltra omnes retro Principes laudari oportuerit, nunc porrò vltra quam aliàs prædicatus es in ea vrbe conueniat dicendo celebrari cuius & libertatem armatus asseruisti, & auxisti dignitatem togatus, quo tandem modo consequi maiestatem vtriusque vestrûm oratione mea potero, hoc præcipuè in tempore, quo ambo ita mutuò creuistis, vt nec tu fueris adhuc maior, nec illa felicior? Huc accedit auditor Senatus, cui cùm difficile sit pro amore quo in te præditus est de te satis fieri, tùm difficilius pro * genita atque = hæreditaria orandi facultate nō esse fastidio rudē hunc & incultum transalpini sermonis horrorem, præsertim cùm absurdæ sinistræque iactantiæ possit videri his ostentare facundiam, quam de eorum fonte manantem in nostros vsque vsus deriuatio sera traduxit. Quibus equidem cogitatis adeo sollicitor, vt non eos tantùm hodie arbitrer interesse quos cerno, sed assistere * obseruarique dicturo Catones ipsos, & Tullios, & Hortensios, omnesque illos oratores putem qui me in posteris suis audiunt. Ita multiplici circumuentus metu, quasi parum habeam timere * quid video, * quid timeam. Quid ergo? nouúsne me pauor, & inopina trepidatio in ipso dicēdi tem-

ire trep. V

ingen. VBC

adeo C

obuersarique VBL

quod vid. VBLC

quod tim. VBD

pore deprehendit? Mihi verò ij omnes quibus altrinſecus iactor æſtus diu antè meditati, longeque proſpecti ſunt. Sed cùm admiratione virtutum tuarum ab vltimo Galliarum receſſu, quâ litus Oceani cadentem excipit Solem, & deficientibus terris ſociale miſcetur elemẽtum, ad contuendũ te, adorandumque properaſſem, vt bona quæ auribus ceperam etiam viſu vſurparem, timui (fateor)
pij VBCR impia B ε laboris officium * ipſa taciturnitate corrumpere. Ita dum obſequio interpretor impudentiam, dum in eundem hominem non puto conuenire gaudium & ſilentium, duas res diuerſiſſimas iunxi, metum & temeritatem. Quin & illud me impulit ad dicendum; quòd vt dicerem nullus adigebat. non enim iam coacta laudatio, & expreſſæ metu voces periculum ſilentij redimunt. Fuerit,
triſtis VCR abieritque ε illa facundiæ ancillantis neceſſitas, cùm trucem dominum auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem men-
grates B dax aſſentatio titillabat, cum * gratias agebant dolentes, & tyrannum non prædicaſſe tyrannidis ac-
dic. tacendique VBL cuſatio vocabatur. Nunc par * tacendi dicendique libertas, & quàm promptum laudare Principem, tam tutum ſiluiſſe de Principe. Libet igitur redditam poſtliminio ſecuritatem loquendo experiri, libet inquam, quia neminem magis laudari Imperatorem decet quam quem minus neceſſe eſt. De te igitur mihi ſermonis huius auſpicium erit ille felicitatis publicæ auſpex dies qui te primus inaugurauit imperio. nam vt diuinis rebus operantes in eam cæli plagam ora conuertimus à qua lucis exordium eſt, ſic ego vota verborum quæ olim
mea B nũcupaueram ſoluturus id oratione ε tempus * af-
arripiam L C aſciſcam B ficiam quo Romana lux cœpit. Iacebat innumerabilibus malis ægra, vel potius (dixerim) exanimata reſpu-

respublica, Barbaris nationibus Romano nomini velut quodam diluuio superfusis. Sed * placet replicare causas, & placatum vulgus offendere. nam cùm per se viuax sit recordatio calamitatum, tùm nihi metus hanc gaudiorum præsentium lucem tristium commemoratione fuscare. Faciam ergo quod facere præstantes scientia medicos sæpe vidi, *aliorum vulnerū cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt, manu pendente tractabo, præsentisse, & singulos vniuersosque rogitasse contentus ar, cùm inter omnes liqueret fessis rebus medendum tali aliquo viro publicis gubernaculis admouēdo qui Imperatoris = vnius tueretur ætatem,* alterius iuuaret laborem, potuerimus huiusmodi = vel optare. In integro itaque rem totam esse facianus, & in quodam orbis terrarum comitio quæri patemus quisnam sit ille qui debeat tantam molem subire, & nutantia Romanæ rei fata suscipere. Nōme is omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur, cui felix patria, cui domus clara, cui forma diuina, cui ætas integra, cui militarium ciuiliumque rerum vsus contigisset? Cuncta igitur à capite proposito ordine prosequamur, iam profecto constabit eum Principem declaratum qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. nam primum tibi mater Hispania est, terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeò ditandæ impensius quàm ceteris gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit. Quæ nec Austrinis obnoxia æstibus, nec Arctois * subiecta frigoribus, media fouetur axis vtrinsque temperie. Quæ hinc Pyrenæis montibus, illinc Oceani æstibus, inde Tyrrheni maris litoribus coronata Naturæ solertis ingenio velut alter orbis includitur. Adde tot egregias ciuitates, adde culta, incultaque

parcam rei. VLG

aliorum VCR

Valentiniani iunioris. Gratiani.

Principem. a d.

obiecta V

omnia vel fructibus plena, vel gregibus, adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poëtarum, auribus mulcendis repertas, * aliquando nonnullis gentibus attribuisse miracula. Quæ *dum sint vera, sunt singula. Nec iam excutio veritatem. Sint (vt scribitur) Gargara prouentu læta * tritici, Meuania memoretur armento, Campania censeatur monte Gaurano, Lydia prædicetur amne Pactolo, dum Hispaniæ vni quidquid * laudatur assurgat. Hæc durissimos milites, hæc * expertissimos duces, hæc facundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit. Hæc iudicum mater, hæc Principum est. Hæc Traianum illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio, huic te debet imperium. Cedat his terris terra Cretensis parui Iouis gloriata cunabulis, & geminis Delos reptata Numinibus, & alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem constare nescimus auditis, Deum dedit Hispania quem videmus. Erat * iustè compensationibus occasio, vt qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixissem, patris saltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer, sed quid faciam? Nouam quandam patior ex copia difficultatem. Quid inquam faciam? Quæ Rhenus, aut * Vacalis vidit aggrediar? Iam se mihi Sarmatica cæde sanguineus Ister obiiciet. Attritã pedestribus prœliis Bataviam referam? Saxo consumptus bellis naualibus offeretur. Redactum ad paludes suas Scotum loquar? Compulsus in solitudines auias omnis Alamanus, & vterque Maurus occurrent. Cùm igitur impediat turba dilectum, * ad quam tanti præstet gesta in * summũ referre quàm enumerando tenuare, dixisse sufficiat vnum illum diuinitus extitisse in quo virtutes simul omnes vigerent quæ singulæ in omnibus prædicantur. Animi eius

aliqua VBCR
vt BC
triticeo VBC
vbique C
experientiss. BC
iusta compensationis VBCR
Vachalis V
Vahalis BL
Vualis C
Vide notas.
summam B

eius sæculo mos ille vixisset quo Romani duces Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis gentium subactarum adoptiuum insigne sumebãt, * nonne hodie pauciora in annalium scriniis quàm in vestræ domus titulis cognomenta legerentur, cum ipse Saxonicus, ipse Sarmaticus, ipse Alamanicus diceretur, & quantum tota resp. habet hostium, tantum vna familia ostenderet * &' triumphorum? Sed quid necesse est mitti in præteritum diligentiam curiosam? Patrem Imp^or tuum de te * æstimem. Nec difficilis coniectatio est. nam cùm duo sint quæ claros duces faciant, summa virtus summaque felicitas, scire obuium est qua * fuerit felicitate præditus qui te genuit. O digna Imp^re nobilitas, eius esse filium Principem qui Princeps esse debuerit, qui hunc Romani fastigii apicem non solum fortitudine atque sapientia, sed decore etiam corporis & dignitate potuerit æquare! Velut tua hæc forma venerabilis quàm fortunæ suæ par est? quàm longè lateque conspicua commẽdat imperium? Vt planè in ambiguo sit * vtrum te magis nostris mentibus, an obtutibus vultus insinuet. Non frustra planè opinione * sapientium qui naturalium momenta causarum subtiliùs sciscitati arcanis cælestibus nobiles curas intulerunt, *augustissima quaeque species plurimum creditur trahere de cælo*. siue enim diuinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium, siue cùm venerit * fingit habitaculuum pro habitu suo, siue * aliud ex altero crescit, & cùm se paria iunxerunt vtraque maiora sunt, parcam arcanum cæleste rimari. Tibi istud soli pateat Imp^or cùm Deo consorte secretum. Illud dicam quod intellexisse hominem, & dixisse fas est, talem esse debere qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum priuata,

f. non hod.
abest vc
æstimemus
VBC
pred fuer. fel.
vtrùmne te
VBC
virtus BC
sapientum V
pro hab. suo
fing. habitac.
f alterum

 vel

vel publica vota redduntur, à quo petit nauigaturus serenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auspicium. Dudum (vt video) dedignaris hanc gloriam, sed patere eam in laudum tuarum parte. constitui quæ solebant in aliis sola laudari. Virtus tua meruit imperium, sed virtuti addidit forma suffragium. Illa præstitit vt oporteret te Principem fieri, hæc vt deceret. An verò quidquam putamus = imperij tui declaratione præteritum, cùm ductam esse rationem ipsorum etiam videamus annorum? Cuius quidem rei * ita fuit cura maioribus, vt non solum in * amplissimis magistratibus adipiscendis, sed in Præturis quoque, aut Ædilitatibus capessendis ætas spectata sit petitorum, nec quisquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos comitiali lege præscriptos festinatis honoribus occuparit. Nec iniuria id quidem. nam & qui venturi sunt in virtutis adoptionem illo tamen adolescentiæ lubrico, vt non cadant, titubant. An non clarissimos nominis Romani viros (illos Catulos, Scipiones loquor) aliquantisper sibi luxuria vindicauit? Quos etsi ad portum mutati in melius reuexerint flatus, diu tamen vitiorum turbo iactauit, & naufragos atque * fluctuantes ab illis quibus mersabantur erroribus ægre ætas recepit. Bene igitur cuncta quadrarunt, & ceteris quæ innumera congruebant anni quoque suum iunxere suffragium qui soli in homine perfecti bono duarum potiuntur ætatum, virtute iuuenum, & maturitate seniorum. Prius fortasse imperium inire debueris, vt diutius imperares, sed sine exempli periculo prouidebitur ne quid amiseris. Vita longiore pensandum quod ex præterito perdidisti. Parum interest quando cœperit = terminum non habebit. Hactenus in te prædicata sint

in VR.
tanta fuit
BLC
Consulatu.
fluitantes V
quod LC

sint Impp dona Fatorum, nunc ad ea proferamus gradum quæ tibi debes. neque enim tua illa præterita bellicæ rei gloria, quam per tot laborum experimenta quæsisti, asscribenda Fortunæ est. Cui hoc nomine etiam succéseri potest, quòd quem sceptro & solio destinauerat nunquam indulgenter * habuit. Sed vt seueri patres his quos plus diligunt filiis tristiores sunt, ita illa te plurimis bellis, & difficillimis reipublicæ temporibus exercuit, dum aptat imperio. Et prius quidem quam ad illa * veniam quæ æui maturus egisti, summatim tuum illud attingam cum patre diuino * castrense collegium, actas sub pellibus hiemes, æstates inter bella sudatas, dies noctesque præliando, aut vigilando consumptas, grauissimas pugnas terra marique pugnatas. Non tam patiens Africanus * rudimenta militiæ sub Paulo patre tolerauit, nec pari indole Hannibal puer in tentoria Hispana successit, nec futurarum spe certiore virtutum Philippæa castra Alexander nōdum Magnus impleuit. Quos etsi plurima laude dotauerit amplificatrix veri vetustas, nihil * plus tamen blandita præstitit quàm vt eos in his annis secutos regum, aut ducum castra vulgaret, in quibus tu ita fortiter multa gessisti, vt ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Hannibal videre dum discerent, sed parentes atque institutores eorum optassent facere dum docerent. Quam tecta sunt semper consilia Fortunæ? Quis (quæso) tum publicis rebus non putasset inimicum tuum illum à statione castrensi ad quietem receptum? Enimuero illa futurum Principem comens idcirco paulisper voluit esse priuatum, vt quia iam ad plenum bellicis artibus abundabas, vsus ciuilis experiens sub otij tempore reddereris. * Quidni ego tuum otium aliorum negotiis ante-

habuerit V
necessariam V f. me conferam
contubernium.
prima va prima C
tam plus va
Quod ego ve. deleta interrogationis nota

uerto? non enim te amœna litora, nec dispositi ad temporum vices habuere secessus, sed siue tu agris, siue oppidis tempus dabas, rem & famam pariter augebas. Et in vrbibus quidem omnium ætatum ordinumque homines his, aut illis beneficiis appræhendebas, amicorum commoda, absentium negotia assiduitate, consilio, re iuuabas. Iam si placuisset oppida rure mutare, vt tu vitæ oblitus vrbanæ exequebaris agticolam? Audio etiam Imp^{tor} (& ctedo) sæpe aliqua te laborum tibi ⸗ iniunxisse, & ne cõtraheres corporis veternum, cuiuscemodi semper opere insidiantis otij tersisse rubiginem. Sic agrestes Curij, sic veteres Coruncani, sic nomina reuerenda Fabricij cum induitiæ bella * suspendebant inter aratra viuebant, & ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales viri rusticabantur. Inde est quòd accepimus datos serentibus fasces, & missas cum curulibus suis per rura palmatas, quòd agricolas Consulares, pastoresque trabeatos, & Dictatores inter armenta vestitos. Sed illos quidem angusta res familiaris addicebat labori, vt quibus ⸗ ipsi suburbani horti, præcepsque Ianiculum, & iugera arctata pomœrio vomere essent, aut ligone versanda, nec iniuria opus reuerteretur ad dominos cùm deerant quibus iuberent. *Detrahit laudem patientiæ inopia, maioris exempli est labor sine necessitate.* Gaudent profectò* diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat æternitas, & quidquid homines vocamus laborem vestra natura est. Vt indefessa vertigo cælum rotat, vt maria æstibus inquieta sunt, * & stare Sol nescit, ita tu Imp^{tor} continuatis negociis, & in se quodam orbe redeuntibus semper exercitus es. Vix tecta Hispana successeras, iam Sarmaticis tabernaculis tegebaris.

Vix

ipsi B

suspenderant VBLC

videlicet B

Lege etiam ipsi ex V

perp. diu. B

vt BC

Vix emerita arma suspenderas, iam hosti armatus instabas. Vix Iberum tuum videras, iam Istro * prætendebaris. *prætendebat V* Ne tum quidem cùm in altiorem prouectus gradum iubere tantum,& diuidere cum negotiis otium,&*aperta gloria velut reposito frui *parta VCB* posses honore, operam remisisti, quin omnium castrensium munerum numeros primus, aut cum primis obires, stare pro signis, excubias forte agere, vallum ferre, locum bello antecapere, speculatum egredi, castra metari, in prœlium primus ire, prœlio postremus excedere, dux * consilio esse, miles *esse cons. VB* exemplo. Vt iam tum posset intelligi alios Imperatori pugnare, te tibi. Illud tamen præ ceteris mirum, quòd cùm omnia faceres * vt imperare deberes, *uti V f. vt si* nihil tamen faciebas vt imperares. Argumento est dies ille communis boni auctor; quo tu cùm ad suscipiendam remp. vocabaris, oblatum imperium deprecatus es. Nec dans* spem tantum, *speciem, tantúmque vt VBC* vt cogi videreris, sed obnixè,& diu,& velut impetraturus egisti. quippe aberat causa fingendi. non enim te Princeps solus & domi, & tanquam tentaret ambibat, sed publicè & in comitio,& vt aliud iam facere non posset. Prorsus vt, nisi imperium affectu simplici noluisses, potueris velle securus. Expostulari hoc loco tecum reip. verbis necesse est. Quæ in * summa tua cunctatione in formidinem à media spe relapsa, tali aliqua te profecto, *summã t. cũct. form. VC* sed quam solus audires, voce conuenit. Parúmne me Theodosi hactenus distulere Fata, vt* insuper *ta BC* tentes moras augere Fatorum? An nescis rem tuam per momenta consumi? Nescis me tibi, tuísque decrescere? Quidquid atterit Gotthus, quidquid rapit Hunnus, quidquid aufert Alanus, id olim desiderabit Arcadius. Perdidi infortunata Pannonias, lugeo funus Illyrici, specto excidium Gal-

Gratianus. *Valentinianus.* *quòd cum me V B C* *sede B. sede V, corrupte.* *gratiosam C* *desiderent C Plagae.*

Galliarum. Principum * senior in tanta bella non sufficit, * alter etsi futurus sit aliquando fortissimus, adhuc tamen paruus est. Tu dubitas excipere collapsam, & vt nihil differas, serò reparandam? Hanc mihi gratiam refers quòd te etiam felix desideraui?* quin me Nerua trāquillus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret, cum mœnibus Augustus ornaret, legibus Hadrianus imbueret, finibus Traianus augeret, parū mihi videbar beata, quia non eram tua? Quid tu mihi faceres si iuris tui esses? Orat ecce te dominus meus, orat ecce te Dominus adhuc tuus, & qui posset cogere mauult impetrare. Imperium quod ab Imperatore defertur tam tibi nolle iam non licet, quam velle non licuit. Solus igitur Auguste, solus inquam omnium qui adhuc imperauerunt vt Princeps esses præstitisti. Alios empta legionum suffragia, alios vacans aula, alios affinitas regia imposuere reip., te nec ambitus, nec occasio, nec propinquitas Principem creauerunt. nam & eras à familia Imperatoris alienus, & asciscebaris tertius, & cogebaris inuitus. Inuitus inquam. Audite hoc publici parricidæ, qui oblita * fide dominorum sceptra cepistis, & periculo non minore quàm scelere imperium vita paciscentes, sanguinis pretio regium nomen emistis, repulsam patitur Principatus, & vnus est ambitus candidati ne declaretur. Credétne hoc olim ventura posteritas, & præstabit nobis tam * gloriosam fidem, vt nostro demum sæculo annuat factum quod tantis infra supraque temporibus nec inuenerit æmulum, nec habuerit exemplum? Sed qui vitæ tuæ sectam rationesque cognouerit, fidei incunctanter accedet, nec abnuisse dubitabit imperium sic imperaturum. Illi enim illi auide regna * desiderant

ſiderant quos ſoluta legibus vita delectat, quorum crudelitas indemnatos necandi, cupiditas priuata * capiendi, libido honeſta fœdandi ius atque impunitatem * requirunt. Quid tua intererat te Principem fieri, qui futurus eras in Imperatore priuatus? Niſi forte in te hodie aut pudicitiæ remiſſior cultus, aut minor ſanguinis humani metus, aut alienæ rei maior eſt appetitus. Idem * qui fuiſti, & tantum tibi per te licet quantum per leges licebat. Ius ſummum facultate & copia commodandi, non ſecuritate peccandi experiris. Vnum * tibi præſtitit Principatus, vt certum haberemus omnes etiam ſub Imperatoribus aliis vixiſſe te legibus tuis. nam qui nihil facit licenter cùm poteſt, nunquam voluit. Quin * tibi primum * te, imperio deinde præſtitiſti. Non contentus ipſe * vltrò vitia reieciſſe, * alienis vitiis corrigendis curam abieciſti, idque moderatè, vt ſuadere potius honeſta quam cogere videreris. Et quia vel longo Orientis vſu, vel multorum retro Principum remiſſione tantus quoſdam luxus infecerat, vt adulta conſuetudo laſciuiæ haudquaquam facile videretur obtemperatura medicinæ, ne quis ſe pati iniuriam putaret, à te voluiſti incipere cenſuram, & impendia Palatina minuendo, nec ſolum abundantem reiiciendo ſumptum, ſed vix neceſſarium vſurpando dimenſum, quod natura difficillimum eſt, emendaſti volentes. An * quis ferret moleſtè ad Principis ſemet modum coërceri? aut ſubtractum ſibi * doleret de priuata luxuria, cùm videret Imperatorem, rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viuentem, modico & caſtrenſi cibo ieiunia longa ſolantem, ad hoc aulam omnẽ Spartanis gymnaſiis duriorem, laboris, patientiæ, frugali-

Margin notes: rap. V B C — req., quid e Plan. — es V C — præſt. tib. V — vbi B C — te imp. præſt., non V B — vltra vit. re. ceſſiſſe V B — alterum vnus B, poſterius corrupti. — quiſquam ſ C — dol. ſtipendium priuatæ luxuriæ, C

galitatis exemplis abundãtem, neminem vnum inueniri qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum litorum piscẽ, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem? nam delicati illi ac fluen-

malim abesse. tes, * & ' quales tulit sæpe resp., parum se lautos putabant nisi luxuria vertisset annum, nisi hibernæ poculis rosæ innatassent, nisi æstiua in gemmis capacibus glacie Falerna fregissent. Horum gulæ angustus erat noster orbis. namque appositas dapes

æstimantes BLC non sapore, sed sumptu *, illis demũ cibis acquiescebãt quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent, quos inuitæ quodammodo re-

pericula V luctantiq; Naturæ hominum * pericla rapuissent: Vt taceam infami sæpe delectu scriptos in prouinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes militasse conuiuiis, nónne cognouimus cuiusdam rettò Principis non prandia sæpe, sed fercula sestertium millies æstimata patrimoniorũ Equestriũ pretia traxisse? Tuæ Imp^or epulæ, mensis communibus parciores, locorum ac temporũ fructibus instruuntur. Hinc certatim in omnes luxu-

cultus VLC riæ pudor, parsimoniæ * cursus inoleuit, & quies-

quemque priu. ABC centibus legum minis subiit * quandoque priuatim sui pænitentia. sic est enim, sic est, ***exasperat homines imperata correctio, blandissimè iubetur exemplo.*** Sed cùm hæc, & ad hunc modum cetera mores hominum & instituta formarint, tùm nihil abdicandis vitiis, adoptandisque virtutibus impensiùs sentio profuisse quàm quòd his te viris semper dedisti

qui quã VLC quos affectare publica deberet imitatio, * quam-

quique quã B *faciles VBC* quam* facile tibi fuissent* sequaces discipuli, tam

sequacésque C ceteris expetẽdi essent magistri. Vt de his sileã quos tibi primus ille nascentis imperii dies obtulit, tantis virtutibus præditos, vt non pro copia sumpti, sed

ex

ex copia viderentur optari, * quos tu postea quaлésque legisti, quibus prouinciarum custodiā, quibus militaris rei summam, quibus cōsiliorum tuorum arcana committeres? Ergo cum duplex fuerit iste delectus, vnus ex iudicio, alter ex Fato, incertum meliores viros sapientia tua, an Fortuna quæsiuerit, cum tales vel * exceptos habeas, vel repertos, vt & illi meruerint teneri, & isti debuerint cooptari. * Ecquis Imperatorum vnquam putauit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? Humilis hæc virtus, dubiúmque virtus iudicabatur, nec Palatijs digna, sed periculis habebatur. Inde facilius inueneris qui pecuniam ex ærario quàm qui ex animo fidem *prompserint. Optimus ille ditabat, non etiam diligebat, prodesse nouerat, amare nesciebat. Tu amicitiam, nomen antè priuatum, nō solum intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmísque redimitam, solio recepisti, téque, non verbis asseruisti Principis mentē tanto in suos benigniorem esse debere, quanto sit fortuna præstantior, cùm fide ac facultate paribus agas, & familiaribus tuis Imp^tor tribuas quod priuatus optaras. Quanquam quæ capere vota potuerunt quod plerique te Principe consecuti non sunt? Nec nunc de his honoribus loquor quos in quemcunque conferre Imperatori necesse est. Dux aliquis euehitur? * Exegit disciplina castrorum. Præfectus attollitur? Imponendum est *prouinciæ caput. Consul creatur? Habiturus est nomen annus. Ita in summis illis pulcherrimísque beneficijs est aliqua præstantis vtilitas. A te noua benignitate is amicis honos habitus est qui totus esset illorum quibus deferebatur, nihilque ex eo ad te redundaret nisi dandi voluptas. Cui cùm essent domi filij, geminæ ille spes oculiq; reip. dilatis eorum magistratibus amicos * Consulatu

quos v. s. Non placet.

accept v. s. e

Nec quis v. c.

an v. s. e

prompserit s. In Imperatoribus solus.

abest v. c. rēā

Exigit v. s.

prouincijs v. s.

Consulatus v. s.

latu ornauit. Si mehercule vir ille diuinus, felicitatis publicę auctor, parés tuus viueret, quid aliud expectasset à filio, quàm vt nepotibus anteferretur? Præstitisti igitur* amicis quo plus nec patri præstare potuisses. O beneuolentię tuæ singulare consiliū! Auges tēpore dignitatē, quæ incremētum ex magnitudine nō habebat. Renunciātur amici ante filios tuos Consules, quia nōn poterant plus esse quā Cōsules. Eat nunc sui* vetustas ostentatrix, & illa innumeris litterarū vulgata monumētis iactet exempla, Pirithoi, fidē prædicet &, decantatū omnibus scenis * Phocæi iuuenis laudet officiū, * Pythiā etiam (si videtur) dicat & Damona, quorum alter in amici morte se vadē obtulit, alter ad diem vadatæ mortis occurrit. Vt hæc esse vera credamus, quę mendacijs vatū in plausus aptata cauearū fidem tēpori debēt, num præstare credendo plus possumus quàm vt istos qui amicitiæ laude censentur amicorum fuisse quàm sui diligentiores putemus? Sed cum instituente Natura plus fere filios quam nosmetipsos diligamus, omne vicit exemplum qui amicos his prætulit quos sibi præferebat. Sed tu quidem ad exonerandam debentium verecundiā quæ in tuos confers non vis videri præstare, sed reddere. Geramus tibi morem, & beneficiorum summas tuorum pro tua voluntate ducentes, quidquid familiaribus tuis tribuis non expendi * potius, sed repēdi putemus, enimuerò cum leuiter cognitos, aut etiam semel visos * ijs honoribus * simul ditas quibus & amici possent esse contenti, nōnne omnibus vis probare amicum tibi esse qui bonus sit? Cuicunque quid publici mandatum fuerit officij, præmium spondetur, & redditur. Sibi humilitatem & tenebras suas imputet iacens virtus, quæ non obtulit se probandam. Quod conscientiæ tuæ sufficit,

Marginalia: tu v a · ost. vet. v a · Pylade. · f. Pytheam. Cic. Officior. III. Val. Maximus IIII. cap. 7. · f. sed pot. · bis v c abest a · semel v, inepte. Rectius abest a

ficit, honoratus est qui probatus. Velim * tu dicas *tamen dic, v B*
vnde, cum tantis promissa persoluas, quid cui pro- *tum C*
miseris scias, nec te vel reip. cura, vel ipsa illa tuorum beneficiorum turba confundat, vt parcior, tardiórue tempore quem, modóue decipias. Quis debitor verecundus ita mutuum ad diem reddit vt tu quod promittis appendis? Nec imponi negligentibus arbitreris. Quotidie in beneficia tua quærimus, & memoriam conuenimus, & ne singulis insidietur obliuio, cum altero quisque conferimus, vnum inuenire non possumus cuius spem atque expectatioñe non dicam fefelleris, sed (quæ delicatior est querela) distuleris. Solámne me Imperator beneuolentiam tuam mirari putas? At ego miror etiam memoriam. nam cui Hortensio, Lucullóue, vel Cæsari tam parata vnquam affuit recordatio, quam tibi sacra mens tua loco momentóque quo iusseris reddit omne depositum? Vtrum * te *tam. te v tam*
tamen ipse admones? an vt illi maiestatis tuæ par- *ipse te B*
ticipi Deo feruntur assistere Fata cum tabulis, sic tibi aliqua vis diuina subseruit, quæ quod dixeris scribat, & suggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promisso fidem subdas, & verba re sancias. Nemo iam nemo beneficia quæ dederis ab eo credit tempore computanda quo dederis, quia tam * sint certa quæ spondes, vt tum videan- *sunt v*
tur accepta cum spondes. Iam * idipsum, quod *illud ipsum B C*
antè promittis, nónne de summo purissimæ mentis candore proficiscitur? nam cuius est animi nec vota hominum fatigare, nec adhibere muneribus artem difficultatis, sed denunciare præstanda, vt & prolixior sit sensus * bonorum, nec repentina feli- *id est benefi-*
citas faciat attonitos, & similes reddat ingratis? ani- *ciorum.*
mos enim nostros, subitis affectibus impares, proinde lætitia ac dolor, si deprehendat, externa.

An non illa Romana pietatis notissimæ mater nũcio mali Cannẽsis exterrita, filio reduce,* quæ flebat, diriguit in mortem, nec par esse gaudio potuit quæ superfuerat orbitati? Conscius igitur cælestis arcani, & naturalium depositorum, mauis hominibus sperata procedere quam insperata superuenire beneficia. Nec immerito. namque fugitiua successũ repentinorũ voluptas vt occupat, sic relinquit, felicitas longior est expectare securum. Itaque cum hactenus ⸗ Natura esset statutum vt bona sua homines ⸗nescirent, & tum primum inciperent felicitate gaudere cùm cœpissent esse felices, tu promittendo præstanda inuenisti tempus quod nobis Natura subtraxerat, vt quos adepta solum iuuabant, etiã adipiscenda delectent. Pari benignitate cùm plures afficere honoribus velles quàm bonorũ loca admitterent, & angustior esset materia voluntate, nec mentem tuam quamuis *diffusam caperet imperium, quem nõdum aliquo prouexisti gradu, tamen dignatione * es solatus. Atque haud scio an quibusdam consolatio ista suffecerit. Ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo consecratus est. Ita omnibus qui te Principe sibi iure confiderent aut processit dignitas, aut satisfecit humanitas, humanitas inquam, quæ tam clara in Imperatore quàm rara est. nam cum *indiscreta felicium pedissequa* sit *superbia*, vix cuiquam *contigit & abundare fortuna, & indigere arrogantia. Cuius quidem ita maiores nostros* semper pertæsum est, vt grauiorem semper putauerint seruitute contemptum, eiúsque impatiẽtia sint coacti post bellatores Tullos, Numásque sacrificos, & Romulos conditores regnum vsque ad nomẽ odisse. Denique ipsum ⸗ illum Tarquinium execratione postrema hoc damnauerunt maledicto, & hominem libidine

quem B
ἀν B
ante B
diffusum c, velle.
oles B
contingit V
sp c
abesf c

libidine præcipitem, auaritia cæcum, immanẽ crudelitate, furore vecordem vocauerunt Superbum, & putauerunt sufficere conuicium. Quod si per rerum naturã liceret, vt ille Romanæ libertatis assertor, regij nominis Brutus osor, precariæ redditus vitæ, sæculum tuum cerneret studijs virtutis, parsimoniæ, humanitatis imbutum ac refertũ, nullum toto orbe terrarum superbiæ, libidinis, crudelitatis extare vestigiũ; iam te ipsum * quam publicè, quam priuatim videret priscorum duritia ducum, castitate Pontificum, Consulum moderatione, petitorum comitate viuentem; mutaret profectò sententiam tanto pòst suam, & cum Romanam dignitatem ac libertatem probaret, meliore in statu Imperatore te esse quam Consule se fuisset, necessario fateretur Tarquinium submoueri debuisse, non regnum. Sed quod facere magnas vrbes ingressi solemus, vt primum sacras * ædes, & dicata Numini summo delubra visamus, tum fora, atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra *& claustra' miremur, ita in laudibus tuis sanctos Palatij ritus, & priscis æquanda cærimonijs instituta venerati, gradum ad illa proferimus quæ in medio constituta, *ad publicos vsus * facientia, non * partim, sed in cõmune conducunt, nec parietibus, sed orbe clauduntur, nec tecto, sed cælo operiuntur. Velut primum * id est, (ne statim summa * capiamus) quòd creber egressu expectantibus populis te fateris, nec videri modò patiens, sed facilis adiri, è proximo accipis vota * hominum tuorum. Vt, quisquis ille consultor est, etiamsi meruerit (quod est rarum) repulsam, ferat tamen * vt sui Numinis conscientiam. At * quam * alter illorum Principũ mos fuit (quos loquar notum est) qui maiestatem regiam imminui & vulgari putabant nisi eos intra repositũ Palatinæ

tam p. e quã publ., qua pr. vt placet.
ędes v
absunt v s l
& v
valentia e. patient. v f. patent.
parti v a
illud est s l c
captemus v l c
f. omnium
vt si N. v s
quanto v e
alter c

 ædis

aliud a ædis inclusos tanquam *aliquod Vestale secretum veneratio occulta consuluisset, nisi intra domesticam vmbram iacentes solitudo prouisa, & silentia latè conciliata vallassent. Quin siquando in lucem venire, & diem ferre potuissent, lecticis tensisque subuecti, & densissima circum supráque cooperti virorum armorumque testudine sensim atque ad numerum mouebantur. Tum longè populus abigebatur, nec otiosa viatoris manus plebem verbere submouebat. Vt secretum esset in publico. At noster hic omnibus spectandus *affertur, nec magis communem hunc diem atque Solem quam nostrũ Imperatorem videri licet. Quin cum vicinum habeant permissa fastidium, nunquam iste mirantes explet oculos. Magis magísque visus expetitur, & (nouum dictu) præsens desideratur. Miremur in vrbibus tuis, & à tuis populis te videri; quem ferè nulla in solo suo natio externa non vidit, idque ita crebro, vt pæne tam notus sit Barbaris vultus iste quam nobis, (Nec frustra, cum æstates omnes foris, hiemes domi ducens, ciuibus hostibúsque pari sorte anni spatia diuiseris) & si qui forte sunt Barbarorum qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint, nominis terrore * percussi & velut afflati quiescãt? tua enim Imperator auspicia non hæc tantum gentes tremunt quas ab orbe nostro siluarum interualla, vel flumina, montésue distinguunt, sed quas æternis ardoribus inaccessas, aut continua hieme separatas, aut interfusis æquoribus abiunctas Natura disterminat. Non Oceano Indus, non frigore Bosporanus, non Arabs medio sole securus *est, & quò vix peruenerat nomen antè Romanum, accedit imperium. Dicámne ego receptos ad seruitium Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? Dicam à rebellibus Saracenis pœnas polluti fœderis

Marginal notes: "aliud a" (line 1); "J. offertur." (beside "affertur"); "perculsi ex" (beside "percussi"); "est. Quò vs" (beside "est, & quò").

ris expetitas? Dicam interdictum Scythis Tanaim, & imbelles arcus *esse fugientis Albani? Quæcunque natio Barbarorum robore, ferocia, ≠numero grauis vnquã nobis fuit, aut boni consulit vt quiescat, aut lætatur, quasi amica, si seruiat. Persis ipsa, reip. nostrę retro æmula, & multis Romanorum ducum famosa funeribus, quidquid vnquam in Principes nostros inclementius fecit excusat obsequio. Denique ipse ille Rex eius dedignatus *antè confiteri hominem, iam fatetur timorē, & in his te colit templis in quibus colitur. Tum legatione mittenda, gemmis, sericóque præbendo, adhoc triumphalibus belluis in tua esseda suggerendis, etsi adhuc non est fœderatus, iam tamen tuis cultibus tributarius est. Ne tamen Imp^tor^ existimes cuncta me ad aurium gratiam locuturum, triumphis tuis≠Gallicis (Stupeas licebit) irascimur. Dum in remota terrarũ vincendo procedis, dum vltra terminos rerũ, metásq; Naturæ regna Orientis extendis, dũ ad illos primæ lucis indigenas, & ≠ipsum *si quod Solis cubile est festinas, inuenit tyrãnus ad scelera secretum. O quàm paruis veniunt summa mala principijs. Sic in vltimum propè Italici generis excidium, * effracto Cn. Lentuli ludo mirmillonum agmen emicuit. Sic bella Consulibus ancipiti Marte pugnata Cilix pirata cõflauit. Sic *tenentibus arma fugitiuis Romana diu pila cesserũt ferro ergastulorũ. Quis nõ ad primũ noui sceleris nunciũ≠hominem' risit? nam res infra dignitatẽ iracundiæ videbatur, cũ pauci homines, & insulani totius incendiũ continentis adolerent, & regali habitu exulẽ suũ illi exules orbis induerent? At*quantos parturiebat Fortuna tũ reip. malũ pestis augenda, quantã tibi gloriã restinguenda seruabat? præcipuè cũ perfidia ducũ, defectione legionũ contra rẽp. fuerat armatum

Marginalia: etiam fug. v B c; aut B; antea v c R; de Maximo tyranno, qui Gallias inuaserat.; in v c R; (si quod est) Scd. sub. fest. B; & fracto v & effracto c; terent. v B; alest B; metus quam

Nolo tamen vſquequaque miſerorum vel factum onerare, vel Fatum, qui dum carnifici purpurato, tua ſe & affinitate & fauore iactanti, infeliciter credunt, grauiſſimum omnium nefas fecerunt affectu innocentium. Intelligo quàm difficilem in locum ſcopuloſúmque deuenerim. nam cùm reuolui * id luſtrale iuſtitium aures tuæ reſpuant, laudes petāt, gloriæque interſit ad præſentium cōmendationem bonorum mala decurſa reputari, contrà verò clemētia ſumma beneficiū ſuum malit imminui quam triſtium enumeratione cumulari, neceſſe * erit me, vel tacentem publica incommoda, vel loquentem, aut ingratum virtuti, aut oneroſum eſſe pietati. Sed tamen Imperator exiguam ſenſibus tuis iniūge patientiam. nam ſi dulcis in bonis miſeriarum recordatio eſt, ſi nautas tempeſtatum, ſi medicos iuuat meminiſſe morborum, cur nō tu quoque mala noſtra audias, vt tua beneficia recognoſcas? Vnde igitur ordiar niſi * à tuis mea Gallia malis? quæ ex omnibus terris quas illa peſtis inſederat haud iniuria tibi vindicas priuilegium miſeriarum, non auribus modò, quarum ſenſus eſt leuior, ſed coram oculis ferre compulſa victoriam Maximi, interitum Gratiani. Alta licet vulnera (quod fatendum eſt) proximus nobis Italus, * contiguus oſtendat Hiſpanus, ſed in dolore * ſuo habet ſuum vterque ſolatiū. Tyrannidem ille non vidit, hic tyrannicidium vidit. Nos primi impetū belluæ furentis excepimus, nos ſæuitiam eius innocentium ſanguine, nos cupiditatem publica paupertate ſatiauimus. Apud nos ſemet exercuit crudelitas iam ſecura, & adhuc inops auaritia. Alibi malum publicum aut cœpit, aut deſtitit, in Gallia ſedit. Quis ſe nobis calamitate contulerit? Tyrannum & cum alijs tulimus, & ſoli. Quid ego referam vacuatas municipibus ſuis ciuitates,

[Margin notes: illud iuſt. v Quinquēnium ſentit, quo per vim Maximus ſine iure rebus præfuit. — ne erit, B — det. V B — & V B C — ſummo B C]

tates,

tates, impletas fugitiuis nobilibus solitudines? quid perfunctorum honoribus summis virorum bona publicata, capita deminuta, vitam ære taxatã? Vidimus redactas in numerũ dignitates, & exutos trabeis Consulares, & senes fortunarum superstites & * infantium sub ipso sectore ludentium flẽdam securitatẽ, cum interim miseri vetabamur agere miseros, immo * omnes cogebamur mentiri beatos, & cum domi atque secretò solis coniugibus ac liberis credidissemus furtiuum dolorem, procedebamus in publicũ non nostræ fortunæ vultu. audires enim dicere delatorem, Quid ita ille tristis incedit? An quia pauper ex diuite est? Non enim se viuere gratulatur? Quid ita * publicum atratus incestat? Luget (credo) fratrem. Sed habet filiũ. Ita fleri non licebat amissa metu reliquorũ. Serenos ergo nubilis mẽtibus vultus induebamus, & ad illorũ vicẽ qui degustato * Sardorum graminũ succo feruntur in morte ridere imitabamur læta mærentes. Est aliquod calamitatum delinimentum dedisse lacrymas malis, & pectus laxasse suspirijs. *Nulla maior est pœna quã esse miserum, nec videri.* Spes inter hæc nulla prædonis explendi. nec enim (vt natura fert) copiam satietas sequebatur, crescebat in dies habendi fames, & parandi rabiem parta iritabant. Vt ægrorum sitim potus accendit, vt ignis arentibus non obruitur, sed augetur, ita coactæ publica egestate diuitiæ auiditatem ieiunæ mentis acuebant. Stabat ipse purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutúsque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Cõportabantur interim spolia prouinciarum, exuuiæ exulum, bona peremptorum. Hic aurum matronarum manibus extractum, illic raptæ pupillorum ceruicibus bullæ, istic dominorum cruore perfusum appendebatur argentum. Numerari vbique pecuniæ,

infantum v

etiam eoz. v B

hic ad

Prouerbium adi, Sardonius risus.

fisci repleri, æra cumulari, vasa concidi. Cuius vt
illud VBC intuenti non * Imperatoris domicilium, sed latro-
nis receptaculum videretur. Sed tamen latro raptis
abutitur, & ablata alijs sibi reddit, nec ideo vias sal-
túsque obsidet vt thesaurum struat atque defodiat,
suppetit V *sup* & cùm scelere miser sit, sed vt gulæ ventríq; * sup-
peditet, *ne*. B. petat, & nec desit sumptus impendijs. nam & effú-
prat è. *quar. & perd.* dit & negligit eadem * perdendi & quærendi faci-
B litate. Noster ille pirata quidquid vndecunq; * con-
f. côaccrerat uenerat, id nobis sibíque periturum in illam specus
sui Charybdim congerebat. Charybdim loquor?
quæ cum plena nauigia sorbuerit, dicitur tamen
reiectare naufragia, & contortas fundo rates Tau-
rominitanis litoribus exponere. Bona nostra ad
ærarium vna & perpetua via ibant, nullas eorum
reliquias, nulla fragmenta vel sero victa fastidio il-
la communis vorago reuomebat. Est improborum
ciuium V * Principum postrema defensio auferre * donandi
donandi, & gratia, & inuidiam rapinarum magnitudine mune-
inu. VBC rum deprecari; quæ (malû!) ratio est abstulisse om-
habit. VCB nibus quod nullus * aditurus sit? Et priuatorũ quidẽ
auaritiæ licet mala, tamẽ aliqua defẽsio est, (Time-
tur inopia, & reponitur senectuti, & prospicitur he-
redi) quam affert causam concupiscendi qui quan-
tum vbique est habet? Quin ego (si fas piúmque
mortalibus existimare cælestia) ***nullam maiorem cre-***
diderim esse Principum felicitatem quàm fecisse feli-
vic. fort. VB ***cem, & intercessisse inopiæ, & * Fortunam vicisse, & de-***
disse homini nouum Fatum. Itaque Imperatori pro-
bene B C priam maiestatem * æstimanti non tam * id * suum
illud VBC videri debet quod abstulit quàm quod dedit. nam
vid. suum B cum intra ipsum voluãtur omnia, & vt ille qui cun-
cta ambit Oceanus quas suggerit aquas terris reci-
pit è terris, ita quidquid in ciues manat à Principe
f. redundet * redundat in Principẽ, & rei & famæ bene consulit
munifi-

munificus Imperator. lucratur enim gloriam, cum det pecuniam reuersuram. Sed illi quidem stulta omnis ratio captandæ laudis videbatur, qui, præter insitum pessimo * cuique boni exemplum, summam felicitatem habendi ac nocendi fine determinans, non solum vt quàm plurimum quæreret, sed vt nihil cuiquam reliqui faceret laborabat. nec enim (qui regibus mos est) exercendis inuigilabat metallis, vt latentia Naturę bona in vsum arcesseret, & pararet innoxias nullo pauperiore diuitias. Parum ille pretiosum putabat aurum quod de montium venis, aut fluminum glareis quæsitor Bessus, aut scrutator Callaicus eruisset, illud purius splendidiúsque credebat quod dedissent dolentes, quod hominum lacrymæ, non amnium aquæ abluissent, nec è terrenis specubus egestum, sed è ceruicibus ingulísq; cæsorum esset effossum. Sic cùm immitis tyranni & stilus timeretur & gladius, trãsierat in vota paupertas, & vt possemus effugere carnificem, optabamus subire sectorem. Quod si * ille cui pro ceteris sceleribus suis minus crudelis fuisse videtur, vestrum * si vestrum Vallio triumphalis, & trabeati * memorandis recordetur interitũ. Quorũ alter post amplissimos magistratus, & purpuras Cõsulares, & contractũ intra vnã domũ quendã honorũ Senatũ, vita sese abdicare cõpulsus est, alteri manibus satellitũ Britannorũ gula domi fracta, & inusta femineæ mortis infamia, vt *. s. maluisse vir ferri amãtissimus videretur laqueo perire quam gladio. Sed in illos fortasse speciales putaretur habuisse odiorũ causas tyrannus, (steterat enim vterque in acie Gratiani, & Gratianus vtrumq, dilexerat) quid de his dicimus qui honorum ac Principum nescij, & tãtum inter suos clari, nobiles animas sub carnifice fuderunt? De virorũ mortibus loquor,

cuius

cui ille a

* vest. VBIC Merobaudis VCR

s. trabeate Merobaudes

scilicet vt

loquor, cum descensum recorder ad sanguinem feminarum, & in sexum cui bella parcunt non parcē sæuitum? Sed nimirum graues suberant, inuidiosæque causæ vt vnco ad pœnam clari vatis matrona raperetur. obijciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio, & diligētius culta diuinitas. Quid hoc *maius poterat intendere accusator sacerdos? fuit enim fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antistites, reuera autem satellites, atque adeo carnifices, non contenti *sauitis euoluisse patrimonijs, calumniabātur in sanguinem, & vitas premebant reorum iam pauperum. Quinetiam cum *in' iudicijs capitalibus astitissent, cum gemitus & tormēta miserorum auribus ac luminibus hausissent, cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractassent, pollutas pœnali manus contactu ad sacra referebant, & cærimonias quas incestauerant mentibus etiam corporibus *inquinabant. Hos ille Phalaris in amicis habebat, hi in oculis eius, atque etiam in osculis erant, nec iniuria, à quibus tot simul votiua veniebant, auaro diuitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis iniuria. Tandem in nos oculos Deus retulit, & bonis Orientis intētus ad mala nostra respexit, & hūc *sacrario capiti obiecit furorem, vt fœdus abrumpere, ius feciale violare, bellum edicere non timeret. An ego sine diuino numine factum putem vt qui sub nomine pacis ludere, & primi sceleris pœnas lucrari quiescendo potuisset secundū tertiúmq; vexillū latrocinij ciuilis attolleret, & superatis Alpibus Cottijs Iulia quoque claustra laxaret, tibique Imp^tor imponeret, seruatæ adhuc veniæ *fidē, vincendi necessitatem. Agebat eum (credo) præcipitem vindicanda iam proximo vltore resp., & extinctus aperto dominus parricidio pœnas ab eo debitas expetebat.

maior V
miseres B C
abest V B
impiabant VBLC
sacerrimo cap. VBLC
finem B

petebat.Non *id confidentia, sed amentia,non te- *d'ul conf.* B C
meritas, sed necessitas erat, nec vltrò lacessabat ille
te bello,sed vlterius *se negare supplicio non po- *non pot se neg. sup* B
terat. Alioquin *quomodo tantam conceptisset au- *quando tant.*
daciam,vt ruere *inferum, & obuiam morti venire V C
tam ignauus & timens mortis auderet, vt *qui' se *in ferrum* V B L C
non potuerit postea vel victus occidere? Et te quidē *Mal..a al esse*
Imp^tor Auguste ad asserandā remp., vsurpandamq;
victoriam suffecisset in bella vel solum venire.nam
si olim domini aduersum rebelles seruos dimica-
turi flagra in aciem detulerunt, tantáque vis con-
scientiæ fuit,vt ab inermibus verterentur armati,&
qui *obtulerunt mortibus pectora darēt terga ver- *obtulerant* R
beribus,nónne tu quoque legionibus otiosis rem
totam visus egisses? An sustinere te coram,& solum
oculorum tuorum ferre coniectum ille quondam
domus tuę negligētissimus vernula,mensularúmq;
seruilium statarius lixa potuisset? Non statim *sub- *totum* B C
isset hominem præterita sui tuíque reputatio? Non
*ipse sibi obiecisset te esse triumphalis viri filium, *fili ipse* B
se patris incertum;te hęredem nobilissimæ familię,
se clientem;te *retrò omni tempore Romani exer- *om. ret.* B
citus ducem, libertatis patronū, se orbis extorrem,
patriæque fugitiuum; iam verò te Principē in me-
dio reip.sinu,omnium suffragio militum,consensu
prouinciarum, ipsius denique ambitu Imperatoris
optatum,se in vltimo terrarum recessu,legionibus
nescijs, aduersis prouinciarum studijs, *nullis de- *malis* B
nique auspicijs in *id tyrannici nominis aspirasse *illud tyr.* V B
furtum; postremo tecum fidem, secum perfidiam;
tecum fas,secum nefas; tecum ius, secum iniuriam;
tecum clementiam,pudicitiam,*religionem,secum *&* B
impietatem, libidinem, crudelitatem, & omnium
scelerum, postremorúmq; vitiorum stare collegiū?
Res ipsas interrogemus,&(quę certissima coniecta-
tio est)

tio est)colligamus gerenda gestis. Num tandem dubitari potest quid fuerit eo presente facturus qué nõ vidit, & fugit? Quãuis igitur Imp^tor hoste tali abutereris, nec tam ad prœlium conserendum quàm ad supplicium de nefario capite sumendũ venires, consilijs tamen tantis tantísque rationibus bellum administrabas, vt cum Perse aliquo decertaturus, aut
ipso illo B Pyrrho, aut cum * illo ipso Hannibale videreris. nã primum fidem regum quibus limes Orientis am-
signas V B C bitur data atque accepta dextera * firmas, quò foris securus agitares, si nihil sollicitum & suspectandum domi reliquisses. Tunc copias tuas trifariam diui-
hostes mult. B dis, vt & * hostis audaciã multiplicato terrore percelleres, & fugam circumfusus ambires. Postremo
vltroneam V B C R. *ferre* B C populis Barbarorum, * vltrò tibi operam * ferri vouentibus commilitonum munus indulges, vt & limiti manus suspecta decederet, & militi auxiliator accederet. Qua tua benignitate pellectæ omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, vt, quem remiseras tuis, Barbaris videreris imperasse dilectum. O res digna memoratu! Ibat sub ducibus vexillísque Romanis hostis aliquando Romanus, & signa contra quæ steterat sequebatur, vrbésque Pannoniæ quas inimica dudum populatione
f. implebat vacuauerat miles * impleuerat. Gotthus ille, & Hunnus, & Alanus respondebat ad nomẽ, & alter-
verebatur, B C *præclare. ferebatur* V, *corrupte* nabat excubias, & notari infrequens * ferebat. Nullus tumultus, nulla cõfusio, nulla direptio, vt à Barbaro, erat. Quin si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, & quam nu-
artaret V mero * arctarat annonam comparcendo laxabat, pro omni præmio omníque mercede id vnum re-
virtutis V B, *bene*. poscens, vt tuus diceretur. Quanta est * virtus ambitio! Accipiebas beneficium quod imputares. Memorabile putauit antiquitas quod Actiaco aliquãdo bello

bello ducibus motibúsq; Romanis peregrina Aegyptus arma permiscuit, tantúmque res credita est habere nouitatis, vt nisi frequenter isset in litteras, apud posteros videretur facti fides * laborare. nam quis annaliũ scriptor, aut carminũ tuas illas Cleopatra classes, & eborata nauigia, & purpurea cum auratis funibus vela tacuit? Quin ita crebro historia recãtata est, magis vt ab * ijsdem sæpedicta quam vt ab aliquo intermissa videatur. Nõ contendã duces, nec enim Principẽ nostrum non dicam victus Antonius, sed victor Augustus æquauerit. Quid in ceteris saltem simile deprehendimus? maximè si rerũ temporũmq; facies altrinsecus cõferamus, hos illósq; populos animorũ subiiciamus oculis. Illos vela facientes data ventis classis attulerat, hi longũ iter sub armorum fasce carpebant. Illos peregrino ignę suspirãs regina pellexerat, hos amor laudis, & participandæ glorię cura rapiebat. Illos tepens Pharus, & mollis Canopus, læuiumque populorum altor Nilus emiserat, hos minax Caucasus, & rigens Taurus, & ingentium corporum durator Ister effuderat. Illos tenero perlucentes amictu, & vix leue carbasum vitando Sole tolerantes alterno concussa tinnitu sistra ducebant, hos loricis onustos, inclusósque ferro fractæ voces tubarum, ingentiúmque lituorum clangor acuebat. Quæ tandem vt collatio posset esse populorum, etiamsi tanta non esset dissimilitudo causarum, vt ab illis fuerit Romani imperij appetita captiuitas, ab his repetita libertas. Quo tibi Imp^or indignius videbatur eius piaculi quemquam inueniri potuisse consortẽ cuius se Barbarus agebat vltorem. Sed illi quidem nefario sanguine belli primitias imbuentes par pęnæ culpæque documentum fuerunt. Testis est * Fisçia, testis pulcherrimus amne conflictus, si

conflictus

laboratura ΛCX

iisdem ΛC

& vt

Antonij.

abest t. & mox libertas?

Siscia v *Sisçia* ΛC *Vide notas.*

conflictus ille dicendus est, quo ita in publicos proditores animi plenus miles inuasit, vt eum nec numerus resistentium, nec maximi fluminis altitudo
quin vt V B C remorata sit, *quoniam vt erat ex longissimo itinere anhelus atque puluereus equos calcaribus incitaret, amnem nando coniungeret, ripam insiliret, paratos denique expectantésque deprehenderet. Sermo iste prolixior est quàm illa res fuerit. Vix fluuium manus inuicta transierat, iam locum belli tenebat. Vix hostem inuenerat, iam vrgebat. Vix pectora viderat, iam terga cedebat. Datur debito rebelle agmen exitio, voluuntur impiæ in sanguine suo turbæ, tegit totos strages vna cāpos, continuísq; funeribus cuncta latè operiuntur. Iam qui ad muros differenda morte properauerāt aut fossas cadaueribus æquabant, aut obuijs sudibus induebantur, aut portas quas eruptione patefecerant morte claudebant. At quorum se fugæ imperuius ripis amnis obiecit, trepidādo collecti, & alterum quisq; complexi, per abrupta glomerantur. Spumat decolor cruore fluuius, & cunctantes meatus vix eluctatis cadaueribus euoluit, vtq; se tibi posset speciali imputare militia, ipsum illum vexillarium sacrilegæ
morti C πεπονθότερον, hoc est, mortuo. factionis auidis gurgitibus absorbuit, & ne * mortis sepultura contingeret, cadauer abscōdit. Nonne vtroque credendus tuæ studuisse vindictæ, & adiuuando victoriam, & occupando clementiam? En tibi alteram pugnam, alterámque victoriā. Delectas in prœlium Marcellinus cohortes, & ipsum factionis nefariæ robur illa belli ciuilis Megera rapiebat,
exactiorem V tanto ceteris satellitibus audentior, quanto *excellentiorem operam nauabat tyranno frater tyranni. Quo quidē maximè tuus gaudebat exercitus, cùm se vltrò videret lacessi, qui nihil magis timuerat quā timeri, adeo quidem, vt castris ad castra collatis,

quòd

quod præcipiti die manum conferere non poterat, ſpe victoriæ cum luce venturæ peruigil ageret, tardum Solem, deſertorem diem, *annuum noctis æſtiuæ tempus criminaretur. Ecce lux *tandem, omnis campus horrebat ≠, diuiſi in cornua equites, leues ante ſigna velites, * depoſitæ manipulatim cohortes, & gradu pleno ferentes agmina quadratæ legiones vniuerſa latè, quâ viſus agi poterat, occuparant. Nondum ſe virtus experiebatur, iam diſciplina vincebat. At poſtquam intra coniectum teli acies vtraque promouit, & effuſis hinc inde ≠ ſagittarum nimbis res venit ad capulos, milites priſtinæ virtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores, cauſam publicam manu agere. Hoſtes venditam operam; laceratam Italiam, ſpem in ferro reliquam cogitantes, gladiatoria deſperatione pugnare, nec gradu cedere, ſed ≠ veſtigio ſtare, vel cadere. At vbi impulſa acies, frontque laxata, & fiducia in pedes verſa eſt, ire præcipites, aut * inglorios fugere, & ſe inuicem feſtinando tardare. Armati, inermes, integri, ſaucij, primi, poſtremique miſceri. Miles vrgere eminus, cominus, gladiis, haſtis, punctim, cæſim ferire. Alij poplitibus imminere, alij terga configere, aut quos curſu non poterant *continere iaculis occupare. Arma, *telaque, homines, viua, perempta, prona, ſupinaque corpora paſſim, vel in aceruo iacere. Illi * inutilibus exciſiſque membris reliqua ſui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum ſequebantur, iſti mortes receptas in ſiluas, & flumina deferebant. Illic poſtremum ſpiritum in admiratione nominis tui, & ſui ducis deteſtatione fundebant. Nullus finis cædendi, inſequendique, niſi ſubtraxiſſet aliquan-

f. annum noct.
tandem. Et iam omn. L C. exercitu C.
diſpoſ. V
iaculorum ſagittarumque BC.
in vie
globo fug. VBLC
continuare V
tela, qui, hom. V.
mutilis VBLC

do victoribus mors hostem, & nox diem. At quanto melius manus illa consuluit quæ submissis precabunda vexillis petijt veniam necessitatis, & terram in osculis premens calcanda vestigiis tuis corpora & arma proiecit? Quam tu non superbè, vt victam, non iratè, vt ream, non negligenter, vt parum necessariam, præteristi, sed blandè liberaliterque tractatam iussisti esse Romanam. Iunguntur socia agmina, & sub vno capite diuersa reip. membra coalescunt. Ambo pari gaudio feruntur exercitus. Hic opera sua gaudet, hic venia, vterque victoria. Nec pia * hac mora' cunctantius, vbi te affore nunciatum, impulsis effusâ portis obuiam prouolauit, & (vt est omne desiderium post spem impatientius) parum credens patere venienti, festinauit occursare venturo. Fingit quidem (vt scimus) timor gaudium, sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, vt in speculo frontium imago * extat animorum. Velut illa ciuitas à longa obsidione respirans, quòd eam tyrannus Alpibus obiacentem tanquam belli limen attriuerat, tanta se & tam simplici exultatione iactabat, vt * inesse vera lætitia nimia videretur. Ferebant se obuiæ tripudiantium cateruæ. Cuncta cantu, & crotalis personabant. Hic tibi triumphum chorus, ille contrà tyranno funebres nænias & carmen exequiale dicebat. Hic perpetuum victis abitum, ille victoribus crebrum optabat aduentum. Iam * quocunque' tulisses gradum sequi, circumcursare, præcedere, vias denique quibus ferebaris obstruere. Nullus cuiquam sui tuiue respectus * blandam tibi faciebat iniuriam. Quid ego referam pro mœnibus suis festum liberæ nobilitatis occursum, conspicuos veste niuea Sena-

[Margin notes: Hæmona v. Hæmonia L. C — &c. — f. extet — ni esset vera v — quoque l — Blandam & contumacia gaudiorum B]

Senatores, reuerendos municipali purpura flamines, insignes apicibus Sacerdotes? Quid portas virentibus sertis coronatas? Quid aulæis
* tardantes plateas, accensisque funalibus au- *undantes* V B G
ctum diem? Quid effusam in publicum turbam
* domorum, gratulantes annis senes, pueros ti- *
bi longam seruitutem vouentes, matres lætas, virginesque securas? Nondum omne confeceras bellum, iam agebas triumphum. Ibat interim Maximus, ac te post terga respectans in modum
amentis attonitus * euolabat. Nec vllum ille *aduol.* V. *auol.*
consilium, vllámue rationem, aut denique spem B, *rectè.*
(quæ * postrema homines deserit) sequeba- *postremò* B
tur, quin ipsos viæ implicabat errores, & nunc dexter, aut læuus, nunc vestigiis suis obuius incertum iter ancipiti ambage texebat. Quoties sibi ipsum putamus dixisse, Quò fugio? Bellúmne tentabo? Vt quem viribus totis ferre non potui
parte sustineam! Alpes Cottias * obserabo? *obseruabo* B
Quia Iuliæ profuerunt! Peto Africam? Quam exhausi. Repeto Britanniam? Quam reliqui. Credo me Galliæ? Sed inuisus sum. Hispaniæ committo? Sed notus sum. Quid ergo faciam, inter arma & odia medius? A tergo premor ho-
stibus, à fronte crininibus. Si * morarer eua- *mererer euasi-*
derem? Sed ecce nec animum sequitur manus, *ram* V G B.
nec manum gladius, labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiscit. *O quam difficile est miseris etiam perire!* Ergo vt clausæ cassibus feræ quæsito diu exitu, desperatoque, consistunt, & præ timore non fugiunt, ita ille ipso quo agitabatur metu alligatus in oppidum semet Aquileiense præ-
cipitat, non vt vitam * defenderet resistendo, *vel def.* B
sed ne pœnam frustrando differret. Quamquam quæ poterat vlterior esse dilatio? cùm ita vestigiis

eius ac tergo ardens miles insisteret, vt pæne omnem quæ est secuta pompam vltio festinata * percepit. Rectè profecto * germana illa pictorum, poëtarumque commenta Victoriam finxere pennatam, quòd hominum cum Fortuna euntium non cursus est, sed volatus. Ille ab vltimo Orientis sinu festinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis, tot fluminibus enatandis, tot scandendis montibus fatigatus, in alio orbe, & * in alio (pæne dixerim) Sole positus, spatio lucis vnius Illyrico continuauit Aquileiam. Nihil tamen sibimet hoc nomine * vindicant, & siquando mirantium circulos contrahunt, aut conuiuia nostra sermone producunt, operam omnem suam fine Alpium terminantes, deberi sibi abnuunt illam celeritatem, quòd expertes laborum peruenisse se * viderunt quo ire non senserant. Negant immo se suis vectos esse corporibus, sed tanquam per aliquas imagines somniorum ferrentur, absentes præbuisse gestantibus ventis otiosorum ministeria membrorum. Nec fides anceps. nam si olim seueri credidere maiores Castoras geminos, albentibus equis, & stellatis apicibus insignes, puluerem cruoremque Thessalicum aquis Tyberis abluentes, & nunciasse victoriam, & imputasse militiam, cur non tuæ publicæque vindictæ confessam aliquam Immortalis Dei curam putemus * & * annixam? Nisi forte maiorem diuini fauoris operam res Romana poscebat Macedonico augenda * quam tyrannico eximenda seruitio. Ego vero (si cæleste studium pro dignitate causarum æstimandum sit) iure contenderim equites tuos Pegasis, talaribus pedites vectos ac suspensos fuisse. neque enim quia se diuina

f. præceperit (percepit)
genuina B (germana)
sub al. V B (in alio)
milites tui B (vindicant)
viderint V B (viderunt)
al. est V B (&)
admissam. B (annixam)
regno V B L C (Macedonico)

uina mortalibus dedignantur fateri, idcirco quæ
viſa non fuerint * dubitauimus facta, cùm fa- *f. dubitabimus*
cta videamus quæ dubitauerimus eſſe facienda.
Anguſte fortunam tuam Imp^tor expendit quiſ-
quis id de te tantum quod fieri poteſt credit. An
ego, cum ab Alpibus Iuliis otioſo feriatoque fer-
ro non prœlium fuiſſe videam, ſed triumphum,
dubitauerim illam ſpecialem quandam felicita-
tis tuæ dixiſſe militiam? Scimus quidem Imp^tor
ita te cuncta adminiſtraſſe, vt non poſſint ſe tibi
imputare ſucceſſus, ſed fatearis neceſſe eſt quan-
tum te in bello, tantum fortunam tuam egiſſe
poſt bellum. Cui ſi vocem demus, & iudicem,
nónne prolixè ſuam enumerabit operam, & vt
virtutibus tuis multa concedat, ſibi aliquam vin-
dicabit? Et cur (quæſo) non demus, vt ac-
cipiamus vtriuſque partis aſſerta, cùm * ſint *ſit quæ vicerit*
quæ vinceret tua? Audio Conſtantiam dicere, *V B C*
Bellum atrox periculoſumque ſuſcepi; memora-
re Patientiam, Immenſum iter, tempus anni
graue ſemper armata, * ſemper ieiunia tolera- *ſæpe iei. B,*
ui; tenere Prudentiam, Partita ſum militem, & *egregie.*
multiplicaui arte terrorem; aſſerere Fortitudi-
nem, Bis conflixi cum hoſte, bis vici; omnes
poſtremo clamare, Quid tibi debemus Fortuna,
quam fecimus? Sed ſi illa dicat, * Properatio- *ego prop mil.*
nem militum ego iuui, ego fugam hoſtium præ- *B C*
pediui, ego Maximum in muros coëgi, & quem
vos cogebatis mori viuum domino reſeruaui, non
video quod poſſit eſſe iudicium, quin cùm iſta
pars imputet tyranni fugam, illa * cuſtodiam *cuſtod. reſp.*
rep., quæ vtrique pariter obnoxia eſt, ita vtram- *V B C reip. R, inepte.*
que coniungat, vt fateatur * vni ſemet victo- *ſic, virtutibus*
riam, * alteri debere vindictam. Sed nec tu *fortunæ.*
debitam gratiam beneficij infitiator abiuras. nam

 etſi

eius ac tergo ardens miles insisteret, vt pæne omnem quæ est secuta pompam vltio festinata * percepit. Rectè profectò * germana illa pictorum, poëtarumque commenta Victoriam finxere pennatam, quòd hominum cum Fortuna euntium non cursus est, sed volatus. Ille ab vltimo Orientis sinu festinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis, tot fluminibus enatandis, tot scandendis montibus fatigatus, in alio orbe, & * in alio (pæne dixerim) Sole positus, spatio lucis vnius Illyrico continuauit Aquileiam. Nihil tamen sibimet hoc nomine * vindicant, & siquando mirantium circulos contrahunt, aut conuiuia nostra sermone producunt, operam omnem suam fine Alpium terminantes, deberi sibi abnuunt illam celeritatem, quòd expertes laborum peruenisse se * viderunt quo ire non senserant. Negant immo se suis vectos esse corporibus, sed tanquam per aliquas imagines somniorum ferrentur, absentes præbuisse gestantibus ventis otiosorum ministeria membrorum. Nec fides anceps. nam si olim seueri credidere maiores Castoras geminos, albentibus equis, & stellatis apicibus insignes, pulverem cruoremque Thessalicum aquis Tyberis abluentes, & nunciasse victoriam, & imputasse militiam, cur non tuæ publicæque vindictæ confessam aliquam Immortalis Dei curam putemus * & * annixam? Nisi forte maiorem diuini fauoris operam res Romana poscebat Macedonico augenda * quam tyrannico eximenda seruitio. Ego vero (si cæleste studium pro dignitate causarum æstimandum sit) iure contenderim equites tuos Pegasis, talaribus pedites vectos ac suspensos fuisse. neque enim quia se diuina

f. præceperit
genuina B
sub al. V B
milites tui B
viderint V B
al est V B
adnisam. B
regno V B L C

uina mortalibus dedignantur fateri, idcirco quæ
visa non fuerint * dubitauimus facta, cùm fa- *f. dubitabimus*
cta videamus quæ dubitauerimus esse facienda.
Anguste fortunam tuam Imp^{tor} expendit quis-
quis id de te tantum quod fieri potest credit. An
ego, cum ab Alpibus Iuliis otioso feriatoque fer-
ro non prœlium fuisse videam, sed triumphum,
dubitauerim illam specialem quandam felicita-
tis tuæ dixisse militiam? Scimus quidem Imp^{tor}
ita te cuncta administrasse, vt non possint se tibi
imputare successus, sed fatearis necesse est quan-
tum te in bello, tantum fortunam tuam egisse
post bellum. Cui si vocem demus, & iudicem,
nónne prolixè suam enumerabit operam, & vt
virtutibus tuis multa concedat, sibi aliquam vin-
dicabit? Et cur (quæso) non demus, vt ac-
cipiamus vtriusque partis asserta, cùm * sint *sit quæ vinceris*
quæ vinceret tua? Audio Constantiam dicere, V B C
Bellum atrox periculosumque suscepi; mémora-
re Patientiam, Immensum iter, tempus anni
graue semper armata, * semper ieiunia tolera- *sæpe iei. B, egregie.*
ui; tenere Prudentiam, Partita sum militem, &
multiplicaui arte terrorem; asserere Fortitudi-
nem, Bis conflixi cum hoste, bis vici; omnes
postremo clamare, Quid tibi debemus Fortuna,
quam fecimus? Sed si illa dicat, * Properatio- *ego prep mil.* BC
nem militum ego iuui, ego fugam hostium præ-
pediui, ego Maximum in muros coëgi, & quem
vos cogebatis mori viuum domino reseruaui, non
video quod possit esse iudicium, quin cùm ista
pars imputet tyranni fugam, illa * custodiam *custod. resp.*
rep., quæ vtrique pariter obnoxia est, ita vtram- *V B C reip. R, inepte.*
que coniungat, vt fateatur ≠ vni semet victo- *sc. virtutibus*
riam, * alteri debere vindictam. Sed nec tu *fortunæ.*
debitam gratiam beneficij infitiator abiuras. nam

etsi per te confeceris quæ volebas, per Fortunam tamen plus adeptus es quam volebas. Agedum, si videtur, præteritas cogitationes tuas consule, & vota conueni. Num amplius sperauisti quam vt Maximus tibi nunciaretur occisus, quàm vt semiuiuum eius caput, nondum clausis tota morte oculis, ex acie referretur, quam * ad summum vt fugiens, resisténsue caperetur? Ceterum quando quod factum est vel optasti, vt se tibi * ipse seruaret, vt consciscere sibimet interitum nollet, & posset? Magno quidem (fateor) pectoribus humanis, atque adeò maximo lux amori, interitus horrori est, sed quatenus aut ista optari potest, aut ille vitari. At si vltima supra caput steterit hora, & venerit dies nunquam reuersurus, ac se confessa mors fuerit, non timentur extrema cùm certa sunt. Hinc reorum vsque ad damnationem metus, postea attonitus stupor, & ex desperatione securitas, & ad locum supplicij voluntaria carnifice non trahente properatio. Vt de his taceam qui cum Fatis * fortunis paciscentes incertum exitum certo occupauerunt, vt nihil de seruis loquar qui verbera vitauere suspendio, & motus heriles vsque ad præcipitia fugerunt, quis vnquam vltra * speciem timuit? quis idcirco semet occidere noluit vt occideretur? Nisi verò vel leuior manus aliena quam propria, vel fœdior mors priuata quam publica, vel longior pœna ferro incumbere, & corpore vulnus onerare, & recipere interitum statim totum, quam supplicium diuidere, poplitem flectere, ceruicem * extendere ad plagam & fortasse non vnam. Et tamen * quando secum ille ferro transigendum putabat, non potius ignem, laminas, crucem, culleum, & quidquid merebatur

abest VB

ille seru. V f. ipse ille seru. Vide ad pag. 321. 25.

fortius pac. L C

spem V C R

ext., plag. VB expectare B C f. quomodo

batur timebat? Nunquam profectò tam bene de sceleribus suis sensit, vt mortem potuerit sperare qua periit. Si igitur nec præsumere veniam reus, nec sperare fugam clausus, nec mortem potuit timere moriturus, & certo extremorum lenior videri debuit voluntarius quam coactus, honestior priuatus quam publicus, postremo breuior occupatus quam expectatus interitus, num cui dubium est in eo quod non habuit rationem fuisse Fortunam? Illa * illa' tyranni consilia *abest B* cæcauit, illa & animum eius obtudit & gladium, illa expeditam in vulnus manum * percussit & *f. percussa* tenuit. Nisi verò tu tuum venerabilis Gratiane carnificem Diris comitatus vltricibus obsidebas, & irata minax vmbra ob os eius oculosque fumantes Infernis ignibus tedas, & crepitantia torto angue flagra quatiebas, ne morti honestæ vacaret, ne regalem * illum sacrosanctumque ve- *ill sanctúmque B* stitum impio cruore pollueret, * ne vultus olim *nec vult V* tuus, ac deinceps * fratrum futurus funestum *f. ne cult.* sanguinem vel dum vindicatur acciperet, ne po- *Valentiniani.* stremo te manus vlcisceretur tyranni, & deberes Maximo vel suam mortem. Et planè ita cuncta ceciderunt, vt non seruata modò vltio, sed ordinata videatur. nam vnde (quæso) tam repentina conuersio, vt qui oppetere timuerat interitum non timeret expetere, * & quem inclu- *vt a* serat metus, proferret audacia? Hic nulla iam reliqua festinandis rebus mora. Actutum fortissimi duces instruendo accinguntur triumpho, capiti diadema decutitur, humeris vestis aufertur, pedibus ornatus euellitur, totus denique homo aptatur ad * interitum. Publicè publicus *meritum V* spoliator exuitur, nectuntur manus rapaces, nudantur crura fugitiuo, talis denique tuis offertur

oculis qualem offerri decebat victori captum, domino seruum, Imperatori tyrannum. Nec tu illum (qua es clementia) in conspectum tuum venire voluisses, ne oculos istos omnibus salutares homo funebris impiaret, nisi famam confutate mendacij, teque purgare eodem teste quo insimulatore voluisses. *Habet vires, habet nescio quos internos mens scelerata carnifices, aut ipsa sibi carnifex conscientia est*, aut (quod magis cre-
saeuius B C do) omni * saeuius quaestione est à te interrogari. Ad primam tuam vocem nefario pectori excussa confessio est, nec cunctari saltem, aut mussitare potuit, quin consilium omne nudaret, se videlicet fauoris tui obtendisse praetextum, quòd aliter non potuisset allicere militum
societatem V B C * societates nisi se auctoramenti tui finxisset auctorem. Et post hanc tu vocem non illum in crucem tolli, non culleo insui, non discerpi in frusta iussisti, non postremò illam tanti ream mendacij linguam radicitus erui praecepisti cum eorum parte vitalium quorum fuerat locuta commentum? Quin iam coeperas de eius morte dubitare, & deieceras oculos, & vultum rubore suffuderas, & cum misericordia loquebaris. Sed bene est quod non omnia potes. Tui te vindicant & inuitum. Rapitur ergo ex oculis, & ne
post. lic. B quid * licere posset clementiae, inter innumeras manus fertur ad mortem. Ecce iterum Imp^tor auerteris, & illam tyrannici exitus relationem grauaris. Iam iam esto securus, geram clementiae tuae morem, quod noluisti videre non audies. Huc huc totas pij vates doctarum noctium
lit. ling. quo B conferte curas, hoc omnibus * linguis litterisque celebrate. Nec sitis de operum vestrorum perennitate solliciti. Illa quam praestare histo-
riis

riis ſolebatis ab hiſtoria veniet æternitas. Vos quoque, quibus ſecunda ſors ceſſit dare famam rebus, artifices, vulgata illa veterum fabularum argumenta deſpicite, Herculeos labores, & Indicos Liberi triumphos, & anguipedum bella monſtrorum. Hæc potius hæc geſta ſolertes manus ducant, his fora, his templa decorentur, hæc ebore reddantur, hæc marmore, hæc in coloribus viuant, hæc in æra moueantur, hæc gemmis augeant pretium. Pertinet ad ſecuritatem omnium ſæculorum quod eſt factum videri, vt ſi quis vnquam nefaria vota conceperit, monumentis noſtrorum temporum recenſitis per oculos hauriat innocentiam. Quiſquis purpura quandoque regali veſtire humeros cogitabit, Maximus ei exutus occurrat. Quiſquis aurum gemmaſque priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis * nudus appareat. Quiſquis imponere capiti diadema meditabitur, auulſum humeris Maximi caput, & ſine nomine corpus aſpiciat. Scimus quidem nihil vnquam nouandum, cum Romanum ſemper imperium aut tuum futurum ſit, aut tuorum, pertinet tamen ad geminam reip. ſecuritatem quod fieri non poteſt etiam non timeri. Sed * vtcunque virtutis tuæ opera curioſæ poſteritatis oculis artificum manus reddet, cum te vel Alpium dorſa ſuperantem, vel flumina obiecta trahantem, vel agmen hoſtile triumphalibus veſtigiis atterentem pictorum atque fictorum aſſequetur imitatio, clementia * Imp^tor tua quo cælo, quo pigmento, quo ære, auróue ducetur, qua tu ipſius victoriæ victor ita omnem cum armis iram depoſuiſti, vt ceciderit nemo poſt bellum, certè nemo poſt Maximum?

nudis v.

vt cuique virt. B Non placet.

tua Imp. B

Paucis Maurorum hostium, quos secum velut agmen Infernum moriturus incluserat, & duobus, aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculum cæsis, reliquos omnes venia complexa velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta. Nemo affectus nota, nemo conuicio, aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia luit. Cuncti domibus suis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique * innocentiæ (quod est dulcius) restituti sunt. Vide Imp^tor quid hac clementia consecutus sis. Fecisti vt nemo sibi victus te victore videatur. Spectabas hæc * à tuis collibus Roma, & septena arce sublimis celsior gaudio ferebaris. Tu quæ experta Cinnanos furores, & Marium post exilia crudelem, & Sullam tua clade felicem, & Cæsarem in mortuos misericordem, ad omne ciuilis motus classicum tremiscebas; quæ præter stragem militum vtraque tibi parte pereuntium extincta domi Senatus tui lumina, suffixa pilo Consulum capita, Catones in mortem coactos, truncosque Cicerones, & Pompeios fleneras insepultos; cui damna grauiora scissus in partes * ciuium furor quam portis imminens Pœnus, aut receptus muris Gallus intulerat; cui Alliensi die Emathia funestior, Cannis Collina feralior tam altas olim reliquerunt cicatrices, vt, * grauius semper tuam quam alienam experta virtutem, nihil tibi magis quam te timeres; vidisti ciuile bellum hostium cæde, militum pace, Italiæ recuperatione, tua libertate finitum. Vidisti inquam finitum ciuile bellum, cui decernere

(quod est dul.) innoc. B

a. v B.

abest B

maiore tua iactura.

nere posses triumphum. Hactenus memet Imp^tor Aug^te præteritas res tuas attrectasse fas fuerit. At cum tempus admoneat meminisse præsentium, finem sermoni facere maluerim quam * amplissimi ordinis munus inuadere. *in V*
Dabitur vtcunque venia piæ temeritati, si vsurpasse communia, non occupasse videamur aliena. Licuerit mihi quæ in Barbaris gentibus, longinquisque prouinciis pro summa re fortiter feliciterque fecisti : annuente Numine tuo, & Senatu fauente dixisse. *& S.* Ea vero quæ Romæ gesta sunt, qualem te Vrbi dies primus inuexerit; quis in Curia fueris, quis in Rostris; vt pompam præeuntium ferculorum curru modò, modò pedibus subsecutus, alterno clarus incessu, nunc de bellis, nunc de superbia triumpharis; vt te omnibus Principem, singulis exhibueris Senatorem; vt crebro, ciuilique progressu non publica tantum opera lustraueris, sed priuatas quoque ædes diuinis vestigiis consecraris, remota custodia militari, * tutior publici amoris excubiis. *tutus s* Horum hæc linquis, horum inquam voce laudentur qui de communibus gaudiis & dignius vtique quæ maxima, & iustius poterunt prædicare quæ propria sunt. O mea felix peregrinatio! O bene suscepti, & exhausti labores! Quibus ego intersum bonis? Quibus paror gaudiis? Quæ reuersus vrbibus Galliarum dispensabo miracula? Quantis stupentium populis, quam multo circumdabor auditore cùm dixero, Romam vidi, Theodosium vidi, & vtrumque simul vidi, vidi illum * Principis patrem, vidi illum Principis vindicem, vidi illum Principis restitutorem? *Honorij.* Ad me longinquè conuenient ciuitates,

tates, à me gestarum ordinem rerum stilus omnis accipiet, à me argumentum poëtica, à me fidem sumet historia. Compensabo tibi istam Imp'or iniuriam, si, quando de te ipse nihil dixerim quod legendum sit, instruam * quæ legantur.

qui leg. v 3. egregia.

FINIS.

N O-



NOTÆ
AD PLINII, ET ALIORVM
PANEGYRICOS EODEM
AVTORE.



AVDATIO *elegans inprimis, & quam* pag. 7.
accuratū exemplar quoddam Atticismi proponam. Quo in genere & laborasse se autor sparsim significat in Epistolis, & verò (nisi me amor & iudicium fallunt) regnat. Scis Apollinarem Sidonium lib. VIII *ad Ruricium scribere*, C. Plinius pro Attia Variola plus gloriæ de Centumuirali suggestu domum retulit quàm cùm M. Vlpio, incomparabili Principi, comparabilem panegyricum dixit, *sed nec optimus is dicendi censor ac magister est, & voluerit (opinor) Plinium hic magno interuallo à summi Principis meritis relinqui. Potuit & longè imparem actioni pro Attia Variola sensisse. De qua hac sunt ipsius Plinij lib.* VI *ad Romanum*. In summa solent quidam ex contubernalibus nostris existimare hanc orationem, (Iterum dicam) præcipuam vt inter meas, *ὡς τὴν ὑπὲρ Κτησιφῶντος* esse, & *plura mihi. Sed ea cum alus fuit, nobis superest desiderium. De hoc opere verò quod iudicium parentis tui æstimes mi Lector ex epistola* XIII *&* XVIII *libri* III. *Meminit &* XXVII *libri* VI.

adhuc dubium fuisset] *Frequens hoc significatu adhuc tum* 17.
Plinio, ac quos nunc damus panegyristis, tùm Ciceroni ipsi. Loca ex eo aliquot apponam. Verrina VII. Ita mihi voluntatem spemque reliquæ vitæ vestra populiq; R. existimatio comprobet, vt ego quos adhuc mihi magistratus pop. R. mandauit sic eos accepi, vt me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. *Diuinatione in Verrem*, videt enim, si à pueris nobilibus quos adhuc elusit, accusandi voluntas ad viros fortes spectatosque homines translata sit, *& quæ sequuntur. Iterum*, Est adhuc (id quod vos omnes mirari video) non Verres, sed Q. Mucius *Verrina* II., Vident adhuc post legem Tribunitiam vnum hominem (*In quibusdam est*, Senatorem, *quod equidem haud probem*) vel tenuissimum esse damnatum. *Visus & Casinâ Plautus*, Nam nisi ex te scio quidquid hoc sit cito, iam tibi

istuc

istuc Cerebrum expetcutiam execrata ludibrio pessima Quæ me adhuc habuisti.

pag. 8. 8. cui, quando sint hactenus, &c.] *Corrupta, & obscura sententia. In V lego*, cui quando sint hactenus quoniam vt Deo husquam vt Num. bland. *In c propius ad verum*, cui quando sint hactenus quam vt Deo, nunc nusq. vt Num. bland. *Corrigo indubitato*, cui, quando sint acta: Nusquam vt Deo nunc, nusq. vt Num. bland. *Quæ apertè sana & integra.*

10. formosum alium] *Domitianum. Adi Sueton. cap.* XVIII.

21. gestum alterius] *Neronis. Infrà*, Idem ergo populus ille, aliquando scenici Imperatoris spectator & applausor &c. *Paulo antè* concentu *non sollicito. sic enim alibi*, Principi nostro quanta concordia quantusque concentus omnium laudum, omnisque gloriæ? *Rursum*, neque enim à te minore concentu vt tolleres pantomimos quàm à patre tuo vt restituerêt exactum est.

27. *Optimi cognomen*] *Decretum id ei à Senatu Armenia subacta, eoq; delectatum maximè Xiphilinus & Zonaras tradunt.*

pag. 10. 5. bella gerantur] *Probè regerentur. Idem vitium obseruo & in Statio Lacrymis Etrusci*, Vice cuncta reguntur, Alternisque regunt. *Ineptè est in editis* geruntur & premunt. *Clarum è sequentibus, quæ quid vetat eadem opera lucem accipere ab interpunctione?* Propriis sub regibus omnis Terra, premit felix regum diademata Roma.

7. æquata DIs Immort. potestas] *Iuuenalis*, Nihil est quod credere de se Non audit cum laudator DIs æqua potestas.

21. indeflexa maturitas] *Id est. stabilis, nondum prona & vergens: nam imperium iniit annos natus duos & quadraginta.* Xiphilinus, *Zonaras.*

22. festin. senectutis insignibus] *Hoc est, canis. Idem Xiphilinus de Traiani expeditione in Agarenos*, αὐτὸς παριππεύσας βραχυτάτου ἐδέησε τρωθῆναι, καίπερ τὴν βασιλικὴν στολὴν ἀποθέμενος, ἵνα μὴ γνωρισθῇ. Τὴν δὲ πολιὰν αὐτοῦ τὸ γαῦρον, καὶ τὸ σεμνοπρεπὲς τοῦ προσώπου ἰδόντες, ὑπετόπησάν τι εἶναι ὃς ἦν, καὶ ἐπετόξευσαν αὐτῷ. Ipse præterequitans minimum abfuit quin sauciaretur, quamlibet regio paludamento deposito, vti ne agnosceretur. Sed canitiem eius lætam, & augustum quiddam in vultu conspicati, cùm esse eum qui erat suspectauere, tùm telis petiuere.

33. ascendenti de more Capitolium] *Votis (reor) concipiendis, quod proficiscentibus ad exercitus solenne.*

pag 11. 3. te consalutauit Imperat.] *Infrà*, quam peculiare gaudium eorum qui te primi eodem loco salutauerant Imperatorem! *Lege quæ notamus ad pag. 85. 23.*

10. furorem mœtumque castrorum] *Prætorianorum militum, Caspe-*

Casperio Aeliano, Praefecto, autore. Xiphilinus *Nerua.*
si tamen haec sola erat ratio, &c.] *Similia haec Lucani de Ne- rone lib.* I, Quod si non aliam venturo Fata Neroni Inuenere viam, magnoque aeterna parantur Regna Deis, caelumque suo seruire Tonanti Non nisi saeuorum potuit post bella Gigantum, Iam nihil ô Superi querimur, scelera ipsa nefasque Haec mercede placent. 25.
immo (vltrà) dantem oblig.] *Bene* vltrà, *id est, quod amplius est. nam in C vitiose est* vltiò. *Sic* altiùs *Virgilius dixit Ciri, pro quod altius & sublimius est,* Altius, at magni suspendit sidera mundi. *Vbi* suspendit *ποιηλικῶς pro* suspensa & superne impendentia describit *equidem interpretor, ac leui mutatione at, non ad rescripsi. non enim placet* subtendit *legi, quod vir doctus reposuit. Autor Aetnae,* Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen, Fortius ignotas molimur pectore curas. *Tertullianus de carne Christi,* Nec sustinent saltem, sed (amplius) interpellant. pag. 12. 16.
al. vtilitas] *Perspicuè rectum est, nec muto. Diuaeus noster malebat* vil tas, *id est, Neruae Imperatoris à senio contemptus. Quod equidem non sequor.* 14.
vt prius alius atque alius] *Augustum sentit, qui in Liuiae suae gratiam Tiberium adoptauit, sed non ante quam is Germanicum, nepotem ex fratre, adoptasset. Suetonium lege Tiberio cap.* XV. 15.
S. P. Q. Romani exercitus] *Placet quod in* V C R *inueni,* Senatum, populumque Rom., exercitus, &c. *Firmant haec Metij Falconij Nicomachi apud Vopiscum, quae & commodo tuo, quisquis es, Lector, & quia huc faciunt, asscripsi.* Te Tacite Auguste conuenio petens, obsecrans, libere pro communis patriae legibus deposcens ne paruulos tuos (si te citius Fata praeuenient) facias Romani heredes imperij, ne sic remp., Patresque conscriptos, populumque R. vt villulam tuam, vt colonos, vt seruos tuos relinquas. Quare circumspice, imitare Neruas, Traianos, Hadrianos. 29.
in gremio Iouis collocarat] *Plinius de Lauro lib.* XV. *cap. vltimo,* Fasces Imperatorum decorat. Ex hinc in gremio Iouis Opt. Max. deponitur quoties laetitiam noua victoria attulit. *Statius* IIII *Siluar.* I, nondum in gremio Iouis (*Male ab aditis abest in*) Indica Laurus, Nondum Arabes, Seresque rogant. *Virtus ad Scipionem apud Silium Punic.* XV. dabo qui vestrum saeuo nunc Marte fatigat Imperium superare manu, laurumque superbam in gremio Iouis excisis deponere Poenis. *Iulius Obsequens de prodigiis,* C. Antonius cum in agro Pistoriensi pag. 13. 25.

Catilinam deuicisset, Laureatos fasces in Prouinciam (*Macedoniam intelligit, quam L. Torquatus obtinuerat, cui hic successer*) tulit. Ibi à Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. Apparuit eum hostibus pertendisse victoriam, cùm ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. *Latinus Pacatus in Theodosium*, depositis in gremio Capitolini Iouis laureis triumphales viri rusticabantur. ***Addam denique velut supernumerarium testem Senecam, cuius Consolat. ad Heluidm matrem hac sunt verba***, Scilicet minus beatè viuebat

Curius. * Dictator noster qui Sammitū legatos audiit cum vilissimum cibum in foro ipse manu sua versaret, illa qua iam sæpe hostem percusserat, laureamque (*Inepte est in editis* lancemque, *in aliis* lanceamque, *propius vero*) in Capitolini Iouis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria vixit.

31. tua iuuenta] *Iuniores à Seruio Tullo Rege appellatos vsque ad annum quadragesimum sextum è C. Tuberonis Historiar. I Agellius notauit X cap. XXVIII. Et tamen in acclamationibus Senatus apud Flauium Vopiscum, Tacito senex ad imperium Traianus venisse dicitur, cùm id inierit annos natus duos & XL, vti de Xiphilino & Zonara statuimus, atate intra Seruianam constitutionem.*

35. nuper post adoptionem] *Vidi qui ad Pisonianam traheret, de qua Suetonius Galba cap. XVII. Sed (Ignoscant mihi Manes) errant largiter. nam de Traiani à Nerua adoptione loqui Plinium perspicuè sequentia docent.*

pag. 14. 3. An dubium est vt dare non posset, &c.] *Non concoquo equidem hanc lectionem, etsi eadem & in* C R. *Placet quam* VG *representans*, An dub. est vt dare posset imp. Imp. qui reu. amiserat auctoritate eius effectum cui dabatur ? *aut*, effectum esse cui dabatur.

8. in alterum filium] *Titum. Quanquam videri Domitianus volebat patri ac fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse. Suetonius Domit. cap. XIII. Quò Martialis respexit cùm ait*, Solus Iuleas cùm iam retineret habenas Tradidit, inque suo tertius orbe fuit, *lib. IX Epigr.* C IIII.

13. & Consul., & triumph. patre] *Infrà*, An Consularis viri, triumphalisque filius cum tertio Consul creatur ascendit ? *Iterum*, Innutritus bellicis laudibus pacem amas, nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Ioui lauros idcirco ex occasione omni quæris triumphos. *Rursum*, Licet alteri vestrûm filij virtus triumphalia, cælum alteri dederit, non minor tamen vestra laus quòd ista per filium quam si ipsi meruissetis. *In Fastis tamen (nisi me oculi fefellerunt)*

aut Consulatum, aut triumphum Vlpianum nondum repperi. Sanè de Parthis triumphatum innuere illa mox videntur, Non incunabula hæc tibi Cæsar & rudimenta, cùm puer admodum Parthica lauro patris gloriam augeres? *&c. Sed Ioannes Maria Catanæus Traianum refert triumphalibus ornamentis donatum expugnata Iapha, vrbe munita in Galilæa, Tito honoris & tituli causa euocato. Quod quo auctore affirmet nondum erui. neque enim est apud Iosephum, cui historia hæc scripta Excidij Iudaici* III *cap.* XXI.

maiestatis numen induc.] *Palmaria correctio, quæ duobus libris optimis debetur,* maiest. crimen induc. *sequitur enim in* ἀντιθέσει, non ad metum ciuium. *Ineptéq; Rhenanus* induceret *exposuerat,* adimeret, deleret, auferret. *nam profectò verius pro* Imperatoribus maiestatem & numen conciliaret *ceperit qui prius illud,* numen, *sequatur. quod eidem Catanæo notatum. At non ego ei subscriptor.* pag.16. 5.

quòd modò hostes inuaserant, contempserantque] *In* V *hic lacuna est, quæ verbo vno alteróue expleatur, frustra nam mihi quidem dubium non est quin propitiis Grammaticis quamlibet libris inuitis rescribendum sit,* quod modò hostis inuaserat, contempseratque. *sequitur enim,* cuius (*scilicet hostis*) pulsi fugatique. *Loquitur autem (opinor) de Dacis, quibus tum rex Decebalus, consilio iuxtà ac manu promptus, panéq; dixerim par ac timendus Romano nomini hostis, neque impunè & inultus denique à Traiano Imperatore ad mortem compulsus. nam triumphum de iis egisse Domitianum cùm hic Plinius, tùm Suetonius tradit cap.* VI. *Quem ipsum vt vanum ac mimicum ridere & exagitare autor videtur cum emptos obsides ait, & ingentibus damnis, immensisq; muneribus pactum vt vicissent, cuiusmodi antè stratagemate vsus Nero in Tyridate, Armeniæ rege, vt idem Suetonius narrat cap.* XIII. *Quid? Traianus non expeditionem in Dacos suscepit, tributa annua quæ acciperent grauatus? Auctores* Xiphilinus *&* Zonaras. *Verba non appono, ne frustra sim prolixus. Itaque adulatur suo more Statius* I. *Siluar.* I, *cum clementiam Principis sui hic ostentat,* Discitur è vultu quantum tu mitior armis, Qui nec in externos facilis sæuire furores Das Cattis, Dacísque fidem. 21.

amicissimum illis] *Claudianus* VI *Honorij Consulatu de Getis,* quòd gentibus illis Frigore consuetis fauet inclementia cæli. pag.17. 4.

meditatione campestri] *Infrà mox* exercitationes *appellat. Virgilius,* Siluestrem tenui Musam meditaris auena. 15.

cùm puer admodum Parth. lauro, *&c.*] *Ingens & illustris* pag.18. 7.

 gloria

gloria Traiani, sed de qua in Xiphilino altum silentium. Graeculum accusem, an Fatum Principis querar? cui de tot scriptoribus, Mario Maximo, Fabio Marcellino, Aurelio Vero, Statio Valente, quos Ælius Lampridius in Alexandro Seuero commemorat, nemo hactenus superstes. Quid? Dionem credimus in historia Romana, quam totis LXXX *libris complexus est, scelerate plagium fecisse? non ἐν βίῳ κατὰ Τραϊανὸν saltem, opere (vt de Suida colligas) singulari, omnem optimi Imperatoris memoriam congessisse? Et tamen quam ieiuna quæ Graculus exscripsit! Enimuero ita est, postquam hæc litteraria quædam sectio coorta est, alte in iugulos itum omnis generis scriptorum, & insolenti libidine sæuitum, dum pro captu quisque & ingenio mutant, inuertunt, ingerunt, recidunt quæ collubitum. Sed* vetera querimur, (*ait ille*) *& iam redeo in viam.*

17. Tum Pyrenæus] *Quid hoc audio? Germaniam montes Pyrenæi muniunt, dirimuntq.? Non hoc Geographi, non fert natura rerum, sed suspicio mihi respectu quodam positus, & itineris Traiani nominatos, quem Domitianus ab Hispania vsque vt validissimum præsidium ad bella quæ in Germania gereret excivit, vt mox sequitur.*

21. non equum respexisti] *Infrà*, Frustra tunc Ægyptus nubila optauit, cælumque respexit. *Catullus*, Nec meum respectet, vt ante, amorem.

pag. 19. 9. per stipendia decem] *Equites enim dena stipendia, pedites vicena implere oportebat intra annum quadragesimum sextum. Auctor Polybius* VI.

18. magnus hospes impleueris] *Claudianus Bello Getico de Stilicone*, Stat pallidus hospite magno Pastor.

pag. 20. 1. proxima moderatione] *De priore (vt arbitror) in Dacos expeditione loquitur, qua Decebalus ab Imperatore primum, ac post legatis Romam dimissis ab Senatu pacem impetrauit. Quæ sequuntur tamen de modestia capi suaserint qua imperium Traianus ægre, ac diu cunctatus suscepit.*

pag. 21. 7. arma, mœnia, viros optant] *Nescio quis mœnium vsus in campestri meditatione, & suprà dixerat*, cum spectator moderatorque ineuntium certamina virorum arma componeres. *Itaque duas voces in vnam contraxerim, & armamenta reposuerim, id est, τὸν καθοπλισμόν.*

pag. 22. 4. castitas tibi ingenita & innata] *Circa pueros quidem impari laude, vt Xiphilinus ac Zonaras tradunt. Et Hadriano ars hæc vna ac præcipua multorum opinione Traiani captandi per ea tempora quibus in aula familiarior fuit*, curasse delicatos, eosdemque

demque depilasse. *Verba sunt Spartiani.*

cum imperio calculum pon.] *Id est, μετὰ τῶν ἀρχομένων, vt dominia & seruitia passim pro* domini *&* serui. 20.

tantum constat] *Ita scriptum & in* V, *neque aliter* R, *in* C G, tanti tuum const. *Adminiculer ego, & rescribam*, tanti itum constat, *manifesta sententia. Infrà quoque*, Quinetiam Deum ipsum tuum prærip. volupt. oper. tui percep. crediderim, *fidenter corrigam*, Deum ipsum tum prærip. *Intelligit autem Iouem, qui Capitolij præses.* 24.

Princip. die, Imperatoris, &c.] *Eho Plini, Traianus, aut omnino quisquam Imperatoris & Cæsaris nomen distulit? aut qui eas nomenclaturas statim receperunt vsurpasse eos dixeris, & inuasisse? Meræ nugæ & liquida scriptura quæ in* V G. Princip. die, vt Imperat. *nam de Patris patriæ sermo est, quam Traianus distulit, ceteri, qui minus modesti, æquè ac Cæsaris & Imperatoris, ilicò inuaserunt. Sed quid Iulio Capitolino faciemus, qui disertè primum omnium Pertinacem ait eadem die qua Augustus est appellatus etiam Patris patriæ nomen recepisse? At ecce ante Plinium & alij statim primo Principatus die receperunt. Equidem non video qui conciliem.* 32.

in singulos gradus] *Capio de gradibus qui in quaque Vrbis regione ad vsum publicum erecti, panibus in plebem diuidundis. Prudentius contra Symmachum* 1, Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira sustinet? *Rursum*, Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. pag. 24. 3.

te immo maxime] *Probè* immo, *nec mouerim. Sed amicus noster vir doctus*, in imo *probabat, id est, in plano, vt infrà Plinius*, deuexus in planum. *Quod ἐνὶ λόγῳ nõ est de mente & sentẽtia loci.* 11.

Deorum prolat. arcanum] *Te Imperatore dicendo, cuius ei consilij DI auctores. Mox* similis illi dies, *&c.* illi, *quo adoptio peracta.* hunc gen. diem, *quo imperium coram suscepisti. Sed & clarius (meo iudicio) dixisset*, sim. illi diei qui hunc gen. dies, *eodem intellectu.* 15.

olim imperantis] *Prædecessoris Neruæ. Maléque est in editis quibusdam*, misc. res olim diuers., securitatem imper., *nullo commodo sensu.* pag. 25. 5.

Non tu ciuium amplexus, *&c.*] *Caium Cæsarem tangit, de quo adi Senecam de beneficiis* II. *cap.* XII. *Sequitur*, nec osculum manu reddis. *Quod ad Domitianum equidẽ traxerim, qui Cænidi patris concubinæ, ex Istria reuersæ, osculumque (vt assuerat) offerenti, manũ præbuit. Verba sunt Suetonij cap.* XII. *Denique vbi est in nostro*, quæ prior oris humani., *in* R, *legitur*, quæ prioris human. *Iuuem ego, & emendem*, quæ prius oris human. 6.

11. Liberum est ingred. per publ. Princ. &c.] *Contrà ac sub Caio Cæsare, quo transeunte prospicere ex superiore parte criminosum & exitiale habebatur, ait Suetonius cap.* 1. *Paulo pòst* quasi contingas, *id est, bona quadam forte Fortuna ac beneficio copiã in publico tui facias, cum alij studiose secretum & solitudinem captarent. Pacatus quoque in Theodosio laudat quòd creber egressu expectantibus populis se fateretur.*

14. super ora nostra] *Iuuenalis Sat.* III, turba cedente vehetur Diues, & ingenti curret super ora Liburno. *Arbitror verò hic in primus Domitianum notari, qui laboris impatiens per Vrbem pedibus non temere ambulauit. Suetonius cap.* XIX.

16. tollit humus, ita communia & confusa Princ. &c] *Locus obscurus, ac mendosus. In v scriptum* communis, *non* communia. *Ceteri libri, quos quidem inspexerim, conspirant Sed mihi dubium non est quin sub manu (quod dicitur) verè & liquidò emendauerim*, toll. humus ista communis, & confusa Princ. &c. *nam apertè humum communem & confusa Principis vestigia opponit ceruicibus humerisq; seruorum.* Confusa *autem, id est, promiscua nobiscum. Infrà iterum*, amœnissima quæque largiris & donas, ita inquam donas in quæ electus, in quæ adoptatus es, *itidem legendum manifestè*, ista inquam donas, &c. *Asscribam & Arnobij verba è lib.* VII, *qua ab eodem inquinamento laborant.* Vos prouinciate, vos dicite quidnam illud fuerit, si personarum officia sunt certa certarum vestra. Cùm res ita sit, deque vestro Numine, &c. *Tu meo periculo Lector rescribe, & distingue*, si person. off. sunt certa certarum. Vestra cùm res ista sit, &c. *& mox* vestraque de religione tractetur. *De his locis sic censeo, alia fortasse alibi dicemus.*

pag. 26. 25. futurusque populus] *Bene* futurus. *non enim populus infantes. Martialis* VI. *epigr.* II, Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ, Lusus & immeritos exeruisse mares. Vtraque tu prohibes Cæsar, populisque futuris Succurris, nasci quos sine fraude iubes. *Similiq; usus Virgilius Georg.* IIII. *ridicule, (quis neget?) ab hac tamen obseruatione in apibus dixit*, paruosque Quirites Sufficiunt. *Itaque temere hic repositum viro docto*, fruiturusque populus.

pag 27. 2. alimentisque tuis, &c.] Frumentariam perceptionem *Iul. Capitolinus appellat M. Antonino Philosopho*, alimentaria compendia *Pertinace. Porrò pertinent huc Traiani numi cum inscriptione* ALIM. ITAL.

11. fiducia sui] *Id est, liberalitatis, qua ab se expectetur. Suprà cùm dicit*, ingentia præmia, & pares pœnæ, *legem Papiam Poppeam intelligo. De qua adi Suetonium Augusto, cap.* XXXVIII. vide-

videbis, iubebis incidi] *Dele audacter* videbis, *iterumq́; infrà,* pag. 28. 32.
Emit fiscus quidquid videtur emere, *nihil dubita quin verum sit* iubetur. *Apud Silium Italicum lib.* I *quod in vetere quadam editione conceptum est*, per artem Sæuitiæ extenti quantum tormenta videbant Creuerunt artus, *similiter emendabam* torm. iubebant. *At præclari Lugdunenses* finebant, *si DIs placet, excuderunt.* Incidi *cùm ait, tabulas publicas accipio, in quibus nomina descripta eorum qui frumento donarentur. Suprà*, omnes antè quam te viderent adiréntue recipi, incidi iussisti. *Seneca De beneficiis* IIII *cap.* XXVIII, *vt quidem legitur in curiosis libris*, Frumentum publicum tam fur, quam periurus & adulter accipiunt, & fine dilectu morum quisquis incisus est. *Pinciano, qui eam lectionem sollicitauit, non assentior.*

nouis indictionibus] *Tria omnino genera pensitationum*, Canon, *certum & ordinarium tributum*, Oblatio, *quod sponte præstetur*, Indictio *quod de nouo imponatur. Meminit Asconius in Verrinam* IIII. pag 29. 16.

nihil imbribus cæl. q. deb.] *Tibullus de Nilo*, Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. *διόπερ αὐτὸν ὁ Βυζάντιος ποιητὴς Παρμένων ἐπικαλούμενος, Αἰγύπτιε Ζεῦ φησὶ Νεῖλε. Athenæus Dipnosoph.* V. *Lucanus de Ægypto lib.* VIII, Terra suis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis. 21.

flumin., fluminibus tamen, confer.] *Necessarium prorsus additamentum quod de duorum optimorum codicum fide adiectum. nam excludi vult inundationis beneficium, quod aliàs peculiare & proprium Nili. Infrà*, Posthæc (si volet) Nilus amet alueum suum, & fluminis modum seruet. *Mox pro eo quod legitur*, mergi palanti amne, *quomodo est & in* C G R, *in* V *reperto*, mergere parique *amne, impedita & difficili scriptura. Sed compendia secutus litterarum, & qua coaluerant diuulsis, eruebam*, mergi, repararique, *aperta sententia. in antiquis enim libris piq; valet* parariq́ue. 29.

quibus abundantiam suam cohib.] *Iustam ad* XVI *cubitos esse, infrà suprà q́; famem præsagire Plinius refert* XVIII *cap.* XVIII. *Iterum* XXXVI *cap.* VII, Nunquam hic (*loquitur de Basaltelapide*) maior repertus est quam in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicatus argumento Nili, XVI liberis circà ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis eius intelliguntur. 35.

expanditor amnis] *Insolens & suspectum, mihi quidem, vocabulum, atque eò magis quòd in* V *liquidò est* expandatur. *Repo-* pag. 30. 1.

nebam timidè è vestigiis veteris scripturæ, & palator. *nam verisimile est in libro principe fuisse* & pālator, *supra picta qua vocalem longam indicaret nota, sed ab imperito librario sic accepta vt si n valeret. Quod ipsum in* totiens, quotiens, vicensimus, *& similibus euenisse docti obseruarunt.*

3. non placido] *Vitio exciderat negatio, qua abesse non potest. Patet de iis qua sequuntur*, necdumq; satis humentes, *&c.* Detinens *quoque* solum *iacentes campos, & accliues minusq; ad amnis defluxum obsequentes ceperim. Doctissimo quidem Lipsio nostro* detumens *placebat. Mox* se refugum abstulerat ποιητικώτερον *dictum, qua constans & perpetua quadam huius operis dictio est. Lucanus lib.* I, cùm funditur ingens Oceanus, vel cum refugis se fluctibus aufert. *Idem de hoc iudicium*, addiderat arenribus. *Poëta quispiam de siticulosa regione*, Ipse parens rerum quondam infelicibus aruis Addidit, & multa sterilem damnauit arena. *Male ergo qui* abdiderat *hic legebat.*

22. ventosa & insolens natio] *Flau. Vopiscus Saturnino*, sunt enim AEgyptij (vt satis nosti) viri ventosi, furibundi, iactantes, *& qua sequuntur. Lege locum, & inibi epistolam quādam Hadriani Imperatoris è Phlegentis liberti libris.*

29. & tamen seruiat] *Languet, meo animo, sententia. Quam erigam ego & acuam leui mutatione*, & tantum seruiat. *excludit enim subuectionem frugum, vt minimè necessariam.*

35. venti ferentes] *Virgilius Æneid.* IIII. Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes. *Seneca De vita beata cap.* XXII. Sic illum afficiunt diuitiæ & exhilarant vt nauigantem secundus & fereus ventus. *Statius Thebaid.* II. quantumque ferentem Fortunam virtute domas!

pag. 31. 12. alius amnis] *Verum est* al. annus. *Claudianus de bello Gildonico*, Memphis si forte negasset, Pensabam Pharium Gætulis messibus annum. *Statius Siluar.* III. *Metij Celeris propemptico*, trans æquora terris Prima Dicarchæis Pharium grauis intulit annum.

26. Orientem Occidentemque connectit] *Suprà*, disiunctissimas terras munificentiæ ingenio velut admouere, immensaque spatia liberalitate contrahere. *Rursum*, Rhenumque & Euphratem admirationis tuæ societate coniungeres. *Et ab eadem mente iterum*, cum Danubius ripas gelu iungit. *Achilles apud Statium Achill.* II. Nunc docet ingenti saltu me iungere fossas. *Silius Italicus* XV. demersaque in vndam iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas *Pacatus in Theodosium*, amnem nando coniungeret. *Lucanus* VI. Tot potuere manus adiungere Seston Abydo. *Mox* quæ vbique feruntur, quæque expetuntur *proba-*

probauerim legi, atque ita est & in G R, *non* ferunt *& ex-*
petunt, *quod* V C *repræsentant. Neque dubium est quin illo singulorum priua & indigenæ bona, hoc importata & quibus singuli careant designentur. Quamquam (vt hoc iterum inculcem)* ποιηλικώτερον *dictum* feruntur *pro* gignuntur *aut* habentur. *Vidi etiam qui præferrent* feruntur, *parum circumspectè. non enim quæ propria singulorum cultura tantum ac satu, sed vltrò quoque & sponte nascuntur.*

ad pulchra vulnera] *Commissiones intelligit gladiatorum, qui-* pag.32. 9.
bus Traianus plurimum delectatus. Xiphilinus.

Nemo spectator spectac. factus] *Equidem non hoc damnem,* 20.
non, præferam tamen quod de vestigiis exsculpsi lectionis quæ in V, Nemo è spectatore spectac. factus.

crimina maiest. in arena collig.] *Suetonium lege Domitia-* 23.
no cap. X.

& fruebamur] *Scilicet eorum suppliciis. Iuno apud Senecam* pag.33. 11.
Herculefurente, superat, & crescit malis, Iraque nostra fruitur. *Iuuenalis Sat.* I, Exul ab octaua Marius bibit, & fruit DIs Iratis.

clementia sua salua] *Infrà,* salua ipsorum pietate. *Rursum,* 26.
salua diligentiæ tuæ ratione. *Epist.* XI *lib.* X, Salua magnitudine tua Domine, descendas oportet ad meas nugas. *Iunius Gallio apud Senecam patrem Contrœuersia* VII. *lib.* VII, Fuit adolescens optimus, verecundissimus, qui patri suo cessisset si salua pietate potuisset.

exanguem illam & ferr. frontem] *Id est, inuerecundam &* pag.34. 1.
sine rubore, qui à sanguine causam & originem capit.

nunc verè Deus] *Nam ærarium in æde Saturni. Causam è Plu-* 21.
tarcho obuiam petere Rerum Romanarum quæstione XLII.

Actori, atque etiam Procuratori tuo] *De vtrisque eruditè,* 32.
& cum cura Lipsius, amicus noster, ad II. *&* XII. *Annalium Taciti, quæ non sublego. Quod addit de tribunali, nescio an ita capiendum, vt si priuatum id, & primus Traianus agitandis fisci Principalis causis instituerit, in quo libertas & Principatus æquo iure legibus certarent.*

excogitatum cruciatu est, &c.] *Mendosus locus, & planè* 34.
crucius, vt cum Lucilio dicam. In V R *clarè legitur,* cruciatui est, *in* C, cruciatu ē. *Reliquæ editiones, quas quidem viderim, cum Veneta nostra consentiunt. Quid agimus Lector? Rutanum audimus, (cuius est in hoc opus commentarius à verbis quam à rebus & doctrina liberalior) qui putare ait quosdam non male* iudicatu *legendum? Equidem non assentior, & altius hic aliquod (meo iudicio) vulnus agitur. Quod si non educo,*

circumfero tamen ſcalpellum, & præter, propter tento. Transfero inquam litteras & conuerto, vnam etiam reſcribo, ac pro cruciatu ē *repono*, cur ni autem? *ſententia manifeſta, vt ſit* *ſcilicet*, nam trib. quoque excogitatum (Cur ni autem?) par ceteris, *&c. Tu mi lector conſidera apices, & iudica. Doctiſſimo Iuſto Lipſio placebat*, excogit. cura tua eſt par cet.

pag. 35. 3. Timidus eſt] *Proba lectio, & addicunt quæ ſequuntur*, fortiter amat, & bona ſæculi, *ſcilicet in quo Princeps ex iure & æquo cum ciuibus agat. Fruſtra eſt ergo qui* tumidus *malebat*.

6. ſæpius vincitur Fiſcus] *Tenuit hanc ciuilitatis laudem & M. Antoninus Philoſophus, de quo Capitolinus*, Fiſco in cauſis compendij nunquam iudicans fauit. *Principalius Hadrianus, qui aduocatum eius primus inſtituit. Auctor Spartianus.*

16. His vigeſima reperta eſt] *Auguſti inuentum. Adi Dionem lib.* LV, *& proximo.*

pag. 37. 34. Quid eſt ergo cur egetis vt ſitis, vobis eſtis] *Vitioſa quà lectio, quà diſtinctio. In v lego*, cur regitis *&c. Apertè verum eſt*, cur rogetis vt ſitis? Vobis eſtis. *Paulo antè vbi eſt*, Sorores eſtis, *emenda meo periculo*, Soror eſtis.

pag. 38. 3. hoc neceſſitudinis abruptum] *Sic dictum vt* læta & proſpera ſtationis, vſurpata collium, dubia bellorum, incerta Fortunæ, lata camporum, tempeſtatum incerta, aſpera laborum, *& ſimilia, quæ tùm hoc panegyrico, tùm aliis paſſim occurrent, poëtis quam oratoribus propiora. ſic enim Lucretius* ſtrata viarum, *Propertius* leuitatis dura, *Horatius* amara curarum, *alij alia.*

6. ſed honeſtiores] *Vidi qui exponeret, ob commoda hereditatum. Iohannes Maria Catanæus ad immunitatem vigeſimæ trahebat. Neuter, meo animo, bene nam beneficium maximum ſentit, Romana ciuitatis, cùm iidem poſt correctionem Traiani à vigeſimæ onere ſoluerentur.*

13. Cuiuſcumque modi ea pecunia *&c.*] *Ita repperi in omnibus, excepto* G, *in quo vera lectio*, Cuiuſc. modica pec. *Superiore capite ſtatuerat Traianus affinium paruam & exilem hereditatem à vigeſimæ immunem eſſe, hôc præterea vt* cuiuſcunque, *id eſt, etiam affinitate non coniuncti, hereditas, dum ea tenuis ac modica eſſet, vigeſimam ne penderet.*

19. eiuſmodi ex cauſis] *Hoc eſt, ex iis capitibus quæ Traianus correxit. Sequitur*, in diem edicti, *ſcilicet à Traiano propoſiti.*

22. ne DI quidem poſſunt] *Agathon Comicus*, Μόνυ χὰρ αὐτῦ χὼ θεὸσ ςερίσκεται, Αγένητα ποιεῖν ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. Fruſtratur ipſe præpotens vno hoc Deus, Infecta poſſe facta quæ ſint reddere. *Citat Ariſtoteles Moralium Nicomachiorum* VI *cap.* 11.

quod

quod non esset post. debitur.] *Falsò in* V C *negatio abest. Sen-* 24.
tentia manifeste docet.

Idem fecisti] *Nulla hic mihi diuersitas in exemplaribus nota-* 24.
ta, nisi quod in C *editur*, Idem effecisti. *Bonum factum, &*
fallor? an aditus hinc iam expeditus quâ in lucem ex his tene-
bris euadam? nam hoc primum, litteras quæ coaluerant de-
iungo, inde obseruo, ē in exaratitiis libris nunc em, *nunc* est *va-*
lere, quod suprà pag. 36. 3 ad illa, excogit. c uciatum ē,
fugerat me monere. Igitur idem *in* id est *cōmuto, & omnē hunc*
locum sic constituo, post. debiturus, id est, fecisti (seu effecisti)
ne mal. Princ. habuissemus, (quo ingenio?) si Natura pate-
retur. *Sed eamus, si placet, per partes, & singula illustre-*
mus. Ne mal. Princ. habuissemus *duriuscule dixit pro* vt
videri possemus mal. Princ. non habuisse. *Gemina phrasis &*
suprà, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset. *Rur-*
sum, vt quæ malè feceras impunè tulisses. Quo ingenio *inclusi*
parenthesi, & notam addidi interrogationis. videtur enim
Plinius de industria gauisus breuibus huiusmodi (vt sic loquar)
incisiunculis. Antè, Cur ni autem? *Et infrà iterum*, Quid ni?
de quo in re præsente Denique si natura pateretur *germanum est*
cum eo quod iam dixerat ne Deos quidem posse. Ac videri equi-
dem fortasse iam poteram satisfecisse, sed non mihi imperaui
quin fidei, & cuiusdam similitudinis causa eadem opera Tertul-
liani (DI boni! cuius auctoris) locum expurgarem. Verba
eius sunt De carne Christi. In quo *(loquitur de Mariæ par-*
tu) nihil interfuit de vi masculi admissi, an emissi id est illud
sexus resignarit. *Emenda indubitatò*, idem illud. *Nam vul-*
nam intelligit, qua & admittatur & emittatur masculus.

maiestatis singul. & vnic. crimen] *Suetonium lege Nerone* pag. 39. 10.
cap. XXXII, *& Domitiano cap.* XII.

Cesserit parum gratus,] *Obscura (mihi quidem) sententia, &* pag. 40. 18.
amplius) parum sana. Corrigam, & exponam, Cesserint *scili-*
cet multa illa quà patris dona, quà tua parum gratis, manent
tamen, *id est, supersunt, impunè ferunt* ij qui bonis tuis fruūtur,
hoc est, posteri & heredes, quorum decessores, maximis à te bonis
affecti, te in testamento præterito defuncti. At non id itidem
sub aliis Principibus impunè. Suetonium adi Caligula cap.
XXXVIII, *Nerone cap.* XXXII, *Vitellio cap.* XII.

ne id quidem in patrimon.] *Clarius dixisset*, non id quoque 23.
in pat. *Sed ita loquitur & infra*, omnibus quos bonos facis
hanc astruis laudem, ne coëgisse videaris. *Iterum*, tu facilita-
te ista consecutus es ne quem retinere videaris inuitum. *Luca-*
nus lib. VII, nulloque frequentem Ciue suo Romam, sed mun-

di fæce repletam Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellum Iam possit ciuile geri. *Porcius Latro apud Senecam patrem Controuersia* VIII. *lib.* II, Pudica sic amari ne sollicitaretur potuit? *pro* vt non.

17. velut hausta & multiplicata] *Vidi qui* implicata *aut* implicita *probaret, mihi placeat* vel. aucta & multipl.

34. priuato iudicio] *Id est, qualem priuatus iudicabas esse oportere. Sed &* Nunc *pro* nam *equidem reposuerim ex scriptura veteris obseruatione, quæ* nc̃ *interdum* nec, *interdum* nunc *valet. Ei autem scripturæ admodum vicina* nã, nõ, *&* nũ, *Exempla in quibus inter se hæc commutata passim hoc in opere occurrent, vt colligere non sit necesse.*

pag. 41. 11. incolumitatem turpidine rependit] *Suetonius legendum Nerone cap.* XXIX, *Domitiano cap.* X. *Paulo antè etiam inuerterim verba, &* Au parua, pronaque sunt, *&c. rescripserim.*

21. Acuuntur isti] *Scilicet qui in amicis tuis, qui honores iam adepti.*

32. vitiis potius ciuium] *Soleo in autographis libris non virtutes solum legere & excitere, sed ipsas adeo quæ videntur mendas introspicere. Et est profectò in quo aliquando opera pretium fiat. Non longè abiero. Quod in* V *scribitur* pęnis ciu., *parum abest quin assuerem rectè & Plinianè concipi,* pænis ciuium. *Suprà*, cum orbem terrarum non pedibus quam laudibus peragrares. *Infrà*, Quanquam non ambitio quam liuor & malignitas videri potest. *Imitatus hoc Nazarius in Constantinum*, si concordiam quam veniam appellari fas est. *Arnobius aduersus Gentes* I, non simillimum veri est fidem vicinis & finitimis quam spatiorum inesse lõginquitate distantibus? *Alij crebro. In Græcis id quidem (quod nemo iam nescit) frequens ac protritum est. Homerus* Ιλ. α, Βέλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσϑαι. *Et sexcenta talia, quæ non congero.*

pag. 43. 7. auctorem displicuisse] *Pertinet huc Lacedæmoniorum factum de quo Agellius prolixè* XVIII. *cap.* III.

22. tamen in sæculo] *Explorato proba lectio quæ est in* V, tùm. *Proxime iuuem coniectura, & emendẽ,* tuo sæculo, *vt sit,* tùm tuo sæc. *Suprà*, Vetuisti exigi quod deberi non tuo sæculo cęperat.

30. quam dignitatem] *Verum est* dignationem. *Infrà*, tantumque dignationis in ipso honore ponebat, *&c. Eumenius Pro restaur. scholis*, qui honorem litterarum hac quoque dignatione cumulauit, *&c. Iterum*, singularem eorundem erga litteras dignationem in antiqua litterarum sede celebremus.

31. Vt sub te spiritum, *&c.*] *Referam huc illa Iuuenalis Sat.* VII. Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum. *Rursum*, Nemo tamen

tamen studiis indignum ferre laborem Cogetur post hac nectit quicunque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. *Veteri interpreti Pithœano, qui ad Neronem pertinere voluit, multis de causis non assentior. Ipse Plinius epist.* XVIII *lib.* III. Mihi hunc honorem habitum putem, an studiis? Studiis malo, quæ prope extincta refouentur.

præstas enim quæcunque præcip.] *Hoc illud est quod Xiphilinus voluit cùm de Traiano scripsit*, παιδείας μὲν ἀκριβοῦς ὅσον ἐν λόγοις οὐ μετέσχε, τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει. *Et obseruasis mihi* ἀκριβοῦς. οὐ γὰρ ἦν ἔξω τοῦ δύνασθαι ῥητορεύειν, ὑπὸ δὲ τῆς φιλοποσίας ἀμβλύτερος ἑαυτοῦ πολλάκις ἦν, *ait Iulianus Imperator, Cæsaribus.* pag. 44. 1.

periculum capitis adituri tard.] *Hac videlicet Pegaso causa properandi apud Iuuenalem Sat.* IIII, *rapta properabat abolla Pegasus, attonitæ positus modò villicus Vrbi.* 24.

nec vnquam excusandi] *Acuta, & vera lectio quam* V *repræsentat*, nec vnq. magis excus. *scilicet quam cum à te absumus, atque excusamur tibi.* 28.

Superbia in fronte] *Infrà*, Iuuabat illidere solo superbissimos vultus. *De impudentia quidem in ore abire in diuersum Suetonius videtur cùm hæc refert cap.* XVIII, Commendari se verecundia oris adeò sentiebat, vt apud Senatum sic quondam iactauerit, Vsque adhuc certè animum meum probastis, & vultum. *Sed & Tacitus extrema Iulij Agricolæ vitæ scriptum reliquit*, præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre & aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cùm denotandis tot hominum palloribus sufficeret sæuus ille vultus, & rubor, à quo se contra ruborem muniebat. pag 45. 5.

tenebras semper ferretq. cap.] *Adi eundem Suetonium cap.* III. 8.

longeque tunc illi diuinitas sua] *Es hoc* πεινηρώπερον. *Virgilius*, Longe illi Dea mater erit. *Propertius*, Longè castra tibi, longè miser agmina septem Flebis in æterno surda iacere situ. *Silius Italicus* I, longe clausis sua fœdera, longè Italiam fore. 16.

postquam eius non crudel. &c.] *In vitio sunt, quamlibet consentiant libri, quos equidem tractarim. Expleam ego*, postquam aditus eius &c. *non enim placet deleri eius quod vidi qui faceret.* 10.

cum frugalitas contrahat] *At viri affatim, si Xiphilino credimus, bibebat. Ælius etiam Lampridius Alexandro Seuero largiorem ei compotationem tribuere videtur his verbis*, Cum amicos militares habuisset, vt vsum Traiani quem ille post secundam mensam potandi vsque ad * pocula instituerat reseruaret, vnum tantum poculum exhibebat in honorem Alexandri Magni. Asteriscum ascripsi, quòd excidisse numerum opiner 34.

qui

qui Traiano familiaris in ea inuitatione. Adde huc qua notamus pag. 44. 1.

35. distentus solitaria cena] *Suetonium lege Domitiano cap.* XXI.

pag. 46. 11. peregrinæ superstitionis] *Hoc (opinor) propter institutos à Domitiano sacerdotes in Albano, quibus vnice delectatur.*

20. immensa possessione] *Noti in Neronem versus*, Roma domus fiet. Veios migrate Quirites, Si non & Veios occupat ista domus.

21. flumina, fontes, mar. deseru.] Fontes *arbitror verum, non* montes. *quod in* c *editur. Ac mihi commodùm veniunt in mentem & Propertij mei versus, quos asscribam, & non vno loco medicinam eis faciam.* Ne tibi sit durum montes, & frigida saxa Galle, neque expertos semper adire lacus Quæ miser ignotis, *&c. Moneo primum* fontes *legendum, non* montes. *dehortatur enim Gallum à fontibus ac fluminibus, & omnino ab aquis, non montibus. Probant apertè quæ præcedunt*, siue leges vmbrosæ flumina siluæ, *&c. Tum* durum *interpretor* calamitosum & infelix, *quod* χαλεπὸν *Græci dicerent. Callimachus Lauacro Palladis*, τίς σε τὸν ὀφθαλμὼς οὐκ ἐπ' ἀπιούμενον Ω Εὐηρίδα χαλεπὰν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων; *id est, vt nos olim vertebamus*, Quis te non oculis salue abiture tuis, Durum iter, huc miserande Deus Deus intulit hostis? *Proxime quoque germanum est* experto *non* expertos. *Patet de sententia, Ne durum & infelix tibi sit fontes semper & lacus adire, haud dum experto* Quæ miser ignotis, *&c.*

32. erga tecta ipsa meritum] *Constantinus quidem Imperator Traianum herbam parietariam, ob titulos multos ædibus inscriptos, appellare solitus. Epitoma Sex. Victoris. Asscribam & Ammiani verba è lib.* XXVII *de Lampadio quodam.* Per omnia ciuitatis membra quæ diuersorum Principum exornarant impensæ nomen proprium inscribebat, non vt veterum instaurator, sed conditor. Quo vitio laborasse Traianus dicitur Princeps. Vnde eum herbam parietinam iocando cognominarunt.

pag. 47. 2. donum scientis] *Proba lectio* domini non seruientis, *maximè auctoribus libris, & suprà dixerat*, nec iam clarissimorum virorum receptacula habitatore seruo teruntur, *sed hæreo quid exsculpam è* scientis, *quod cùm hoc nostro* VR *præferunt. nam ex* donum *haud grauatim* domini *feceris. quæ in* V *liquida scriptura est.*

9. magni aliq. Imperatoris] Neronis *expositum Raiano, falsò, & indoctè. quid enim minus est verisimile quàm vt magnum Imperatorem voces cuius panegyricus hic perpetua quadam satyra est? Ait* κατὰ εἰρωνείαν. *Nugæ. Equidem Lucullum cepit*rim,

perium, Plutarchus in eius vita, καὶ νῦν ἐπίδοσιν τοσαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λουκουλλιανοὶ κῆποι τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται. Nunc quoque; in tam effuso & exundante luxu, hortorum Principalium sumptuosissimi Lulliani censentur. *Asscripsi quæ huc potissimum faciunt, reliqua inibi procliue petere.*

vt ante] *Insanum Domitiani studium ædificiorum notat, quod irrisum seriò & Plutarcho in Poplicola. Verba apponam.* Ὁ μὲν γὰρ θαυμάσας τοῦ Καπιτωλίου τὴν πολυτέλειαν, εἰ μίαν εἶδεν ἐν οἰκίᾳ Δομιτιανοῦ στοὰν, ἢ βασιλικὴν, ἢ βαλανεῖον, ἢ παλλακίδων δίαιταν, οἷόν ἐστι τὸ λεγόμενον Ἐπιχάρμου πρὸς τὸν ἄσωτον, Οὐ φιλάνθρωπος τύγ' ἐσσὶ, νόσον ἔχεις, χαίρεις διδοὺς, τοιοῦτον ἄν τι πρὸς Δομιτιανὸν εἰπεῖν προήχθη, Οὐκ εὐσεβὴς οὐδὲ, φιλότιμος τύγ' ἐσσὶ, νόσον ἔχεις, χαίρεις κατοικοδομῶν, ὥσπερ ὁ Μίδας ἐκεῖνος, ἅπαντά σοι χρυσᾶ καὶ λίθινα βουλόμενος γενέσθαι. Enimuero qui Capitolij splendorem admiretur, næ illi visa in Domitiani ædibus vna porticu, aut basilica, aut balneo, aut pellicum diæta, cuiusmodi est Epicharmi in prodigum dictum, Non ego humanum vocem te, morbum habes, donaturis, tale quiddam & in Domitianum dicere incessat animus, Non ego pium te, neque magnificum vocem, morbum habes, ædificaturis, quasi Midas ille, cupidus omnia tibi aurea atque gemmea reddi. *Lege Statij Epulum Domitiani Siluar.* IIII. 20.

tutius quod pater] *Ita est in omnibus nostris, excepto* C, *in quo editur*, ded., potius quæ pater, *longius à verò. nam dubium non est quin apertè rectum*, ded., tu tuis quod pater. *Clarum ex antithesi. Et cùm ait,* quod pater; *subaudi* dederat, *id est, patrimonium. Suprà*, multa enim ex patrimonio refert in imperium, &c. *Rursum*, ista inquam donas in quæ electus, in quæ adoptatus es. 27.

immensum latus Circi] *Quod deustum è Naumachiæ Domitianeæ lapide instauratum Suetonius refert Domit. cap* V. 31.

non cubiculum Principis] *Neronem indicat, quem è cubiculo spectare solitum idem auctor est Ner cap.* XII. pag 48. 5.

locorum quinque millia] *Suprà*, Paulo minus P.C. quinque millia ingenuorum fuerunt quę liberalitas Principis nostri conquisiuit, inuenit, asciuit. *Itaque Circo inscripsit capacem se eum populi Romani statuisse, cùm alibi corruptum quà maiorem, quà pulchriorem exædificasset. Xiphilinus.* 7.

Deorum ipse non adeptus] *Contrà ac Domitianus, qui cùm Procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam sic cœpit, Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Verba sunt Suetonij cap.* XIII. *In extrema quoque voce peccatum omnibus libris,* 17.

libris, quod demirere. Equidem litteras ac vestigia secutus appetas *reposuerim nam* adpetas *scriptura princeps, & antiquaria.* Adoptes *etiam haud damnauerim, vt Cicero dixit Diuinat. in Verrem,* cum auctoritas & dignitas Pisonis valebat plurimum, tùm illa erat causa iustissima, quòd eum sibi Achæi patronum adoptarant. *Poterat &* adfectes *placere, sed longiusculè id abit à scriptura. Itaque primum illud retineo.*

21. hinc auro, hinc argento] *Nam Domitianus statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Auctor Suetonius ibidem.*

22. incestt Principis] *Iulia, Titi fratris filia, compressa. Idem cap.* XXII. *Iuuenalis.* Cùm tot abortiuis fecundam Iulia vuluam Solueret, & patruo similes effunderet offas.

34. Simili reuerentia] *Ei scilicet qua Deorum fastigium recusasti. Sequitur,* apud Genium tuum. *id est, domi tua. Mox,* apud Numen Iouis. *hoc est, in Capitolio.*

pag 49. 12. corrigat, alioqui nihil, &c] *Arbitror verum,* corrigat. & alioqui &c. *Infrà,* Et alioqui cùm sint odium amorque contraria, &c. *Rursum,* Et alioqui nihil magis prodesse candidato ad sequentes honores quàm peractos optimè magistratus.

22. qui mortem vlciscebatur] *Damnato Epaphrodito, qui à libellis Neroni fuerat. Suetonium lege Domitiano cap.* XIIII.

pag 50. 5 ludis etiam & comessationibus] *Hæc consensu librorum lectio est, sed pro qua arbitrum non adigam quasi dubia causa. nam profectò* commissionibus *legendum. Suetonius Augusto,* Componi aliquid de se, nisi & seriò, & à præstantissimis, offendebatur, admonebatque Prætores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. *Apud Senecam quoque epist.* LXXXV, *vbi vulgatur,* In comessationibus nostris plus cantorum est quam in theatro olim spectatorum fuit, *in Leodiensi quodam MS, quod tractaui, bene est* commissionibus.

21. numero gladiatorum] *Edixisse Augustum neque sæpius quam bis in anno gladiatores dari, neque vltra paria sexaginta Dion Cassius auctor* LIIII.

25. menses etiam, nec hos singulos] *Suetonius Domitiano cap.* XIII, Septembrem mensem, & Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominauit, quòd altero suscepisset imperium, altero natus esset. *Meminit & Plutarchus Numa. Statius Siluar.* IIII, *in* XVII *Consulatum Domitiani,* Nondum omnis honorem Annus habet, capiuntque decem tua nomina mẽses. *Adi eundẽ Suetoniũ Tiberio cap.* XXVI.

pag 51. 2. & alij non receperunt] *Vt Tiberius, qui ex plurimis maximisque honoribus præter paucos & modicos non recepit. Verba sunt Suetonij*

Suetonij loco proximè citato. Dion Cassius LVIII, *de Caligula*, μοναρχικώτατος ἐγένετο, ὥστε πάντα ὅσα ὁ Αὔγουστος ἐν τοσούτῳ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ μόλις καὶ καθ' ἓν ἕκαστον ψηφισθέντα οἱ ἐδέξατο, ὧν ἔνια ὁ Τιβέριος οὐδ' ὅλως ἐδέξατο, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ λαβεῖν. Regnantissimus euasit, vt cuncta nomina quæ Augustus tanto imperij spatio ægrè, ac seorsim singula sibi decreta susceperat, quorum pleraque omnino abnuit Tiberius, vno die arripuerit.

fori pacem] *Apertè sana lectio, & habere sibi res suas sine inuidia iubeo qui* partem *emendabat. A deo subinde & in perspicuis offendimus.* pag. 53. 16.

noui Imperatores] *An Vitellium sentit? de quo hæc Suetonij sunt cap.* XI, Magis deinde ac magis omni diuino humanoque iure neglecto, Alliensi die Pontificatum maximum cepit, comitia in decē annos ordinauit, seque in perpetuū Consulem. 17.

Fuit etiam qui in Princ. sui fine,] *Idem Nerone cap.* XLIII. Consules ante tempus priuauit honore, atque in vtriusque locum solus iniit Consulatum, quasi fatale esset non posse Gallias debellari nisi à Consule, ac susceptis fascibus. 18.

quinquies, atque etiam sexies] *Non sum nescius posse hoc de Q. Fabio Maximo, & M. Valerio Coruino accipi, sed mihi placet ad Papirios & Quinctios referri, de quibus infrà. nam L. Papirium Cursorem quinquies, T. Quinctium Barbatum Capitolinum sexies Consulatum gessisse Fasti suggerunt.* pag. 54. 2.

qui continuis Consulatibus &c.] *Ausonius Gratiarum actione ad Gratianum*, Scis decem ac septem Domitiani Consulatus, quos ille inuidia alteros prouehendi continuando conseruit, ita in eius auiditate densos, vt hôc eum pagina Fastorū (immo fastidiorū) fecerit insolentē. *Adi & Suetoniū Domit. cap.* XIII. 13.

Erat in Senatu ter Consul.] *Raianus T. Verginium Rufum nominat, parum circumspectè. nam is tertium Consul, Imperatori Nerua collega, in magistratu decessit, Traiano necdum Consule secundùm. Itaque potius sit (opinor) vt C. Silium Italicum capiamus, qui tertium Consul ex Cal. Iulijs suffectus cum Statilio Laterano. Adi Fastos.* 16.

Contigit ergo priuatis] *C. Sosio Senecioni, & A. Cornelio Palma.* 23.

tibi dicantur] *Id est, meritis tuis, non ad exemplum, quod in Consulatu capiendo spectent atque imitentur futuri Principes, vt sequitur. Proximè rescribo*, Enimuero postulamus vt fut. *&c. quamlibet refragantibus libris. id enim flagitat sententia. Amicus noster, vir doctus, legebat*, Cùm verò postulamus vt Consulatum accipias, postulamus *&c. aptè ad mentem (vt apparet) sed sine ducibus libris.* pag. 55. 10.

medius

18. medius annus] *Non omnino exactè & ad calculum. nam adoptatus à Nerua Traianus, & Cæsar appellatus est ante diem* XIIII. *K. Octobres A.V.C.* DCCCXLIX, *decessit Nerua antè diem* VI. *K. Februarias anni proximi. Itaque intersunt haud pleni menses quinque. Mox præclare* didicimus *emendatur pro* dicimus, *crebro in libris & obuio errore. Maximiani Genethliaco* reddidimus *pro* reddimus, *Variarum Cassiodori* VIII. *epist.* VI. credidimus *pro* credimus. *Petronij quoque Arbitri Satyrico vbi vulgatur*, Nunc pueri in scholis ludunt, iuuenes ridentur in foro, & (quod vtroque turpius est) quod quisque perperam di cit in senectute, confiteri non vult, *equidem* didicit *reponam. verisimile enim mihi in autographo principe fuisse* dicit *quod in* discit *sciolus quispiam mutauit.*

pag. 56. 12. consulentem haberet &c.] *Manifeste falsum quod consensu præferunt libri. quid enim? Consul sit aliquis qui non & Senator. Nugæ. Admin:cular ego, & verba transponam,* Consulem habetet te (*pro* &) an tantum Senat. *quod nihil dubito quin apertissimè verum.*

24. singularibus viris] *M. Cornelio Frontoni, & Sex. Pompeio Collega. Adi Onuphrij ad Fastos commentarium* A. V. C. DCCCLIII.

pag. 57. 21. quid quod duos pariter, &c.] *Dubius ac suspectus locus, & quem non concoquam. Arbitror germanum,* quid quod duos pariter duos collegas (*Habet nescio quam vim ac venustatem repetitio* duos) tertij Consulatus tui sanctit. decor.?

26. Consulatum alterum] *Suffecti alter ex Cal. Iuliis cum Fabio Postumo, alter ex Cal. Nouembribus cum Vettio Proculo* A. V. C. DCCCXLIX.

29. lictorum clamor] *Iubentium animaduerti. id enim proprium est & solenne verbum. Suetonius Cæsare cap.* LXXX, cum lictor ex more animaduerti iussisset.

pag. 59. 4. Magnus vterque videtur;] *Liquido in* v *exaratum est*, vterque vester. *Diuersitas ab exscriptorum compendio est. nam* ũr & videtur *valet &* vester. *In* C G *vere ac plene editur*, vterque honor vester; *Sermo ad Senatum, non Frontonem & Pompeium, ter Consules. Idq́; qui opinati errore* vterque vestrûm *rescripserunt, quod in* R *anuens. Denique Iohanni Mariæ Catanæo emendatum*, Magnum vtrumque videtur, *non ineptè id quidem, si in libris suis* videtur *offendit, sed quod iam nihili sit præ illa palmari.*

21. Reuertor iam] *Sequor* præuertor. *Auctor epist.* XV *.lib.* V. Præuertor ad ea quæ me agentem hic nuncius deprædhendit. *Et alibi sæpe. Horatius*, Illuc præuertamur amatorem quòd amicæ

Turpia

Turpia decipiunt cæcum vitia. *Appuleius Apologia*, Nunc tempus est ad epistolas Pudentillæ præuerti.

præbuit iusiurandum] *Ita est in omnibus nostris, & probe*, pag. 61. 4. *(reor) vt oblatum ac præbitum, non de scripto præitum intelligas. Patet ex his proximè*, quòd præeunte nullo iurasti. *nam id equidem ad tertium hunc Consulatum traxerim, vt quod sequitur*, alio præeunte, *ad secundum, quem Imperator, sub Imperatore tamen Traianus gesserat. Itaque damno quod in editione quadam Antuerpiensi* A. MDLIII, *ceteroqui non malam, inueni*, præit.

& ille iurauit] *Hoc Traiani factum Athalaricus Rex senserit Variar. Cassiodori* VIII *epist.* III, Ecce Traiani vestri clarum sæculis reparamus exemplum. *Adi locum.*

In Rostris quoque] *Suscepturus inibi magistratum. Infrà*, 14. Iam toties procedere in Rostra, hic suscipere, hic ponere magistratus, *& quæ sequuntur.*

suprà Princ.] *Magis Plinianum quod in* VC *est*, super Princ. 19. *Suprà*, vt tantum super ceteros quantum infra te cernerentur *Alibi passim.*

& insurgere] *Virgilius Æneid.* V, nunc nunc insurgite remis pag. 62. 11. Hectorei socij. *Mox* Principum illorum, *&c. Tiberium & Domitianum indicat, opinor.*

tua dextera, tuisque promissis] *Figura qualis in hoc versu*, 24. pateris libamus & auro, *pro* promissis data dextera factis & conceptis. *Plinius* XI *cap.* XLV, Dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur.

pro salute ciuium] *Inepta lectio, quomodo est tamen in* CGR. pag. 63. 7. *Tu fidenter ex* V, pro sal. Principum *rescribe. Patet de correctione quam subdit*, immo pro sal. Principum, *&c.*

Præfecti manum] *Licinij Sura, qui Prætorio præfectus. nam* 19. *quòd Sex. Victori Saburanus dicitur, apertè mendum est. De illustri hoc autem Traiani facto* Xiphilinum *lege, in quo corriges*, ὅτι πρὸ ἄλλων αὐτοῦ μιχθέντι, *&c. est enim ille ipse Sura de quo præcessit, vt è Zonara constat.*

dies erit] *Egregiè est in* V, dies exit. *Seneca epist.* VIII, Nullus pag. 64. 2. mihi per otium dies exit. &c, Aspice illos iuuenes quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit. *Ceterum calendas Ianuarias intelligit, quibus cùm Senatus, populusq; R., tùm duces & exercitus Imperatori iurati vota pro salute eius obibant. Exempla obuia passim.*

constitut. fundauerat] *Seneca de beneficiis* III. *cap.* III, pag 65. 24. Amauimus aliquem, & suspeximus, & fundatum ab illo statum nostrum professi sumus, *Cicero pro C. Rabirio Postumo*, Si

 quis

quis eſt, iudices, qui C. Rabirium quòd ſuæ fortunæ fundatas præſertim atque optimè conſtitutas opes poteſtati regiæ libidinique permiſerit reprehendendum putet, *&c.*

pag. 67. 1. candidat. equitis ſimul ſtantes] *Variant libri, vt in cauſa dubia teſtes. In* V *ſcriptum*, candid. equites & ſimul ſtantis, *in* C R *editum*, equitis & ſimul ſtantis, *in* G *(quod correctores reſipiat)* æquales & ſimul ſtantes. *Mihi placeat*, candid. Equitis (*E maiuſcula, id eſt, equeſtris ordinis*) ſimul ſtantes, *deleto* &. *Mox vbi eſt*, honore qui dabat; *lego in omnibus* honorem, *probè. Sed & tranſpoſuerim verba, ac reſcripſerim*, qui honorem dabat, *claro & perſpicuo ſenſu.*

22. illa ipſa ordinatio comitiorum] *Vetere comitiorum ratione longo interuallo reducta, & ſuffragiis per tabellas reuocatis. Lege auctorem Epiſt.* XX *lib.* III.

pag. 69. 2. nunquam frontem tuam abſtergeres] *Si auctorem capio, hoc voluit, precatos ſe vt pudorem eum nunquam poneret quem lacrymis teſtatus Senatui eſſet. Eſtq́ue* abſtergere frontem *pudorem ponere, & tanquam abſtergere, id eſt,* ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ, *vt ab eadem mente* perfricare frontem *prouerbio dicimus. Martialis;* Aut cùm perfricuit frontem poſuitq́ue pudorem. *Bene ergo* nunquam, *aut* non vnquam *legitur; quod ad numeros meis auribus melius. falsò* nonnunquam, *peſſime in quibuſdam, & in contrarium prorſus* nunquam non. *Proximè* hoc ipſum *tantundem eſt atque apud Græcos,* τόδ᾽ ἐκεῖνο. *Euripides Medea,* Τόδ᾽ ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες, (μήτηρ κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον) Σπεύσατε θᾶσσον δώματος εἴσω. *Anapæſti ſunt quos totidem Latinis reddidi. Hoc ipſum, agite ô pueri, (mater Animos incit, bilemq́ue mouet) Properate fores ocius intro. Plutarchus Conſolat ad Apollonium,* τοῦτο μὲν ἐκεῖνο, τὸ Μίδᾳ λέγουσι τὸν Σιληνὸν τὸ πρῶτον μηδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν. *In editis vitiosè eſt* ἐκεῖνος. *Lucianus Nigrino,* ἀλλ᾽ ἐκεῖνο, ὦ παῖς, ἤδη τραγικόν, ἢ καὶ νὴ Δία κωμικὸν φαῦλον ἑώρακας ὑποκριτάς; *Polybius Hiſtoriar.* III, ἔφη γὰρ καὶ μηδεμίαν μὲν εἰληφότας πεῖραν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπεναντίων, αὐτὸ δὲ τοῦτο, γινώσκοντας ὅτι μέλλουσι πρὸς Καρχηδονίους κινδυνεύειν, ἀναμφισβήτητον ἔχειν τὴν τοῦ νικᾶν ἐλπίδα. *Inuenio & illud eodem ſenſu vſurpatum. Plinius epiſt.* XIII *lib* III. Sed quid ego hæc doctiſſimo viro? Quin potius illud, anno quæ putaueris corrigenda. *Cynthia apud Propertiũ* IIII *eleg.* VII, Si piguit portas vltra procedere, at illud, Iuſſiſſes lectum lentius ire meum. *Corrupte illuc eſt in editis. Male ergo qui* hoc ipſum *hic exponebat, ſcilicet Capitolium.*

24. Hæc fuit ſumma votorum] *Suprà*, vt qui ſcias hanc eſſe beneficiorum Principalium ſummam, ſi illis & non vti licet.

triduum

triduum totum] *Auctor epist. XI. lib. II*, Iam hoc ipsum pulchrum & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo votari, triduo contineri. *Lege reliqua, & omnino omnem eam epistolam.* pag. 70. 29.

vt collegas vocaret] *Messalla de auspiciis I apud Agellium XIII cap. XIIII*, Maxima auspicia sunt Consulum, Prætorum, Censorum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdem potestatis, ideo quòd collegæ non sunt Censores Consulum, aut Prætorum, Prætores Consulum sunt. *Iterum*, Prætor etsi collega Consulis est, neque Prætorem neque Consulem rogare iure potest. *Ipse Agellius*, sed & collegam esse Prætorem Consuli docet quòd eodem auspicio creantur. pag. 72. 2.

quippe etiam Fortunæ videb. indignum] *Ita omnes nostri consensu, V excepto, in quo est*, quippe omne Fort. *&c. Reponebam timide*, quippe enim Fort., *vt suprà dixerat*, nempe enim hi sunt quos Senatus elegit. *Nunc sententiam muto & originem menda ab exscriptorum compendiis repeto. Valde enim sunt vicina oē ēt, quorum hoc etiam valet, illud omne. nam ecce haud longe infrà vbi est*, æuum omne *&c in V exaratum est æuum ēt, vitiose. Panegyrico quoque incerti in Constantinum pro* omnem, *itemq; Pacati in Theodosium pro* omnes *liquidò & integrè in V B etiam perscriptum.* 11.

intentio tua] *Suprà*, Cæsaris hæc intentio est, vt nobiles & conseruet & efficiat; *id est studium & contentio. Iterum*, non tam humanitas tua, quam intentio eius admirabilis videbatur. *Epist. VII lib. IIII*, Hanc ille vim, seu quo alio nomine vocanda est intentio quidquid velis obtinendi, si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset? *Rursum V lib III, de Plinio auunculo*, Hac intentione tot ista volumina peregit. *Et alibi frequenter.* 27.

apud Deos esse consuesti]. *Trunca vox & luxata*, esse. *Difsingam ego & restituam*, adesse. *Suprà*, qui vtilitatibus fisci contumaciter adessent. *Epist. XI lib. II*, Ego & Cornelius Tacitus adesse prouincialibus iussi. *Seneca de beneficiis IIII, cap. XV*, Iam illi semel iterumq; assui. *Iterum V cap. VIII*, quomodo nemo, quāuis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, *&c. Rursum VI. cap. XXV*, Omnes isti beneficia sua detestabili via ducunt qui Deos contra eum aduocant cui affuturi sunt. *Et alibi passim. Sed venit in mentem placere posse & superesse, quo Suetonius vsus Augusto cap. LVI*, cunctari enim se, ne, si superesset, eripperet legibus eum, *&c, & Arnobius crebrò. Aduersus Gentes III*, ludentis est dicere Deos nobis superesse custodes, quos suspicio finxit nostra, non explorata veritas comprehendit. *Iterum*, Vnctionibus (*inquit*) pag. 73. 4.

supereſt Vnria. *Eiuſdem operis* IIII, Quis Libentinum, quis Liburnum credat libidinum supereſſe tutelis? *Fruſtraq; eſt Agellius, qui Atticar. Noct.* I *cap.* XXII *hoc ſignificatu Laſinum negat.*

pag 74. 6. intercedere iniquitat. Magiſtr.] *Nam Marium Priſcum Africa Proconſulem, & Cacilium Claſſicum Batica, quamuis defunctum, paſſus eſt repetundarum damnari, & Iuly Baſſi Bithynia Proconſulis acta reſcindi, Darią; à Senatu ius omnibus de quibus ille aliquid conſtituiſſet ex integro agendi, duntaxat per biennium. Meminit auctor epiſtolis ſparſim.*

24. Quibus nunc per te liber] Qua, *non* quibus, *eſt in* R, *propius ad verum. Egregiè* V, Qua nunc parte liber *repraeſentat. Abit longius, & neſcio quo modo correctorem ſapit quod in* C *repperi,* Qui nunc per te curarum liber. *Saltem* per te *abeſſent, ne inepta geminatione repetatur*, poſtquam te dedit. *His de cauſis vindicias ſecundum ſcriptam lectionem equidem dederim, vt iam dixi.*

34. in ipſorum quidem ludibrium] *Suſpectum hic meis auribus* quidem. *Libri tamen non variant, quos quidem tractarim. Emendabam*, in ipſorum (quid ni?) ludibrium, *leui mutatione, ſed non exigua ſententia venuſtate & gratia. Tu vide lector, & cenſe. Apud Senecam quoque de beneficiis* V *cap.* XXIIII *idem tentabam, ſed haud ſcio an pari ſucceſſu. Verba hac ſunt,* Cùm Cæſar meminiſſe ſe dixiſſet, Meminiſti quidem, inquit, ſub quadam arbore minimum vmbræ ſpargente cùm velles reſidere feruentiſſimo Sole, *& qua ſequuntur. Reponebam inquam,* Meminiſti (quid ni?) inquit, ſub quad. *&c. Muretus de ingenio, & iure ſuo, non è libris, edidit,* Meminiſti quoque, inquit, ſub quad. *Iano Grutero placebat*, Meminiſtin' idem ſub quad. *quod mihi quidem non admodum probat. Addam Solini è Polyſtore cap* XXXII. *locum, qui ſuperioris mihi coniectura auctor & tanquam fundus eſt.* Garamantum oppidum eſt Debris, fonte miro, qui denique alternis vicibus die frigeat, nocte ferueat. *Sed eximiè Langiani ac Delriani codices,* fonte miro, (quid ni?) qui altern *&c. Corrupta & hac Plinij epiſt.* XXX. *lib.* VII, Torqueor quòd diſcipulum, vt ſcribis, optimæ ſpei amiſiſti. Cuius & valetudine & morte impedita ſtudia tua quid neſciam? cùm ſis omn. offic. *&c. Corrigam,* quid ni ſciam? *&c. Ceterum ſimilia ac pane gemina ſunt iis qua hic dicuntur illa Chryſoſtomi Dionis de perſarum regibus extremo ſermone de regno* III, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παραδείσοισ περιλαβόντεσ, ὅπωσ ὅτι ἐπιθυμήσειαν, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ τὰ θηρία ἔκτεινον. ὡσ μήτε ζητοῦντασ πονεῖν, μήτε ἂν κινδυνεύοντασ, ἀπ᾽ ἀσθενῆ καὶ δεδουλωμένα. ὁμοί-

ων δὲ ἀφῃρημένῳ τὴν ἐπὶ τοῦ εὑρεῖν χαρὰν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ φθάσαι
αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ συμβῆναι ἀσφαλῶς. ὅμοιον γὰρ * ἐποίει f. ἐποίουν
ὥσπερ οἱ πολεμικοὶ φάσκοντες εἶναι, ἀφέντες δὲ τὸ τοῖς πολεμίοις ὥσπερ ἂν εἰ πολ.
μάχεσθαι, τοὺς αἰχμαλώτους οἴκοι λαβόντες ἔκτεινον. illi enim
hortis inclusas, vtcunque subitum, velut in custodia feras perimebant, cùm quidem nec laborem iis quærendis, nec periculum adirent, vt inualidis, ac seruitute fractis, pariterque & reperiendarum voluptate, & præueniendarum studio, & pugnæ ac congressus sollicitudine carebant. nam proinde agebant ac si bellicolosos se professi, derelicto cum hostibus conflictu, captiuos domi nacti interficerent.

Huic par capiendi *&c.*] *Ita est & in G, probè. nam Traianum sentit. Infrà*, Simul cogito, cùm sint ista ludus & auctamentum, quæ quantæque sint huius illæ seriæ voluptates. *Vitiosum quod* V C *exhibeat*, His par cap. *In* R *lego*, Hic par cap., *propius verò*. pag. 75. 1.

tantum illud nostri decoris, *&c.*] Dedecoris *habent* C G R, *in* V dedecus *scriptum offendi. Placet. sed iuuem insuper, &* monstri *proximè rescribam.* Monstrum (*opinor*) *Domitianum vocat, vt Crispinum Iuuenalis Sat.* IIII, monstrum nulla virtute redemptum A vitiis. *Infrà* deferentia *arbitror probum, &* per alueos prona *interpreter, ne quis frustra mendi habeat suspectum*. 18.

nec dignitate nuptiarum] *Aut deest alterum membrum*, nec natalibus, nec nupt. dignit., *vel simile quiddam, aut* non *pro* nec *equidem reponam. Videqua suprà notamus ad pag.* 40. 23. *Paulo antè* lætum opere corpus *ποιηνκάτηγορ dixit, vt Horatius*, Vos lætam fluuiis, & nemorum coma *&c.* 33.

inconsultius vxor assumpta] *Euripides*, Χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν Γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθὴν, ἢ μὴ τρέφειν. Ducenda in ædes socia genialis tori Frugi atque honesta, vt nulla sapienti viro. pag. 76. 22.

Soror autem tua] *Marciana, cuius filia Matidia, Sabina Hadriani Imperatoris soror.* pag. 77. 8.

hæc secta] *Suprà*, quasi specimen & exemplar quæ tibi secta vitæ, quod hominum genus placeat. *Eumenius pro restaur. scholis*, diuersissimus enim ad vtramque sectam deflexus est. *Pacatus in Theodosium*, Sed qui vitæ tuæ sectam rationesque cognouerit, *&c. Ipse Cicero Pro M. Cælio*, neque solum apud nos, qui hanc sectam rationemque vitæ re magis quàm verbis secuti sumus, sed etiam apud Græcos, *&c. Lucanus* II. Hi mores, hæc duri immota Catonis Secta fuit, seruare modum, finemque tenere, Naturamque sequi, *&c. Iuuenalis Sat.* XIIII, pag. 78. 24.

Iuuenes hortatur vt illam Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ.

pag.79. 11. laboriosa ista stat. & exercita] *Auctor epist.* XIII. *lib.* VI, Vnquámne vidisti quemquam tam laboriosum & exercitum quam Varenum meum ? *Suetonius Tiberio cap.* VI, Infantiam pueritiamque habuit laboriosam & exercitam, comes vsquequaque parentum fugæ. *Scio aliter vulgari, sed Lambino assentior sic legenti vel hac maximè Plinij auctoritate. Cicero Pro Milone*, quid enim nobis duobus iudices laboriosius, quid magis sollicitum, magis exercitum dici, aut fingi potest?

14. confusionem tuam] *Id est, mæstitiem & perturbationem,* σύγχυσιν. *Auctor epist.* XXII. *lib.* I, Erit confusioni meæ non mediocre solatium si tu nihil quereris. X. *lib.* 121, Præterea veritus sum ne vos festis diebus confunderem si in memoriam grauissimi luctus reduxissem. *Et alibi frequenter. Iuuenalis Sat.* III, Quamuis digressu veteris confusus amici, *&c.*

27. vt maxima fructus suscepti] Maximo *bene est in* V, *sed & fructu arbitror legendum, non* fructus.

pag.80. 15. Plerique Principes, *&c.*] *Claudium notat. Suetonium adi cap.* XXVIII, *& proximo. Iuuenalis Sat.* XIIII, *de Narcisso,* Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cuius Paruit imperijs vxorem occidere iussus.

20. summum quidem honorem] *Itaque spes suas ac fortunam vrgens Hadrianus libertos & ipse Traiani corrupit: Auctor Spartianus. Idem imperium assecutus* libertos suos nec sciri* voluit in publico aliquid apud se posse, dicto suo (f. edicto quoque) omnibus superioribus Principibus vitia imputans libertorum, damnatis omnibus libertis suis quicunque se de eo iactauerant. *Verba sunt eiusdem Spartiani. Tu adde Lector qua sequuntur. Pertinet huc autem Traiani dictum de Eurythmo liberto suo apud auctorem epist.* XXXI *lib.* VI, Nec ille Polycletus est, nec ego Nero *Locum perlege, ac de Polycleto lucem è Xiphilino in Nerone, & Annali* XIIII *Taciti petes.*

*Malè est in editis, vol. in publico, nec aliq.

26. statimque hos ipsos] *Pro* stato & definito tempore, *significatu nouo & insolente, si integer locus. Lege Nonium Marcellum in* Statim. *Sed doctissimo Iusto Lipsio rescribi places*, dilectum, sumptumque. Hos ipsos quotidie deinde ita formas, *&c.*

32. Scias neminem antè meruisse] *Auctor epist.* XVII *lib.* I, *Scias ipsum plurimis virtutibus abundare, qui alienas sic amat. Et alibi non rarò. Vsus & Seneca passim.*

pag.81. 32. si non sidera] *Consulendus Seruius ad illa Georgic.* I, Anne nouum tardis sidus te mensibus addas. *&c.*

pag.82. 18. Consulari viro] *Falsa lectio. neque enim Tertullus aut Consula-*

ſulatum (quòd meminerim) præter hunc geſſit, aut hoc ipſo defunctus. Patet extremo panegyrico, non vt me Conſulem, ac mox Conſularem, *&c. Itaque ſequor quod in* V C R *repperi*, c.v. *id eſt*, clariſſimo viro. *Confer auctoris epiſtolam* XV *lib.* V.
ſtragibus amicorum] *Ad epiſtolam eiuſdem* XI *lib* III. 25.
officio laborioſiſſimo & maximo] *Præfecturam ærarij ſentit. Infrà*, quòd nobis præfectis ærario Conſulatum antè quam ſucceſſorem dediſti. *Vide epiſtolam* XV *lib* V. *Epiſt.* X *lib.* I, nam diſtringor officio vt maximo, ſic moleſtiſſimo, *&c.* 35.
in notam quandam, *&c.*] *Epiſt.* VI. *lib.* II, Eadem omnibus pono. ad cenam enim, non ad notam inuito, cunctiſque rebus exæquo quos menſa & toro æquaui. *Porcius Latro apud Senecam patrem Contrauerſ.* I *lib.* I, Parentibus meis, cum in cetera odium ſit, tantum in meam notam conuenit. *Propertius*, Nunc in amore tuo cogor habere notam. pag 83. 8.
temporarium & ſubitum eſt] *Plinius maior* XVI *cap.* XXXIII, Nec terræ tantum natura circa has refert, verum & quædam temporaria vis. *Eumenius Pro reſtaur. ſcholis*, conteſtatum eſſe initio dicendi apud audientes volo temporarium me dicendi munus, atque id ipſum ſtudijs meis peculiariter commodare. 24.
eundem in annum, *&c.*] *Mendum eſt apertè. nam vrgere Plinium quòd eo anno Conſulatū geſſiſſent quo ordinarius Conſul Traianus perſpicuè ſequentia docent. Et alioqui iam dixerat*, quòd nos rurſus collegas eſſe voluiſti. *Rurſus, id eſt, in Conſulatu, vt in Præfectura ærarij prius. Itaque* tuum *pro* eundem *repoſueram, bene ad mentem & ſententiam. Sed plenius, & emendatius (opinor) apud Onuphrium nuper Commentario in* I *Faſtorum ſcriptum repperi*, eundem in annum Conſulatus tui Conſulatum noſtrum contul. *Quod ſequor.* pag. 84 4.
quibus ipſe perſcriberis] *Bene* præſcriberis, *ceu ordinarius anni eius Conſul quo Plinius ac Tertullus ex Cal. Septembr. Conſulatum geſſerunt. Virgilius*, nec Phœbo gratior vlla eſt Quam ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen. 7.
ſanctiſſimum illud carmen] *Suprà*, perpeſſus es longum illud carmen comitiorum, nec iam irridendam moram. 8.
Nam quòd eum potiſſimum, *&c.*] *Probè* eos *ſcilicet honores, id eſt, Conſulatum noſtrum.* Menſi *quoque, non* menſem, *ſcribendum. Intelligit autem Septembrem. nam Domitianus occiſus* XIIII *K. Octobres, vt Suetonius ait cap.* XVII. *Et Nerua mox ſucceſſit, qui Traianum adoptauit paucis poſt imperium diebus.* 12.
anguſtior ſolito] *Nam Tribunatum, ac Præturam geſſit, cui vtrique Magiſtratui ius ſella, ſed humilioris.* 18.

Infrà, Vos mihi in Tribunatu quietis, in Prætura modestiæ cuncti antiquissimum testimonium perhibuistis.

31. Nisi tantum illam] Tamen *arbitror verum. Suprà*, Nisi quòd tamen qui rursus Consules fiunt bis quidem, sed diuersis temporibus obligantur. *Epist.* IX. *lib* I, Nemo me apud quemquam sinistris sermonibus carpit, neminem ipse reprehendo, nisi tamen me, cum parum commodè scribo. *Vitiose est in editis*, nisi tum me. XVII. *lib.* VIII, Nisi quòd tamen est dolendi modus, non est timendi. *Corrupte* Nisi quòd tantum *vulgatur*. XXI. *lib.* VI. Nisi quod tamen poëtis mentiri licet.

pag. 85. 23. quo nomine] *Imperatoris Catanaus exponit. nam Iouem ab Orpheo cognomento Regis & Imperatoris ornari. Ego Optimi Maximi malim. Suprà*, siquidem omnis turba quæ limen insederat ad ingressum tuum foribus reclusis illa quidem (vt tunc arbitrabatur) Deum, ceterum (vt docuit euentus) te consalutauit Imperatorem. *Error igitur plebis, (opinor) Traianum Optimum Maximum salutantis, cùm Iouem haberet in mente, vt omen quoddam imperij quod ei quandoque deberetur, exceptus. Adeo* Sæpe ipsum populi Numen in ore sonat.

pag. 32. similemque fecerit adoptato] *Scilicet à Nerua, hoc est, sibi.*

pag. 86. 3. è studiis nostris] *Idest, pro studiorum nostrorum fama & celebritate. Lege hanc epistolam* XI, *lib.* II.

12. cursu quodam prouectus, &c.] *Intelligit Praturam sub Domitiano gestam Epist.* XI. *lib.* III.

IN II.

pag. 87. M*aximiano A. soli hunc inscripsi, non Maximiano & Diocletiano A A., quòd habitus natali Romæ die celebrando, & quidem Treuiris, vt existimo, absente, & occupato in Oriente Diocletiano. Extrema oratione*, credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens rogat.

6. debet honor vester, &c.] Debeat *meis auribus suadens numeri. Pacatus in Theodosium*, cui cùm difficile sit pro amore quo in te præditus est de te satisfieri, tùm difficilius, *&c. Iterum*, nam cùm per se viuax sit recordatio calamitatum, tùm mihi metus, *&c. Eumenius in Constantinum*, nam cùm omnes homines gratia non indigentes iuuare boni sit Principis, tùm præcipuè bene meritis, & grauiter affectis subuenire sapientis est. *Ipse Cicero Pro Cornelio Balbo*, nam cùm ex omnibus ciuitatibus via sit in nostrâ, tùm verò vt quæque nobiscum maximè societate, pactione, fœdere coniuncta est, ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum ciuitatis continere

tinere videtur. *Plinius panegyr.*, Sed cùm ita comparatum sit vt de nullo minus Principe querantur homines quàm de quo maximè licet, tùm tuo sæculo nihil est quo non omne hominum genus lætetur. *Epist* VIII *lib.* VII, nam cùm omnibus virtutibus abundet, tùm hac præcipuè, quòd habet maximam in amore constantiam. XVIII *lib.* VIII, nam cùm aures hominum nouitate lætentur, tùm ad rationem vitæ exemplis erudimur. *Diuus Nerua ad Tullium Iustum* LIX *lib.* X, Cùm rerum omnium ordinatio quæ prioribus temporibus inchoatæ sunt obseruanda sit, tùm epistolis etiam Domitiani standũ est.

régem aduenam condidisse,] *In B scribitur*, regem aduenam condidisse, sed Herculem hospitem condidisse. *Iuuem ego emendem*, regem adu., & Herc. hosp. condidisse. *Regem aduenam Euandrum cape*, *&* *Halicarnasseum adi Antiq. Roman.* I. 14.

familia primaria] Pinaria *proculdubio verum. Allusumq; est apertè ad Virgilij versum Æneid.* VIII, Et domus Herculei custos Pinaria sacri. 19.

tui generis ac nominis] *Infrà*, An diuinâ generis tui originem recensebo, quam tu non modò factis immortalibus, sed etiam nominis successione testaris? *Rursum*, eadem scilicet auxilij opportunitate qua tuus Hercules Iouem vestrum quondam Terrigenarum bello laborantem magna victoriæ parte iuuit, *nam Maximiano Herculius cognomen, vt Diocletiano Iouius.*

parentes Vrb., & Statores Deos] *Poeticè, & ad splendorem multitudinis numero dixit, cùm hoc Iouem, illo Martem denotaret.* pag. 38. 6.

nunc quidem maximè] *Placet scripta lectio* nunc cummaxime. *Eumenius Pro restaur. scholis*, Quarum inuicta robora ne in his quidem quæ nunc cummaxime gerunt bellis requirunt. *Nazarius in Constantinum*, iactat quippe se nunc cummaxime alacris omnium ac beata deuotio. *Ausonius Gratiar. actione ad Gratianum*, In procinctu & cum maxime dimicaturus palmatæ vestis meæ ornamenta dispono. *Seneca de beneficiis* III *cap.* III, Nemo nostrûm nouit nisi id tempus quod cummaxime transit, ad præterita rari animum retorquent. *Et alibi frequenter. Plinius epist.* VI *lib.* VI, Dicenti mihi sollicitè assistit, assidet recitanti, primis etiam & cummaxime nascentibus opusculis meis interest. *In editione Gryphiana corruptè est*, tum maxime. *Ipse Plautus Milite glorioso scena Sequimini*, nunc cummaxime Opus est dolis, *&* *Terentius Phormione*, ANT. Non sum apud me. GETA. Atqui opus est nunc cummaxime vt sis Antiph. 13.

ad Rom. nomen accesserint] *Nihil muto, etsi ex arte* accesse- 11.

runt *dixisset. nam & infrà sic locutus est*, cùm ad restituendam remp. à cognato tibi Diocletiani Numine fueris inuocatus *&c. & post paulo*, Hæc omnia cùm à fratre optimo oblata susceperis *&c. pro* fuisti, *&* suscepisti.

pag. 89 14. & illa lux diu. vert. cl. orbe compl.] *σίμμα & coronamentum (meo animo) sentit, quod in Imperatorum aliquot capitibus, atque ipsius adeo quo de loquimur, radiatum nummi repræsentant.*

34. post priorum temporum labem] *Motus rusticos intelligit de quibus infrà*, cùm militares habitus ignari agricolæ appetiuerunt *&c.* Bagaudæ *fere scriptoribus dicuntur*, *βαγαῦδαι Paanio, qui Eutropianum historiæ Romanæ breuiarium Græce expressit. Addit, ὄνομα δ' ἐστὶ τοῦτο τυράννων δηλοῦν ἐπιχωρίων.* Baogandas *appellare Saluianus videtur v de prouident. Dei. Hi, ducibus Amando & Æliano (, Æmilianum Paanius vocat) intolerandis Carini Cæsaris iniuriis irritati Galliam omnem ferro igniq; vexarunt. Eutropius, alij.*

pag. 90. 1. præcipitanti Rom. nomini] *Incertus in Maximianum & Constantinum*, Statim igitur vt præcipitantem remp. refrenasti, *&c. Nazarius in Constantinum*, Cuius cum diuina virtus, & eius misericordia comes appendixque victoria vrbem Romam non præcipitantem exceperit, sed afflictam ac planè iacentem excitarit, *&c. Ipse Cicero Pro P. Sextio*, cum illi soli essent præter furiosum illum Tribunum duo reip. turbines, qui non modò præcipitanti patriæ non subuenirent, sed etiam nimium tardè concidere mærerent. *Pro C. Rabirio Postumo*, Satis est homines imprudentia lapsos non erigere, vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere certè est inhumanum. *Plautus Trinummo*, qui in amorem Præcipitauit peius perit quàm si Saxo saliat. *Virgilius Æneid.* XI, & iam nox humida cælo præcipitat. *Statius Thebaid.* IIII, Non aliter siluas humeris & vtroque refringens Pectore montano duplex Hylæus ab antro Præcipitat.

3. Terrigenarum bello laborantem] *Capio ab hac mente, quod in laudatione Herculis chorus quà iuuenum, quà senum apud Euandrum canunt Æneid.* VIII, Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhoëus, Arduus, arma tenens. *Macrobius Saturnal.* I *cap.* XX, *de Hercule*, Ipse creditur & Gigantas interemisse, cùm cælo propugnaret quasi virtus Deorum.

14. Quod vero statim, *&c.*] *Scriptam lectionem iuuo, & rescribo*, Quid enimuero? statim, *&c. Apud Senecam quoque de beneficiis* I *cap.* XIIII, *vbi vulgatur*, Illa enim inquantum volet exeat, sed eat, non erret, *in Leodiensi* MS *est*, Illa

Illa verò inquantum vol. *Mihi liquet emendandum*, Illa enimuero inq.

Chaibones] *Ita fere nominantur. Libri tamen cariosi nunc* Caybones *exhibent, nunc* Cayuones, *nunc* Cauiones, *nunc* Chabiones. *Quid potissimum sequendum* δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν ἐπῶ ἐιν. 18.

& quâ fugeret occurr.] *In* B *auctius est*, & quâ fugeret Oceanum occurr. *Mihi hac olim*, & quâ fugeret, *glossa & interpretamentum visa eius quod præcessit*, & quâ cederet. *Itaque expunxeram, nec video cur sententiam mutem. In* Oceano *tamen mihi aqua hæret.* 34

hastam posito scipione rapuisti] *Cassiodori è Variarum* VI *verba commentarij vicem huc transferebam. Igitur in formula Consulatus*, Pinge (*inquit*) vastos humeros vario colore palmatæ, validam manum victoriali scipione nobilita, Lares proprios etiam calceis auratis egredere, sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascende. pag. 91. 29.

aras flagrantibus *&c.*] *Sequor* aris, *non* auris. *Auctor Genethliaco Maximiani*, Concursare inter se agricolæ, aræ incendi, tura poni, victimæ cædi. *Tum reliqua sic constituo.* & sacrificis odoribus, & accensis Num. t. luminibus impleſti. 33.

nutu illo patrio] *Respicit Virgilij versum Æneid.* X, *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Quæ hi: Homerica respondent*, Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. *Sic ait, atque oculis Saturnius annuit æquis. Ilicet & sacri capitis intremuere capilli, Immortale decus, concussaq; regia cæli est. Diocletiano autem (vt hoc addam) cognomen Iouio fuisse supra iam notaui: Vnde proxime* Iouis sui *dixit. Mox* vestri *nomi. rectè legitur, non* nostri, *vt in* R, *&* Imperatorij *expono.* pag. 92. 19.

intemiatæ rei] *Aperta sententia est, nec sollicito, etsi in* V intentæ, *in* B *est* intemptæ, *in quo vestigia quædam propiora vera lectionis, ferè enim vetus scriptura*, intemptatæ. *Mox pro* rei *emendaueram* recti, *nec pænitet. Mendum à librariorum compendiis.* pag 93. 6.

Ingressus es nuper, *&c.*] *Apertè* est, *non* es *legendum. nam ad Diocletianum pertinent. Genethliaco Maximiani*, Laurea illa deuictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhætica, & illa Sarmatica te Maximiane fecerunt pio gaudio triumphare. *Lege reliqua. Iterum*, Transeo limitem Rhætiæ repentina hostium clade promotum. 11.

coëuntes]

16. coëuntes] *Mediolani . Fuse Genethliace Maximiani Mox* fraternumque *vera lectio . Suprà*, merito quiuis te tuumque fratrem Romani imperij dixerit conditores. *Rursum*, Hæc omnia cum à fratre optimo oblata susceperis, *&c. Et alibi frequenter*. Eloquium *quoque verneo, id est, colloquium. ita enim & eodem Genethliaco*, Quam inuicti sedent? quàm concorditer eloquuntur?

19. gemini illi reges] *Eurysthenes & Procles, qui, regno ab Heraclidis (vnde exciderant) recepto, primi Lacedæmone bini imperarunt. Straboni Geographic*. x *&* xiiii *alter Patrocles nominatur, Porphyrio* i *de animal. abstinentia Proscles, vtrumq; errore, vt arbitror, scribarum. Adi Herodotum* vi.

pag. 94. 9. Herculeæ gentis exemplum] *Non excuso auctorem qui Eurysthenem & Proclem fratres, Herculea gentis nominet. contrà enim profectò occupatum ab Heraclidis regnum receperunt, vt iam dixi, & historia probat.*

23. regnum receperit] *Probè, non* susceperit. *nam sequitur statim,* cùm te Maximiane placasset. *Genethliaco Maximiani*, Francos ad petendam pacem cum rege venientes. *Proximè in nominibus regum non vna scriptura. In* v Genneboud Esaret *lego, in* b Gennobonde Sathi, *in* c Genobon Vdeladech. *Diuus noster priorem* Genebaudum *rescribebat. fuisse enim eo nomine regem Francorum. Mihi non hic modo, sed omnino in historia rerum à Maximiano gestarum mera tenebra apud scriptores qui nunc extant. Persecutus hac olim diligenter Claudius Eusthenius, Diocletiano ab epistolis, quem Vopiscus Carino refert quatuor Principum, Diocletiani, Maximiani, Galerij, Constantij vitam singulis libris complexum. Sed monumenta ea vixerunt. Itaque fides sit penes Mamertinum.*

33. Græci poëtæ hominibus iustit. colent. *&c.*] *Ostendit mihi Iohannes Bochius, Antuerpiensium vrbi à secretis, vir & multa lectione & eruditus, Platonis è* ii *De republ. locum, qui ad argumentum quod in manibus Hesiodi & Homeri testimonia protulit. Versus vtriusque plenius, & inde à capite (vt sic dixerim) apponam, qui illic curte leguntur. Sic igitur Hesiodus Oper. & dier.* i, Οὐδέποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ, Οὔτ' ἄτη, θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται. Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας· Εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι· Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι· Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερὲς, οὐδ' ἐπὶ νηῶν Νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα. Iustitiæ non ægra fames cultoribus instat, Non noxæ, læta vsque epulis quia munera cordi, Vbe ri & annona tellus,

tellus, montesque per almos Luxuriant summa glandes, media ilice mella, Balantum & molli densentur vellere sæcla, Et similes patrum dat casta puerpera natos, Perpetibusque bonis florent, nec cura per altum Puppe vehi, lætumque tumet seges omnibus aruis. *Vlyssis verò ad Penelopen* οδ.] *hæc sunt verba,* ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, Ὥστε τοῦ βασιλῆος ἀμύμονος, Ὅστε θεουδὴς Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων Εὐδικίας ἀνέχῃσι. φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ, Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς Ἐξ εὐηγεσίης, ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ. nam cælo tua viuida gloria surgit, Qualis honorati regis, cui Numinis instar Armiferos lata populos ditione tenenti Iustitiæ pia cura. Olli stat hordea totis, Triticeusque labor campis, deuexaque pomis Arbor, oues & fetu, & lætum piscibus æquor, Et fortunatæ placido sub Principe gentes. *Magnum & illustre vtriusque poëtæ præmium iustitiæ, citra duplicem tamen feturam, aut annonam. Quod, meo animo, verisimile scriptum laudatori ab Heroum memoria quiin insulas Fortunatas. Pomponius Mela extremo de situ orbis* III, Contrà Fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascentibus nihil sollicitos alunt, beatius quam aliæ vrbes excultæ. *Alij passim. Hesiodus liberalius,* τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα. quibus alma quotannis Terra tumet ter fruge noua, ter ponit aristas.

eos qui circa te potiss. fung. offic. &c.] *Capio de Constantio Chloro, cui Theodoram priuignam in matrimonium collocauit.* pag. 55. 4.

lubrica illa fallaxque gens Barbarorum] *Idest, Francorum, vt fert hic panegyricus. Incertus in Maximianum & Constantinum,* Multa ille (*De Constantio sermo*) Francorum millia, qui Bataniam, aliasque cis Rhenum terras inuaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit. *Fuse Eumenius in Constantium Cæsarem. In moribus (vt hoc addam) connenit & Saluianus, cuius è v de prouidentia Dei verba asscribam.* Gens Saxonum fera est, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, & Hunnorum impudica. *Iterum mox,* Numquid tam accusabilis Francorum perfidia quam nostra? *Et alibi sæpius.* 9.

Diocletianus facit] *Si hæc sana lectio, sic acceperim vt Plinij dictum Natural. histor.* XXII. *cap.* XIX, Seritur interim, quoniam cæliacis præclare facit in cinere tosta. *hoc est, subuenit, iuuat.* 17.

milites vettri ad Oc. peruen. vict.] *Occupato Gesoriaco. Lege panegyricum in Constantium Cæsarem.* 18.

insulam remotiorem] *Britannia scilicet, quam Carausius, audito* 26.

audito cadem suam à Maximiano A. imperatam, præsidium suis rebus inuaserat. Sed enimuero cum ipse, bellis frustra tentatis contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax conuenit. Eutropius IX.

29. ornatæque pulcherr. classes] *Id est, instructa, vt* ornare prouincias, Magistratus *passim apud optimos scriptores.*

34. naualia texerentur] *Infrà mox*, solam naualibus suis materiam deuehebat.

pag 96. 26. quanto latius es vet. pom.] *Apertè probum est* quanto latius est vet. *&c.* & quidquid homines colunt *tantundem est ac si dixisset orbis terrarum.*

pag 97. 7. ascripsistis qui *&c.*] *Deiunge litteras, & meo periculo emenda.* ascripsit is qui *&c. nam M. Octauium Herennium sentit. Adi Macrobium Saturnal.* III *cap.* VI. *Extat vero Alba Iulia in Dacia hæc inscriptio,*

IOVI. STATORI. HERCVLI. VICTORI. M. VLP. NERVA. TRAIANVS. CAESAR. VICTO. DECEBALO. DOMITA. DACIA. VOTVM. SOLVIT.
ASPICE. ROMVLE. PATER. GAVDETE. QVIRITES. VESTRA. ISTA. EST. GLORIA.

12. sub dextera filium] *Maxentium, ex Eutropia, Syra muliere. Sex. Victor.*

24. similitudinem maiestatis tuæ confert] *Sede inibi & domicilio fixo. Infrà Genethliaco,* luminis siquidem Senatus sui misit, beatissimę illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis suæ libenter impertiens, vt ibi tunc esse sedes imperij videretur quò vterque venerat Imperator. *Proximè huic ciuitati, Treuerim significat, vt puto.*

IN III.

pag. 98. 16. NOueram autem] *Bellè* voueram, *id est, optaueram. Sequitur enim mox,* Gaudeo igitur dilatam esse illam cupiditatem meam. *Ouidius Metamorph.* XI, *de Mida,* Attonitus nouitate mali, diuesque miserque, Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit. *Apud Senecam quoque de beneficiis* VI *cap.* XXXVI *vbi vulgatur,* Quis pium dicet Aeneam si patriam capi voluerit vt captiuitate patrem eripiat? *reponam* vouerit, *vt supra dixerat cap.* XXV, & quidquid inimicus optaret amantes vouent. *Addam corollarij vicem & Tragædi è Troade versus, qui non vna menda inquinati.* Equidem, fatebor, (Pace dixisse hoc tua Argiua tellus liceat) affligi Phrygas Vincique, volui,

volui, ruere & æquari solo etiam arguissem. Sed regi, *&c.* *Lego in primis* Vincique vovi, *tum rescripserim* Etiam arcuissem; sed regi, *&c. sententia manifesta, optasse se quidem vt Ilium vinceretur, non etiam vt everteretur, quin animatum esse vt excidium prohiberet, sed frenos irum nollemq; non admisisse. Atque id est votum demum cui Argiuorum offensam deprecatur. Hercule Oetao, vt nos quidem castigamus,* Solibus vitus ferum, Flammisque Nessus sanguinem ostendi arcuit. *In editis vitiose est*, offendi arguit.

vt dicerem] *Latinius, & vsitatius erat*, quod dicerem. *de quo hoc opere alias fortasse.* 98.25.

& ingenium vestri procreat. nat.] *Correxeram de vestigiis scripta lectionis* gemini vestri, *hoc est, vtriusque vestrûm. Suprà,* hac gemini natalis prædicatione compensem. *Infrà,* Gemini ergo natales pias vobis mentes, & Imperatorias tribuere fortunas. *Hæ tum inquam rationes mihi sub manu natæ; nunc testificor in B idem explicate haberi.* pag. 99. 7.

vt nos semper anxij, *&c.*] *Locus mendosus. Conijcio verum,* vt nos, semper anxios vestri caritate, nuper, *&c, & mox* impulerit, *non* impleuerit. 13

hibernis diebus] *Inserunt post* hibernis M S hostilis. *Vnde exsculpsi ægrè & cum cura* solstitij. *Firmant hæc infrà*, Nempe hieme sæuissima, & in his quoque regionibus insitata, *& quæ sequuntur.* 18.

Reddimus tamen] Reddidimus *arbitror sincerum. Lege quæ suprà notamus ad pag.* 55.28. 22.

sempiternoque motu, *&c.*] *Incertus in Constantinum A.*, Quisnam iste est tam continuus ardor? quæ diuinitas perpetuo vigens motu? *Pacatus in Theodosium A.*, Gaudeo profectò diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat æternitas, & quidquid homines laborem vocant, vestra natura est. 27.

nihilominus tamen] *Quæ ex B adduntur suo loco posita non opinor, potiusq; legerim*, clem. offic. pacauit, & Fata disposuit, nihilom. tamen & ipsas, *&c.* pag. 100. 4.

volucratilia] *Nihil temere mutem, & τὰ κοινὰ exponam, etsi haud memini legere, vocem (vt reor) ei sæculo tritam.* 11.

immortalitatis origo] *Id est natales vestri, Deorum. Mox* acitos è *Græcia scilicet. sacra etiam certamina vocat quæ Græci ἱερὰ ἀγῶνας. Eumenius pro restaur. scholis*, An si fortissimi viri in sacris certaminibus summo labore, atque etiam vitæ periculo solam vocem præconis, & coronæ testimonium petunt, *& quæ sequuntur.* 17.

similia

audito cadem suam à Maximiano A. imperatam, præsidium suis rebus inuaserat. Sed enimuero cum eopse, bellu frustra tentatu contra virum rei militaru peritissimum, ad postremum pax conuenit. Eutropius IX.

29. ornatæque pulcherr. classes] *Id est, instructa, vt* ornare prouincias, Magistratus *passim apud optimos scriptores.*

34. naualia texerentur] *Infrà mox*, solum naualibus suis materiam deuehebat.

pag. 96. 26. quanto latius es vet. pom..] *Apertè probum est* quanto latius est vet. *&c.* *&* quidquid homines colunt *tantundem est ac si dixisset, orbis terrarum.*

pag. 97. 7. adscripsistis qui *&c.*] *Deiunge litteras, & meo periculo emenda.* adscripsit is qui *&c. nam M. Octauium Herennium sentio. Adi Macrobium Saturnal.* III *cap.* VI. *Extat vero Alba Iulia in Dacia hæc inscriptio,*

IOVI. STATORI. HERCVLI. VICTORI. M. VLP. NERVA. TRAIANVS. CAESAR. VICTO. DECEBALO. DOMITA. DACIA. VOTVM. SOLVIT.
ASPICE. ROMVLE. PATER. GAVDETE. QVIRITES. VESTRA. ISTA. EST. GLORIA.

11. sub dextera filium] *Maxentium, ex Eutropia, Syra muliere. Sex. Victor.*

24. similitudinem maiestatis tuæ confert] *Sede inibi & domicilio fixo. Infrà Genethliaco*, lumina siquidem Senatus sui misit, beatissima illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis suæ libenter impertiens, vt ibi tunc esse sedes imperij videretur quò vterque venerat Imperator. *Proximè huic ciuitati, Treuerim significat, vt puto.*

IN III.

pag. 98. 16. NOueram autem] *Bellè* vouerarn, *id est, optaueram. sequitur enim mox*, Gaudeo igitur dilatam esse illam cupiditatem meam. *Ouidius Metamorph.* XI *de Mida*, Attonitus nouitate mali, diuesque miserque, Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit. *Apud Senecam quoque de beneficiis* VI *cap.* XXXVI *vbi vulgatur*, Quis pium dicet Aeneam si patriam capi voluerit vt captiuitate patrem eripiat? *reponam* vouerit, *vt suprà dixerat cap.* XXV, & quidquid inimicus optaret amantes vouent. *Addam corollarij vicem & Tragœdi è Troade versus, qui non vna menda inquinati.* Equidem, fatebor, (Pace dixisse hoc tua Argiua tellus liceat) affligi Phrygas Vinciqué volui,

volui, tuere & æquari solo etiam arguissem. Sed tegi, &c. *Lego in primis* Vincique voui, *tum rescripserim* Etiam arcuissem; sed tegi, &c. *sententia manifesta, optasse se quidem vt Ilium vinceretur, non etiam vt euerteretur, quin animatum se fuisse vt excidium prohiberet, sed frenos iram nesitem& non dimisisse. Atque id est votum demum cui Argiuorum offensionem deprecatur. Hercule Oetao, vt nos quidem castigamus,* Solibus viuos ferum, Flammisque Nessus sanguinem ostendi arcuit. *In edit is vitiose est*, offendi arguit.

vt dicerem] *Latinius, & vsitatius erat*, quod dicerem. *de* 98. 25. *quo hoc opere aliàs fortasse.*

& ingenium vestri procreat. nat.] *Correxeram de vestigiis* pag. 99. 7. *scripta lectionis* gemini vestri, *hoc est, vtriusque vestrûm. Suprà,* hac gemini natalis prædicatione compensem. *Infrà,* Gemini ergo natales pias vobis mentes, & Imperatorias tribuere fortunas. *Has tum inquam rationes mihi sub manu natæ, nunc testificor in B idem explicate haberi.*

vt nos semper anxiu, &c.] *Locus mendosus. Concio verum,* 151 vt nos, semper anxios vestri caritate, nuper, &c, *& mox* impulerit, *non* impleuerit.

hibernis diebus] *Inserunt post* hibernis MS hostilis. *Vnde* 18. *exsculpsi agrè & cum cura* solstitij. *Firmant hac infrà*, Nempe hieme sæuissima, & in his quoque regionibus insitata, *& quæ sequuntur.*

Reddimus tamen] Reddidimus *arbitror sincerum. Lege* 22. *quæ suprà notamus ad pag.* 55. 28.

sempiternoque motu, &c.] *Incertus in Constantinum A.,* 27. Quisnam iste est tam continuus ardor? quæ diuinitas perpetuo vigens motu? *Pacatus in Theodosium A.,* Gaudeo profecto diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat æternitas, & quidquid homines laborem vocant, vestra natura est.

nihilominus tamen] *Quæ ex B adduntur suo loco posita non* pag. 100. 4. *opinor, potiusq; legerim*, elem. offic. pacauit, & Fata disposuit, nihilom. tamen & ipsas, &c.

volucratilia] *Nihil temere mutem, & τὰ πτηνὰ exponam, etsi* 11. *haud memini legere, vocem(vt reor) ei sæculo tritam.*

immortalitatis origo] *Id est, natales vestri, Deorum. Mox* ac- 17. citos è *Græcia scilicet.* sacra *etiam* certamina *vocat qui Græci ἱερὸ ἀγῶνας. Eumenius pro restaur. scholis*, An si fortissimi viri in sacris certaminibus summo labore, atque etiam vitæ periculo solam vocem præconis, & coronæ testimonium petunt, *& quæ sequuntur.*

similia

29. similia victoris] *Emenda* V.ctoris, v *maiuscula, & vide quæ suprà notamus ad pag.* 89. 34.

30. fractus licet oppos. *&c.*] *Sequor* fracto, *sed inuem vltra, & omnino rescribam*, fracto licet opposito hoste, armis tamen semp. instr. limes exercet.

pag. 101. 8. oppida illustraueras] *Id est, inuiseras, lustraueras. Suprà extremo in Maximianum A panegyrico*, has prouincias tuas frequenter illustres. *Eumenius gratiarum actione pro Flauiensibus ad Constantinum A.*, vrbem illam sola opus tuæ expectatione viuentem illustrare dignatus es. *In Constantium Cæsarem*, qui sine vllo fere discrimine dierum ac noctium illustratis orbem. *Et alibi sapius. Apud Ciceronem Pro M Marcello*, nec vero disiunctissimas terras citius * cuiusquam passibus potuisse peragrari quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt, *&c. dubia scriptura est. nam* lustratæ *est in duobus optimis & vetustißimis* M S *quæ doctissimus Car. Langius accuratè tractauit.*

pass. cuius. M S.

pag. 102. 19 Quæ vlla vnquam videre sæcula *&c.*] *Equidem non sollicito, sed* Quæ nimium quæ vid. sæc. *est in* B *expunctis* vlla vnquam. *Mihi verisimile est, postquam aliud non occurrit, fuisse in autographo,* Quæ enimuero quæ vid. sæc.

25. Obtrectant sibi inuicem, *&c.*] *Noti Hesiodij versus ex Oper. & dier.* 1, Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Et figulus figulo, & fabro faber inuidet alter, Non Iris Iri, non vates vatibus æqui.

31. & cum gemino Tigris Euphrate] *Cur* gemino? *Opinor timide, quòd in Mesopotamia se cum Tigride coniungat, ceteroqui seorsum fluens.*

32. qualem accepit & reddit Oceanus] *Et hic locus fœde corruptus, sed quid vetat tentare? Igitur litteras vicissim transfero & commuto, vnam etiam & alteram refingo, ac cum volentibus Musis corrigo*, quam latè cedit & redit Oceanus. Cedit & redit, *id est æstuat*, ἀμπωτίζει. *Suprà in Maximianum A.*; oblitosque nauium refugum mare secutos esse quâ cederet. *Non me vendito, mi Lector, sed tamen emendatio hæc non è turba, & obuia.*

pag. 103. 27. NON DELECTARE, *&c.*] *Notum prouerbium Græcum*, ἧλιξ ἥλικα τέρπει, *& plura eodem non congero.*

pag. 104. 21 vice temporum] *Horatius*, Soluitur acris hiems grata vice veris & Fauoni. Temporum *verò, id est*, τῶν ὡρῶν.

27. vt res est] *Eumenius Pro restaur. scholis*, Adeo (vt res est) aurea illa sæcula nunc æternis auspiciis Iouis & Herculis renascūtur.

Incertus

Incertus in Maximianum & Constantinum, Sed (vt res est) mente præsaga omnibus te verecundiæ obseruationibus imbuebas. *Iterum*, non quidem tu reip. negligentia ductus, sed consilij (vt res est) inter vos placiti constantia, & pietate fraterna. *Rursum*, DI Immortales quanta Romano imperio renouastis, quæ iam (vt res est) cessΕrant vetustati! *Incertus in Constantinum A.*, in priuatam domum sponte concesserat, (vt res est) omnibus terribilibus agitatus. *Idem Eumenius in Constantium Cæsarem*, vno illo (vt res est) loco aut potentia vestræ maiestatis inferior, aut pro debito vobis honore clementior.

Hercules per eadem illa culmina, *&c.*] *Gestar apud Silium Punicor.* II, *de Hannibale*, Proinde polo crescant Alpes, attrisque coruscos Appenninus agat scopulos, per saxa niuesque, Per cælum est qui pandat iter. Pudet Hercule tritas Desperare vias, laudemque timere secundam. *Eiusdem operis* III, Primus inexpertas adiit Pirynthius arces. Scindentem nubes, frangentemque ardua montis Spectarunt Superi, longisque ab origine sæclis Intemerata gradu magna vi saxa domantem. *Iustinus* XXIIII, *de Gallis*, Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. pag. 105. 5.

quam concorditer eloquuntur?] *Retineo* eloquuntur. *Vide quæ suprà notamus ad pag.* 93. 16. *Mox haud paulo concinnius quod è vestigiis scriptæ lectionis suspicere*, Nemo studio, nemo par fuit *&c.* pag. 106. 18

transacta conuiuia] *Scio Diocletianum creato à se Cæsari Galerio Maximiano Armentario filiam suam Galeriam, Maximianum A. Constantio, itidem suo Cæsari, Theodoram priuignam in matrimonium collocasse, sed non hac huius temporis & congressus. Itaque* connubia *damno.* 33.

Spiritum ecce suggerunt, *&c*] *Mirum & insolens mendum, sed admirationem sustulit quod in* B *offendi* S3 *compendio scriptum. Cui scripturæ admodum vicina quam in veteribus libris obserues* Sp3 *Id* spiritum *valet. Mox* suggerunt *vtcumque excusari possit, & auditores subaudiri vt Grammatici loquuntur, mihi tamen* suggeritur *placet. Infrà mox*, Illud vero, non suggeratur licet, dicam, *& quæ sequuntur.* pag. 108. 9.

Romani criminis] *Probè* carminis, *nam Ennium significat, & notum eius in Africanum distichon*, A Sole exoriente vsque ad Mæoti' paludes Nemo est qui factis me æquiperare queat. *Apud Ætna quoque auctorem* Verum & fallacia vates sub terris nigros viderunt carmina Manes *emendate arbitror legi,* 32.

non crimina, *quod vir doctus supposuit. nam* Manes fallacia carmina *sic dixit, vt de Inferis alius poëta*, & vulgi fabula Manes.

pag.109. 2. non modò hac citra Mæotin, *&c.*] *Placet* circa. *sed opituler porrò, & rescribam*, non modò circa Mæotin, ac sub extr.

5. Tingitanum litus] *Admonet me hic locus Arnobiani cuiusdam è lib. 1, quem sanabo.* Si apud Gætulos, tum Aquitanos huius rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt? *In M S Luneburgensi* cum Aquitanis *lego. Verumque parum ad stomachum meum. quis enim probet Aquitanos, tanto interuallo, & alio cælo, a Gætulos adiungi? Itaque Lud Carrioni assentior, qui cùm auctorem eum vnà forte legeremus* Gætulos, Tingitanos *corrigebat, meo animo, feliciter.*

12. Teruigi] Teruingos *nominat & Eutropius* VIII, *Paanius* τερβίγγους *reddit, si integra ea scriptura. Proxime* Taifalorum *opinor verius. In Zosimo quidem Histor.* II Θαϊφαλοι, IIII τάϊφαλοι *vulgatur.* Vandali *quoque, qui his notiores, in* V Bandali, *in* B Blandali *vocantur.*

14 Gipedesque] *Hæc constans lectio est, sed mihi placeat* Gepidasque, *quomodo est apud Saluianum frequenter. Mox præferam* Sacis *vel Catulli auctoritate, cuius hic est versus,* Seu Sacas, sagittiferosque Parthos. Ruffi, *seu* Rufi, *&* Gelli *hactenus mihi non lecti, non auditi.*

16. frater Ormies] *Sequor Diuæum nostrum, cui repositum* fr. Ormisda. *Sanè Eutropius* IX *auum Saporis & Ormisdæ Narseum memorat. Addit Paanius,* τῶν εἰς ἡμετέραν ἡλικίαν ἀφιγμένων, qui ad ætatem nostram peruenerunt.

22. ad perniciem immanitatis] *Id est, Barbariæ, hoc est, mutuam, vt puto.* Vertuntur *etiam, non* vtuntur *legerim, è compendiis. nam* v̄tuntur *est* vertuntur.

34. hominum circumfert, *&c.*] *Sententia fœde corrupta, quæ in* L *integra. Sic igitur ibi scribitur,* hominum ore circumfertur, Barbari ad arma concurrunt, sed inuicem dimicaturi; vicere Barbari, *&c.*

pag. 110.26 naualia trop. promittunt] *Sane quidem* promittunt. *non enim successit. Lege quæ suprà notamus ad pag.* 17. 26.

IN IIII.

pag.112.10 ALium quidem triumphi deterr.] Alium quædam triumphi quiddam deterr. *est in* B, *quod non expedio. Deleueram* quidem, *nec video cur retractem. Mox vbi deest quiddam, expleam*

expleam è sensu, causis forensibus aptum, *&c. nam verba sine libris non præsto.*

fraterno pop. R. nomine, &c.] *Gratiarum actione pro Flauiensibus ad Constantinum*, Aedui primi omnium inter illas immanes & Barbaras Galliæ gentes plurimis Senatus consultis fratres pop. R. appellati sunt, *&c. Iterum mox*, soli Aedui ingenua & simplici caritate fratres pop. R. crediti sunt, appellarique meruerunt. *Cicero I ad Attic. ep.* XIX, Aedui, fratres nostri, pugnant. *Tacitus Annali* XI, primi Aedui Senatorum in Vrbe ius adepti sunt. Datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum pop. R. vsurpant. *Lucanus tamen id irrisit cùm ait*, Aruernique ausi Latios se fingere fratres Sanguine ab Iliaco populi. *assentior enim iis qui Aruernos pro Æduis ob vicinitatem interpretantur.* pag. 113. 3.

latrocinio Batauicæ rebell.] *Fuse eadem gratiarum actione.* Diuum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias primi sollicitauerunt, *& quæ sequuntur. Et inibi notasis mihi Lector* rebelles Gallicanos *vocari quod hic* latrocinium Batauicæ rebellionis, *dubia ac suspecta meo animo scriptura. Sed hoc primum*, Bacaudicæ, *seu* Bagaudicæ *repono, tum obseruo Barbaram atque intra Gallias (opinor) natam appellationem supra Maximianaum sæculum repetendam. siquidem iam inde à Diuo Claudio Bagauda, qui non aliud quam incolæ latrones ac tyranni. Confer quæ notamus ad pag.* 89.34. 5.

artifices transmarinos] *Extrema laudatione in Constantium Cæsarem*. Quinetiam illa cuius nomine mihi peculiariter gratulandum deuotissima vobis Aeduorum ciuitas (*Augustodunum significat*) ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ prouinciæ redundabant, accepit artifices, *&c.* 16.

incolas nouos] *Pro Flauiensibus ad Constantinum*, Diuus pater tuus ciuitatem Aeduorum voluit iacentem erigere, perditamque recreare, non solum pecuniis ad calendaria largiendis, & lauacris quæ corruerant extruendis, sed & metœcis vndique transferendis, *&c.* 17.

vt commodis nostris stud. grat. hospit. operentur] *Seneca de beneficiis* VII *cap.* XIIII, At hic diebus noctibusque se lassauit, & omnibus aliis renunciauit officiis, huic vni imminens & operatus, ne qua se fugeret occasio. *Muretus temere rescripsit* imminens, & opperiens, *contra omnem vetustam lectionem. Tacitus Annali* III, nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operatam, *&c. Auctor in Constantium Cæsarem*, ille vagus, ille prædator exercitio squalidus operatur. 20.

X 2 coloniam

23. coloniam istam] *Referam ad incolas nouos de quibus praecessit. nam alioqui coloniam Augustodunum non reperio.*

33. quantum ad votum pietatemque pertinet] *Infrà*, Hoc ego salarium (quantum ad honorem pertinet) adoratum accipio *&c. Rursum* Quamobrem, vt dixi sexcena illa (quantum ad honorem spectat) accipi oportere censeo, *&c. Alterum tamen haud damnem. sic enim Mamertinus in Maximianum A.*, sit licet hic illi vrbi natalis dies quod pertineat ad originem pop. R. *&c.* Votum *vero id est benignam voluntatem & studium. Infrà*, Habes V. P. studij ac voti mei professionem.

pag. 114. 11. palatij Magisteria] *Plura inuenio, Officiorum, Scriniorum, Memoriae, Epistolarum, Libellorum, de quo iu Eumenium loqui existimo. Sunt & alia. sed quae minorum (vt sic dixerim) gentium. Stipendij vero Magisterium (opinor) nullum, valdeque dormitauerit scriba cum* stipendij *exscripsit pro* palatij, *inhaerente memoria è versu proximo* stipendij *voce.*

15. domini nostri Constantij] *Falsò* Constantini. *Patet de epistola quam mox inseret. Et profecto erant tum Constantius & Armentarius, non etiam Constantinus, sub Augustis Diocletiano ac Maximiano Caesares. Eaque dignitas posteriore seculo in locum successit Principum iuuentutis, qui sub Octauiano Augusto, ac republ. florente. Quò respexit auctor cùm ait*, verè Principis iuuentutis. *Quamquam & videri potest sensisse ob tam sollicitam erudiendae iuuentutis curam Principis iuuentutis appellationem meruisse Constantium.*

21. & hoc mihi munus iniunxerat] *Bone Naui*, Quò tantum diuersus abis? *ecce enim consensu quà editi, quà scripti codices* & hoc ipsi palatio parentis sui munus inuexerat *repraesentant. Inuexerat inquam. nam* iniunxerat, *quod* G R *pro* inuexerat *habent, ineptum ad sententiam Sed ignosco vero haud grauate si mentem non vidisti, qui non optime videre soles, postquam ne illa ipsa quidem lectio prorsus constituta. Stabiliam ego, & immissa* qui *vocula, atque altera vt expuncta, locum hunc omnem sic rescribam*, & qui hoc ipsi pal. par. sui mun. inu. mediocrē, *&c.* Parentis sui *expone* Maximiani A., *qui Constantium (nam de eo sermo) Caesarem crearat. Itaque infrà* Caesar Herculius vocatur. Hoc munus, *id est, me, oratoriam professum. Planus iam (ni fallor) & perspicuus sensus, quem vltrà non persequor.*

23. diuina sensa Principum proloc.] *Περιφέρειαν Magisterij sacrae memoriae, quod officium gesserat, vt infrà referet, cuius est* annotationes omnes dictare & emittere, ac precibus respondere, *ait auctor dignitatum omnium & administrationum Romanarum per Orientem. Bene ergo* prolocutam *non* prolocuturam. *Rutilius*

lius Gallus Itinerario priore, de Rufio suo, Huius facundæ commissa Palatia linguæ. Primæuus meruit Principis ore loqui.

aram Misericordiæ] *Claudianus de bello Gildonico*, si flentibus aram, Et proprium miseris Numen statuistis Athenæ, *&c. Statius Thebaid.* XII, Vrbe fuit media nulli concessa potentum Ara Deûm. Mitis posuit Clementia sedem, Et miseri fecere sacram. *Vide & Pausaniam Atticis.* pag. 115. 4.

Romani ducis] *Marcelli. Valer. Maximus* I *cap.* I. *Cicero Verrina* VI, Marcellus, qui si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum vouerat, id quod erat ædificaturus iis rebus ornare quas ceperat noluit; Verres, qui non Honori, neque Virtuti, (vt ille) sed Veneri & Cupidini vota deberet, is Mineruæ templum spoliare conatus est. 5.

Et sane V. P. *&c.*] *Valet procul dubio* vir perfectissime, *vt anti semper. Quin dignitas ipsa tum* Perfectissimatus *dicebatur. Lege qua Franc. Balduino hic notata, cuius sunt in orationem hanc, & Pacati panegyricum notæ, ac sine libris diligens & accurata opera. Ineptè ergo in* C R *editum aa longum*, vir præstantissime. pag. 116. 3.

vtriusque latè numeris instaur *&c.*] *Apertè verum est* vtriusque lateris instaur. *&c. quod & B. Rhenanus coniecerat, doctior mehercle quam vt debuerit à Criticis quibusdam tam petulanter & acerbe incessi.* 21.

mensdiuina] Περίφορος Iouis. *Incertus in Constantinum A.*, Habes profectò aliquod cùm ipsa mente diuina Constantine secretum, *& quæ sequuntur.* 33.

quodammodo suas] *Hoc est, pane & propemodum. nam in proximo Capitolium, vt iam dixit.* Suas *etiam apertè rectum, non* suos, *quod* C *exhibet.* pag. 117. 4.

Sexcenis millibus nummûm] *Id est, totidem sestertiis. nam explorate idem sestertium quod mille nummûm, & clare trecena sestertia auctori sunt trecena millia nummûm, hoc est, superioris summæ dimidium. ita enim capio quod ait*, addita pari sorte. *Ea liquido sena millia aureorum conficit, aureorum inquam, quales singuli nummis centum mutabātur vt perspicuè è Tranquillo, Tacito, Dione, Zonara constat. Nostrates, qui harum rerum periti*, XV *millibus coronatorum æstimant. Sed pax, Eumeni, tantum te oratoria professione quæsisse? Falsum id, & incredibile visum Is. Casaubono ad Suetoniū Othone cap.* IIII. *Itaque* sexagenis, *ac mox* tricena *è Tatiani, veteris & eruditi scriptoris, Apologetico reponit, cui disertè sexceni aurei salarium philosophicum. Sanè sexagena sestertia exactè aurei sunt sexceni ad valorem quem dixi*, *sed hoc primum, Vespasianus è fisco* 15.

Verba sunt Suetonij cap. XVIII) Latinis Græcisque rhetoribus annua centena constituit, *id est, pane totum alterum tantum. Neque id verisimili mihi citeriore sæculo imminutum, sed (quæ ambitio fuit Principum) auctum. Deinde autem cogitasis mihi Lector Eumenium non è multis. Cui cùm à sacra memoria Magisterio ad priuatum digresso saluum fuerit honoris Palatini priuilegium, quid mirum si eopse respectu largius quoque salariam consecutus, præsertim in tam effusa Constantij Cæsaris liberalitate, quam historia loquuntur? Itaque iam nulla causa est cur lectionem nostram, in tanta codicum quà scriptorum, quà editorum conspiratione; ex auctore Græco damnemus, dubiis numerorum notis, & magnam partem corruptis.*

22. adoratum accipio] *Bene* adoratum, *non* oblatum, *vt Delbenius, aut* aderatum, *vt Balduinus coniecit. Eumenius in Constantium Cæsarem*, Adoratæ sint igitur mihi Sarmaticæ expeditiones, quibus illa gens pæne omnis extincta est.

35. aut Deliacus] *Lege quæ Ios. Scaligero ad Varronem notata De rerust.* III *cap.* IX.

pag. 118. 7. assumendi copiam præuen. &c.] *Emendate* peruenire, *sed & primorem vocem partiar ac deiungam,* ad sumendi.

15. Leges ergo v. P.] *Itidem & in R vulgatum, sed vereor vt à correctorum manu. nam primum in melioribus libris* V B C *inuenio constanter*, Quas ego v. P. Tametsi, &c. *Deinde què correctio pertinet*, Tametsi? *Quæ in hac nostra* [illegible] *non est obscura.*

23. augusto Cliuiensium oppido] *Adi curas Lipsii secundas ad Taciti Annalem* III. *Mox* meum Constantij Cæsaris, &c. *Deleam illa*, Constantij Cæsaris, *vt è glossa inculcata.*

31. & actis nostris] *Egregiè* ex actus nostri, *id est, Magisterio sacræ memoriæ, vt ego quidem ceperim.*

pag. 119. 17 Sponte murum velut arte construerent] *Propertius*, Saxa Citheronis Thebas agitata perartem Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

24. firmantis] *Vox nihili est, & incolumi sensu abesse potest. Sed nimirū vterque summus poëta, vt suprà notamus, non totius mundi tremorem omnino Iouis nutui, sed vnius cæli tribuit. Itaque* flammantis *surrogem, quod* mundi *appellationem constringat & tanquam coërceat. Notum hemistichium veius*, Semperflammantis Olympi. *Paulo post* conciliant *non satis concoquo, &* condiunt *reponam.*

33. intelligentiam adduceret] Intelligentiam onerer adduc. *est in* V, *bellissime in* C, intell. moueret ac duceret. *Inepte Balduinus* intellig. oneris adduceret.

accipi

accipi oportere censeo, atque visum, *&c.*] Acc. oportere autem aut quæ visum, *&c.* *Lego explanate in* V, *in* B acc. oport. at aut visu, *&c.* *Rescribam è vestigiis*, acc. oport. autumo, atque visum, *&c.* pag. 120. 19

vt me dignum, *&c.*] *Existimo legendum*, si me dignum, *&c.* *Infrà*, illum temporum statum quo Romana res plurimum terra & mari valuit ita demum integrari putant, si non potentia, sed etiam eloquentia Romana reuirescat. *Incertus in Maximianum & Constantinum*, siquidem ipsum imperium hôc fore pulchrius iudicabas, si id non hereditarium ex successione creuisses, *& quæ sequuntur.* 15.

si iterum omnium ad cult. ref. auct.] *Post* omnium *excidit quiddam & fortassean* fructus ? *Infrà*, quemadmodum cetera vitæ nostræ commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, *&c.* *Balduinus (quod dicitur) leui brachio* res omnes *edidit.* 27.

priorum labe] *Intelligit (opinor) decennium quo Carausius & Allectus Britannia per tyrannidem potiti. Suadent quæ sequuntur.* Priorum *edidi ex* V B C. *In* R *erat* oriorum, *vnde* bellorum, *aut* superiorum *legendum Rhenanus conseceratz. Vtrumque (si Diis placet) Balduinus in contextum recepit. Vide quæ ex quantula causâ & origine labis.* pag. 121 19

semel contigit] *Adi Plinium Natur. hist.* II *cap.* LXXXVII. *Meminere & Poëta passim.* 22.

Pœnorum gurgite] *Sequor* pœnarum, *id est, miseriarum & calamitatum, aut certe P maiuscula* Pœnarum, *hoc est,* τῶν Ἐρινύων. Picti, *quos Balduinus substituit, nihil ad rem & historiam præsentem.* 28.

manifestius oculis discer. *&c.*] *Horatius*, Segnius irritãt animos demissa per aures Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. *Nazarius in Constantinum*, Ad animum languidius accedunt quæ aurium via manant quam quæ oculis hauriuntur. pag. 123 2.

gemina Persidos flumina] *Tigris & Euphrates.* 11.

sub tua Dioclet. clementia] *Interfecto Alexandriæ Achilleo. Atqui victoria acerbè vsus est, totam Aegyptum grauibus proscriptionibus cadibúsque fœdauit. Eutropius* IX. 14.

Persicos arcus, *&c.*] *Rege Narseo in Armenia maiore victo.* 18. *Flau. Vopiscus Caro*, Licet plane, ac licebit per sacratissimum Cæsarem Maximianum Persas vincere, atque vltra eos progredi, & futurum reor, si à nostris non desetatur promissus Numinum fauor. *Idem Carino* Diocletianum & Maximianum

Principes DI dederunt, iungentes talibus viris Galerium atque Constantium, quorum alter natus est qui acceptam ignominiam Valeriani captiuitate deleret, alter qui Gallias Romanis legibus redderet.

IN V.

pag. 124. 9. VEl's, nolis] *Hoc dicit, quòd imperio monitu Diocletiani sponte posito, cui agrè obtemperauit, (Verba sunt Eutropij I X) in Lucaniam priuatus secesserat. Infrà*, Te rursus vicesimo anno Imperatorem, octauo Cõsulem, ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, vt videretur augurari iam & timere quod factum est. *Lege reliqua.*

pag. 125. 14. coalescat] *Retineo, non* connalescat. *Infrà*, Perpetuis profecto affinitas ista coalescet stirpibus, quæ semper summos in rep. viros ad concordiam copulauit.

28. millesimo anno]. *At enimuero in Consulatum incidit M. Iulij Philippi tertium, & Philippi filij secundum, eòque ex S.C. facti ludi sæculares noni Et incertus in Constantinum A., de Maxentio Herculij filio*, Mille (*ait*) & sexaginta annis contractas ex toto orbe diuitias monstrum illud redemptis ad ciuile latrocinium manibus ingesserat. *Nõ est ergo hic liquidus & circumscriptus numerus, sed leuiter ac rotunde (vt ita loquar) initus.*

31. id est, omnibus &c.] *In* V B *reperio*, id ex omnibus, *in* C id est hoc omnibus. *Quis verum neget quod exculpsimus*, id est, ex hoc omnibus?

pag. 126. 4. antè est conciliata diuinitas] *Hoc est, antè imperium receperat, ac priuatus esse desierat, vt pares inuicem essetis, tu Cæsar, ille Augustus. Sed è* B *notatur*, ante te concil. ciuitas, *quod non video qui excusem.*

11. in quem se prima ill. iuu. transfudit] *Eumenius in Constantinum*, te enim tantum ille & Imperator in terris, & in cælo Deus in primo ætatis suæ flore generauit, toto adhuc corpore vigens, *&c. Adi locum.*

22. nihil de vagis cupiditatibus, &c.] *At Crispum è Mineruina quadam concubina sustulit, ac (ni fallor) ante hoc Fausta matrimonium. Zosimus I I. Confer quæ infrà notamus ad pag. 137. 9.*

30. ipsis eorum regibus] *Ascarico Regaisoq;. Nominat Eumenius in Constantinum.*

32. totius gentis lubricam fidem, &c.] *Dixi ad pag 33. 9.*

34. illic oriendo] *Locus lubricus, & qui Pomponium Lætum, eumq; secutum Cæsarem Baronium, egregiè de historia omni Ecclesiastica*

ſtica meritum, induxit in errorem, vt Conſtantinum (ſi Dis placet) Britannum facerent. At enim patriam ei fuiſſe Tarſum Iulius Firmicus fidem iubebit, cuius auctoritatem non tu Cæſar Baroni, non ſanus quiſquam defugiat. Verba eius è Matheſeos II *cap.* IIII, *adſcribam, ſed aliquantum reciſa.* Dominus & Auguſtus noſter, ac totius orbis Imperator, pius, felix, ac prouidus Princeps, Conſtantinus Maximus, Diui Conſtantini (Conſtantij lego) filius, auguſtæ ac venerandæ memoriæ Principis, apud Tarſum genitus, à primo ætatis gradu imperij gubernacula retinens, quæ proſperis nactus fuerat auſpiciis, Romanum orbem ad perennis felicitatis augmentum ſalubri gubernationis moderatione ſuſtentat. *En apertè apud Tarſum genitus, qua in Britannia nuſquam gentium. Ciliſſam Geographi paſſim, Bithynam Stephanus commemorat, quam Firmicus (opinor) ſenſerit. Accedit quòd Nicephoro Calliſto Drepani natus, oppido ad Nicomediæ ſinum poſito. Eum lege Eccleſ. hiſtor* VII *cap.* XVIII, & XLIX. *At Panegyriſte ortus in Britannis. Mane, & interpretamentum cape ex his incerti in Conſtantinum, quem Eumenium putamus,* O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti! *Et notaſis mihi additamentum,* Cæſarem. *Scilicet alter natalis, & quaſi quædam recreatio eſt Cæſarem aſciſci. In Conſtantium Cæſarem,* O felix beatumque ver nouo partu, iam non amœnitate florum, nec viriditate ſegetum, nec ipſis tantum Fauoniis, & luce ſerenata lætum atque venerabile, quantum ortu Cæſarum maximorum! *Intelligit Conſtantium & Galerium Maximianum. In Conſtantinum, κατὰ ἐιρωνείαν,* Ignobilem credo aliquam Barbarorum manum repentino impetu & improuiſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſe. *Plinius in Traianum,* nam quòd eos potiſſimum menſi attribuiſti quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis? *Cicero verò* IIII *ad Atticum Epiſt.* I, *& Pro P. Sextio Nonas Sextiles Salutis natalem appellauit, quòd eo die in Quirinali ædes ei conſecrata, & eleganter Martialis,* Maiæ (*inquit*) Mercurium creaſtis idus *ob templum ei tum dedicatum, vt Liuius* II, *& Feſtus ſcripſerunt.*

ſtipendia prima] Prima *abeſt* C, *vitio. In* R *editum* ſtip. patria, *errore è compendio nato. nam* pria *vtrumque eſt, &* patria *&* prima. pag. 117. 17

expectare maluiſti, *&c.*] *Eumenius in Conſtantinum,* & quanquam tu ad ſeniores Principes de ſumma rep. quid fieri placeret retuliſſes, præuenerũt ſtudio quod illi mox iudicio probauerunt. 22.

pulchræ alitis] *Pauonis. Claudianus in* VI *Honorij Conſulatum,* pag. 118. 1.

X 5 Gaudet

Gaudet metuens, & pollice monstrat Quòd picturatas galeæ Iunonia cristas Ornet auis. *Alij alia conis & cristis imponebant. Poëta, & in primis Silius Italicus, passim.*

5. materia tam. imag. quam arte felic.] *Nuperas poëta facer, cui pauci (quod sine inuidia dixerim) aequales*, Ac bene materiam postquam susperexit hospes, Materiam vinci clamitet arte manus.

pag. 129. 21 consulit, aut quiescit] *Sincerum est* consulit vt quiescat. *Pacatus in Theodosium*, Quæcunque natio Barbarorum robore, ferocia, numero grauis vnquam nobis fuit, aut boni consulit vt quiescat, aut lætatur quasi amica si seruiat. *Latinius Columella præfat. De cultu hortorum*, vt boni consulat si non sic dedecori prius editis à me scriptorum monumentis. *In L est*, consf. quod quiescat.

29. vicesimo anno imperat., octauo Consulem.] *Quo se imperio abdicauit. Zosimus II. Sed Aurelius Victor unum recidit. Verba eius sunt*, namque imminentium scrutator (*Sermo est de Diocletiano*) vbi fato intestinas clades, & quasi fragorem quendam impendere comperit status Romani, celebrato regni vicesimo anno, valentior curam reip. abiecit, cum in sententiam Herculiũ ægerrime traduxisset, cui anno minus potẽtia fuerat.

pag. 130. 28 quam vt tu imper. succed.] *Ex arte dixisset* quam quod tu, *&c. Sedita locutus & Mamertinus Genethliaco*, Hoc ipsum mihi maximum dicendi præmium videbatur, vt dicerem.

19. ad sedandos animos] *Prætorianorum, qui tumultum excitarant. Eutropius X.*

26. non licuit] *Obijt enim* LXX *&* VI *ætatis anno, diebus* V *&* XXX *minus, vt Suetonius refert cap.* C. *Imperauitq́; cum Antonio & Lepido* XII, *solus* XLIIII *annos. Vt tam omnino anni sint imperij eius* LVI.

pag. 131. 13 iniuriam in mei restitut. patier.] *Eutropius*, Herculius tamen Maximianus post hæc in concione exercitus filium Marentium denudare conatus, seditionem & conuicia militum tulit. *Zosimus* II *hoc addit amplius, dedisse operam vt à filio beneuolentiam transferrent, sed Maxentium eos quà donu, quà precibus ad se pellexisse.*

pag. 132. 25. non sed seruo] *Egregiè* non recipio, sed. *Quamquam ne sic quidem, meo animo, integer locus. Emendo ergo*, non recipio, serua.

28. Quieuere venti] *Bella* posuere. *Virgilius Æneid.* VII, Cùm vẽti posuere, omnisq́; repente resedit Flatus. *Statius Siluar.* II, *Surrentino Pollij*, Tum rabidi ponunt fluctus. *Iterum Thebaid.* V, Cùm fera ponit hiems. *Martialis* IX *epigr.* LXXIII, Mastyli leo fama iugi pecorisq́; maritus Lanigeri mirum qua posuere fide.

dissi-

dissidentes familias] *Agellium consule* XII *cap.* VIII. pag. 233. 9.
ad socerum laureas, *&c.*] Victoriam, *quod in* B *infarctum, meis auribus glossema est, Franc. Modius* victoriarum *reponebat.* 27.
qui te primus patrem fecit] *Eumenius in Constantinum*, neque enim erat dubium quin ei competeret hereditas quem primum Imperatori Fata tribuissent. *Lege reliqua.* 31.

IN VI.

SPartana tibia] *Pausanias Laconicis*, Λακεδαιμόνιοι τὰς ἐξόδους ἐπὶ τὰς μάχας οὐ μετὰ σαλπίγγων ἐποιοῦντο, ἀλλὰ πρός τε αὐλῶν μέλη, καὶ ὑπὸ λύρας καὶ κιθάρας κρούσμασι. Lacedæmonij prœlium non incinentibus tubis, sed ad tibiarum carmina, & lyræ modulos citharæque inibant. pag. 235. 4.
illud eripiam] *Probè* arripiam. *Mamertinus in Maximianum A.*, cetera, & potissimum illud arripiam, *&c. Vopiscus Probo*, magnum & præclarum Principem, & qualem historia nostra non nouit arripiam. 11.
transacto enim nutu aduersi ominis] *Locus perdifficilis, & in quo mihi ipse non admodum satisfaciam. Car. Langius, vir doctissimus*, metu adu. om. *rescribebat, vere, vt arbitror. Sed &* offenso reuocati *legerim, vt in* C, *pro* offensa, *scilicet ipsius illius ominis, memoria & sermone omnium repetiti. Estq́; hac omnino, vt ariolor, sententia. nam victoria parta, quamlibet Comitum ac Ducum tuorum, atque omniū nostrūm longe aliud omen ac metus erat, (sequitur enim,* contra consilia hominū) *superata inquam hac diffidentia publica, & sinistra ominum significatione in melius conuersa, in quorum ipsorum in peiorem partem interpretatione fieri potest vt aliquid publice sit peccatum, cùm tibi Constantine secretior quadam, & minus vulgo perspecta ratio constaret. nam huc equidem traham quod mox subdit,* Habes profecto aliquod, *&c.) vtar libertate, & quæ sequuntur.* 13.
imperij tui socijs] *Galerio Maximiano, & Licinio, quem Galerius, antiqua sibi consuetudine notum, ac bello quod contra Narseum gesserat strenuus laboribus & officiis acceptum in imperium assumpserat. Eutrop.* X. 20.
sed omnem aperte *&c.*] *Dixi suprà ad pag.* 72. 12. 23.
cùm ipsa mente diuina] *Et hoc suprà attigi ad pag.* 116. 33. *Infrà*, Sed diuina mens & ipsius Vrbis æterna maiestas nefario homini eripuere consilium. 26.
arma monisti] Ποιητικώτερον *pro* copias & exercitus. *Infrà*, explicari statim in frontem ordines, & extendi latius arma iussisti. pag. 236. 1.

Lucanus,

Lucanus, Impia concurrant Pompeij & Cæsaris arma. *Statius*, cum rauca dabunt abeuntibus armis Signa tubæ. *Alij passim.*

23. Duxerat magnum Seuerus exercitum] *Infrà*, non intelligens maiestatem illam Vrbis, quæ pridem admotos exercitus sollicitauerat, ad tua auxilia transisse. *Ibi quantum opus erit dicemus.*

25. Maximianus] *Ineptè, & contra historiam qui* Maximinus *supponunt. est enim Galerius Maximianus A., qui à Diocletiano A, Cæsar creatus fuerat, Armentarius cognomine Apud Iulianum Imperatorem, Cæsaribus, Diocletianus ἄγει μεθ' ἑαυτοῦ Μαξιμιανὼ τε τὼ δύω καὶ Κωνστάντιον.*

27. qui pater illius credebatur] *Epitome Sex. Victoris*; Sed Maxentium suppositum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partus, cœpti à puero. *Scripsi quod arbitror germanum, &* à puero *est*, à prole mascula. *Infrà*, vt omittam quòd erat ille Maximiani suppositus. *Iterumq́;*, vt falsò generi non inuideamus. *Mox* sua fata, *id est, imperij olim sui.*

pag. 137. 9. soli dicata coniugio] *An ergo iusta ei coniux Mineruina, ex qua Crispum sustulit? At παλλακὴν Zosimus appellat. Confer quæ ad pag 126. 22. notamus.*

15. te conseruatio,] *Deleam hinc & post* gratulatio *reponam.*

34. sub ipsis Alpium iugis] *Lege de Alpibus accuratè Ammianum Marcellinum. Eumenius gratiarum actione Constantino A.*, Sed enim Ædui totum istud quod Rheno, Oceano, Pyrenæis montibus, cunctis Alpibus continetur Romano imperio tradiderunt.

35. tenentes oppidum] *Segusium Ptolemæus, Segusionem idem Ammianus nominat. Nazarius in Constantinum*, Primam igitur Segusiensium ciuitatem, quam primam iter dederat, victoria facilis amplexa est. *Rursum*, Segusiensium ciuitatem, quæ superatis Alpibus Italiæ claustrum obijcit, cum vi & virtute velut ianuam belli refregisses, *&c.*

pag. 138. 13 agi res simul cœpta & patrata] *Salustius Iugurthino*, Adherbal cum paucis equitibus Cirtham profugit, & ni multitudo togatorum fuisset, quę Numidas insequētes mœnibus prohibuit, vno die inter duos reges cœptum atque patratum bellum foret.

ciuili sanguine maculata] *Sabini Iuliani motum intellexerit, opinor, qui imperium inuadens à Carino in campis Veronensibus interfectus est. Epitome Sex. Victoris.*

33. obfirmato illo capite] *Hoc est, exercitus duce, Ruricio, (vt existimo) &* obfirmato *est duro ac pertinace.* Detectam aciem, *(ita enim rescribam) primam appellat, & velut cunei frontem.*

pag. 139. 32. quam coloniam Cn. Pomp. aliq. dedux.] *Onuphrium adi De imperio*

imperio Romano. Meminit colonia huius Tacitus *Historiar.* III. Quæsitum inde quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis, ad pugnam equestrem, qua præualebant. Simul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem famam que videbatur. *De Pompeiano quod addit, certum è Nazarij panegyrico Ruricium denotari, sed vnde id ei cognomen nondum repperi.*

euehendis copiis] *Primum* inrehendis *emendem*, *deinde* copias *exponam* commeatum. *Infrà*, Tu Romæ tuæ altor copiis subvehendis, *&c. Eumenius in Constantinum*, vt lente & cunctanter itinere confecto, consumptis copiis mansionum, ne quis consequi posset exercitus, repente intra parietes consideret purpuratus, *&c. Seneca De beneficiis* VI *cap.* VII, nec fluminibus gratias agimus, quamuis aut magna nauigia patiantur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant, aut piscosa, & amœna pinguibus aruis interfluant. Pag. 140. 5.

proiecta, ancipiti periculo] *Dele sectionem post* proiecta, *ac post* periculo *repone.* *nam* ancipiti periculo *est* fortunæ & aleæ belli. 8.

obsessosque peiora experiri, *&c.*] *Obscura si qua alia, scripta lectio, & in qua vngues admordeas*, obsessosque obmissos pemora exper *In* C *quoque editum* obs. q. omissos pœnora exper. *Sed erui tandem & cum cura*, obsess. q. omissa spe moræ exper. Spe moræ, *id est, trahendi obsidione diutina belli. Lucanus* IIII, *de Massilia*; Iam satis hoc Graiæ memorandum contigit vrbi Aeternumque decus, quod non impulsa, nec ipso Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli Præcipitem cursum, raptisque à Cæsare cunctis Vincitur vna mora. *Infra*, vnum iam illud timebatur, ne ille contentus his viribus, grauiter afflictus, & in arctum redactus, boni consuleret, & debitas rei p. pœnas obsidione differret. *Proxime quoque rescribam*, adeoque omnes quâ eruptio tentata erat cecidisti. *nam* tentauerat, *non* tentauerant, *in omnibus lego Vir eximie doctus, mihiq; amicissimus olim correxit*, adeoque omnes qui erupt. tentauerant cecidisti, *paruo ac nihili discrimine. Tu elige mi lector.* 9.

grauius inde pondus] Inde, *hoc est, ab hostibus. In* L *desideratur, vitiose, vt puto.* 13.

ex edito monte] *Aegaleo, qui è regione Salaminis. Herodotus* VIII. Pag. 141. 8.

aliquid agens] *Probè aliud. Habuerit q; (opinor) in mente qua Augusto accidisse bello Siculo Suetonius refert cap.* XVI. *nam Actiaco quidem, cornu dextro M. Lurio, læuo Arruntio commissis, Agrippa omnis classici certaminis arbitrio, ipse vbiq;* 9.

vbique aderat, *Verba sunt Vellei Paterculi* *l* II.

10. Fuit etiam qui sublatus in scalas, *&c.*] *Ingenuè fateor, nondum incidi in hanc historiam, nec qui subijceret inueni. Itaque (quod aiunt) trado lampadem.*

pag. 141. 7. curam abnuere] *Sequor* cura. *Incertus in Maximianum & Constantinum*, Quanquam etiamsi totam excusationem ætatis afferres, sic quoque tibi reip. curis non erat abnuendum.

35. eodem fulmine suo] *Festum consule in* Manubiæ, *& Senecam Natural. quæst.* II *cap.* XLI.

pag. 143. 8. diu parta] *Hoc est, lente procurata. Eumenius in Constantinum*, Diu venturi hominis partus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem, *&c. Mox pro* rediuiuum *melius opinor* recidiuum. *Virgilius Æneid.* VII, Funestæque iterum recidiua in Pergama tedæ.

14. Stultum & nequam animal] Animal *abest* B, *plagio. Seneca De beneficiis* II *cap.* XVI, Tumidissimum animal, (*Alexandrum Magnum intelligit*) si illum accipere hoc non decet, nec te dare. *Rutilius Itinerario priore*, Namque loci querulus curam Iudæus agebat, Humanis animal dissociale cibis.

31. quo orbem obsederat] *Equidem non hoc damnem, non, præferam tamen* Vrbem. *Nazarius in Constantinum*, Duci sane omnibus videbantur subacta vitiorum agmina, quæ Vrbem grauiter obsederant.

pag. 144. 12. admotus exercitus] *Probè* admotos, *multitudinis numero. nam primum aduersus motum Prætorianorum atque Maxentij Galerius Maximianus A. Seuerum Cæsarem cum exercitu Romam miserat. Isq; cùm circum muros ageret, desertus à suis, quos præmiorum illecebris Maxentius conduxerat, fugiens, obsessusq;, Rauennæ obijt. Ex Aurelio Victore, & Eutropio* X. *Atque hæc prima expeditio. Addit deinde idem Victor*, Hoc acrior Galerius, ascito in consilium Iouio (*Suspecta hæc mihi*) Licinium, vetere cognitum amicitia, Cæsarem, creat Augustum, eoque ad munimentum Illyrici ac Thraciæ relicto, Romam contendit. Ibi cum obsidione distineretur, militibus eadem qua superiores via attentatis, metu ne desereretur Italia decessit. *Lege reliqua.*

18. quâ breuissimum per eos iter est] *Gentis, aut regionis, quâ transitum, nomen in mendo est. Mihi* Eneti *seu* Veneti *sunt. nam Aquileia, quæ superiore narratione postrema dedita, Romam continente solo properanti breuissimum per eos iter est. Docent tabulæ.*

23. Scipionis] *Africani maioris. Meminit Cicero Verrina* VII.

35. boni consuleret] *Proba lectio, nec sollicitem. Incertus in Maximianum*

mianum & Constantinum, Huius cum fratre rursus ac sæpius expeditionibus domita Germania boni consulit vt quiescat. *Ibi vide Frustra est ergo vir doctus qui reposuit*, mora consuleret, *aliaq; nonnulla hic mutauit.*

omni Africa exhausta] *Alexandro, qui tum, pœnos pro Præfecto regebat, & imperio imminebat, à Ruso Volusiano, præfecto Prætorio, leui certamine oppresso. Lege Sex Victorem.* pag. 145. 2.

Sed domina mens, &c.] *Bene diuina, estq; hic quoque à librariorum compendiis error. admodum enim vicina* dña *&* dĩna, *quorum hoc* diuina *in veteribus libris, illud* domina *valet. Adi quæ notamus ad pag. 116 33.* 4.

vernula purpuratus] *Pacatus in Theodosium, de Maximo tyranno*, ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula, mensularumque seruilium statarius lixa. 11.

Et adeo ipse verum sibi dixerat] *Eumenius in Constantium Cæsarem*, Adeo verum sibi dixerat morte vicina, vt interfectum se nollet agnosci. 17.

cum excedendo Palatio, &c] *Notatum hoc quoque Ælio Lampridio, & inter Commodi necis prodigia relatum.* De Palatio ipse ad Cælium montem in Vectilianas ædes migrauit, negans se in Palatio posse dormire. 19.

totius tui vict exerc.] *Indubie verum* toties. *Suprà*, quis enim miles qui ductu atque auspiciis tuis toties felicissimè dimicasset vulnera illi sua venderet? 31.

quondam hospitis monitor Aeneæ] *Virgilius Æneid.* VIII, Huic Deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno Populeas inter senior se attollere frondes Visus. *Reliqua lege.* pag. 146. 13

falsum Romulum] *Auctor orationis in Ciceronem quæ Sallustio tribuitur*, Oro te Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones superasti, quem tandem locum in hac ciuitate obtines? *M. Lepidus apud Sallustium Historiar. 1; de Sulla*, Quæ cuncta sæuus iste Romulus quasi ab externis rapta tenet. *Catullus epigr. in Cæsarem*, Cinæde Romule hæc videbis, & feres? 14.

nec de sica tota Vrbe] *Belle* desiit. *Trebellius Pollio Aemiliano*, Ictus est lapidibus, petitus est ferro, nec desiit vllum seditionis telum: *Paulo antè* trucidato corpore, *nihil muto. ita enim & Cicero Pro P. Sextio.* A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit exanimatus, &c. *Petrus Dinaus* truncato *reponebat.* 26.

vt sunt ioci triumphales *Martialis*, Consueuere iocos vestri quoque ferre triumphi, Materiam dictis nec pudet esse ducem. *Mox* cùm alieni cap. mer. pateretur, fuit cum suspectum 29.

mihi

mihi cum *repetitum tam vicine, ac pro eo* qui *legebam. Nunc idem obseruo in Nazarij laudatione*, cum eum pugnæ locum caperet, vt interclusa fuga moriendi necessitatem imponeret, eum spem victoriæ non haberet.

35. & attinebat] *Nazarius in Constantinum*, femineces vacillare, aut moribundi sedilibus attineri. *Arnobius* II. quid est à nobis factum contra sensum iudiciumque commune si maiora & certiora dilegimus, nec sumus nos passi falsorum religionibus attineri?

pag. 147. 4. Certare innumer. multit.] Cursare innumi. *arbitror verum. Mox* tantum sibi omnium animi, *non* hominum, *& cum Doctissimo Lipsio pro* memorabant *reponam* mirabantur. *Suprà, gemina phrasi*, Ostentare se omnes, & tripudiare, sine vllo de reliquiis belli metu, & auspicium victoriæ tuæ *pro* consummatione metiebantur. *Paulo antè* omnes inde discedere *probè est in* v. *Sed* homines in re icto accedere *idem Lipsius noster ingeniosius quam verius si introspicias, emendabat.*

14. humeris se Italiæ in patr. report.] *Auctor quem modò dixi in Ciceronem.* Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem, quem Minerua omnes artes edocuit, Iuppiter Opt. Max. in consilium Deorum admisit, Italia exulem humeris suis reportauit? *Ipse Cicero extrema oratione post reditum in Senatu*, cùm me vestra auctoritas accersierit, populus R. reuocarit, resp. implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit, *&c. Q. Haterius apud Senecam prēm Controu.* 11 *lib* VII, Qui modò Italiæ humeris relatus est, nunc sic à Popillio refertur.

16. oculis fere gestauit] *Egregiè* oc. ferre gestiuit. *Incertus in Maximianum & Constantinum*, Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia P. R. excepit, vt, cùm te ad Capitolini Iouis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas Vrbis admitteret.

pag. 148. 12. sed etiam victoriæ suæ] *Pacatus in Theodosium*, clementia Imp^tor^ tua quo celo, quo pigmento, quo ære, auróue ducetur, qua tu ipsius victoriæ victor ita omnem cum armis iram deposuisti, vt ceciderit nemo post bellum, certe nemo post Maximum? *Cicero pro M. Marcello*, Ipsam victoriam vicisse videris cùm ea ipsa quæ erat adepta victis remisisti, *&c.*

17. Rheno Danubioque prætenduntur] *Sequor* prætendunt. *Idem Pacatus*, Vix Iberum tuum videras, iam Istro prætendebas. *Virgilius*, hic sæuus tendebat Vlysses.

pag. 150. 4. vix leue pallium, *&c.*] *Eadem hac, iisdemque pane verbis Pacatus*, Illos tenero perlucentes amictu, & vix leue carbasum vitando Sole tolerantes, *& quæ sequuntur.*

quem

quem qualemque ordinarur discipl.] *Probè* ordinat, *sed &* quem, qualemcunque, ord. *emendem. Suprà*, cum qualemcumque militem fortissimum facias tuo Imp^tor^ exemplo. 6.

rectissima & pulcherr. *&c.*] *Consentiunt codices, placet tamen* lectissima. *nam alterum illud exile mihi, & suspectum.* 18.

Ignoscat inquam, *&c.*] *Scilicet quòd eius rebus gestis tuas praefero, cùm tu Italiam, Africam, Romam, ille Bataviam ac Britanniam liberarit.* 32.

signum dedit] *Sequor* Dei. *nam mox subijcit*, debetur & diuinitati tuæ simulacrum aureum, *&c.* 35.

toto infusa mundo] *Alludere mihi videtur ad Virgilij versum* Æneid. VI, totamque infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. pag. 151.8.

soboles tua] *Constantinus, (credo) filiorum è Fausta, qui ei successere, natu maximus. Fausta inquam, non illa Maximiana, sed altera, quam adulterij insimulatam Constantinus morte affecit. Auctor Zosimus II. Sed ambigo an verè. nam geminam Faustam Constantino Magno coniugem apud ceteros historicos non invenio.* 23.

IN VII.

CVrant qui semper diu meditantur] *Bene* curet *ac* meditatur, *ut in C est. nam Constantinum indicari docet quod mox sequitur*, propter cælestem in illo fauorem. pag. 153.12

professa laudatio] *Hoc est, suscepta è professo. Geminumq; illud Statij Siluar.* I *Stella & Violantilla epithal.*, Ergo dies aderat Parcarum conditus a'bo Vellere, quo Stellæ Violantillæque professus Clamaretur Hymen. 16.

& eius mira comes] *Egregiè* misericordia. *Estq; hic quoque fons erroris & origo (quod non temere iam sapius inculco) curta scriptura*, m̄ia. *Quam qui non assequeretur, amicus noster, Franc. Modius* indubitata *legendum arbitrabatur. At non ego ei plausor & subscriptor.* pag. 154.4.

maximorumque fructuum, *&c.*] *In* VCR *lego* maximorumque fr. *Quis addubitet quin verum sit* maximorum quoque fr.? *nam* q; *in veteribus libris explanatè* quoque *est. Idem vitium est & in Gallienus Trebellij Pollionis.* Galli Postumum ad imperium vocarunt, exercitibusque consentientibus, qui occupatum Imperatorem libidinibus querebantur. *Repone audacter* exercitibus quoque consent. 19.

Quorum alter] *Crispus, è Mineruina Infrà*, Quanquam ad gloriam vestram fecunda malis suis natio ita raptim adoleuit, 26.

robusteque recreata est, vt fortissimo Cæsari primitias ingentis victoriæ daret. *Rursum*, Declarant ecce rationem cupiditatemque votorum facta Crispi, Cæsarum maximi, in quo velox virtus ætatis morâ non retardata pueriles annos gloriis triumphalibus occupauit.

23. alter iam Consulatum, *&c.*] *Constantinus, è Fausta. Infrà*, Te verò Constantine Cæsar, incrementum boni publici, quibus votis amplectitur Romana felicitas, quæ de te tantum expectat quantum nomine polliceris? *Lege reliqua.*

pag. 155. 21. Nisi quòd necesse est, *&c.*] *Infrà mox*, Nisi quòd rectè f. ctorum Contemplator acerrimus, *&c. Iterum*, Nisi quòd te ipsa vis tua cogit agnosci. *Rursum*, Nisi quòd indulgentissimus Princeps eò cariorem habet quô maiore labore seruauit. *Adde quæ suprà scripsimus ad pag. 7. 33.*

23. Existimare quidem de Principibus, *&c.*] *Nimirum (ait Bucolicis Moschus)* Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θνατοῖς ἔργα θεοῖσιν. Haud fas cernere facta Deûm mortalibus ægris. *Pacatus in Theodosium*, si fas piumque mortalibus existimare cælestia.

31. extrinsecus lateat] *Apertè falsum. quî enim possunt quæ extrinsecus posita latere? Scribe ergo* intrinsecus. *Mox* prohibetur, *ne id quidem verum. Corrigam* præbetur.

pag. 156. 16. vestibula ipsa declarant] *Pindarus*, ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές, Opere verò inchoando illustre ponendum frontispicium est.

27. rectè à sapientibus ponitur, *&c.*] *Plinius in Traianum*, Didicimus quidem cui virtus aliqua contingat omnes inesse, *& quæ sequuntur.*

pag. 157. 6. victorum lætitiam vulnerauit] *Infrà*, Illa armorum ostentatio, & operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulnerassent, inúctas mentes incitauerunt. *Mox vbi est*, tanta hostium & tam ampla cædes, *miseret me adolescentis qui Macrobium nuper edidit, & hic* seges, *non* cædes *rescribi iube, tamplamque hostium cædem cum incruenta victoria non conciliat. Acumen correctoris! Tu eum lege ad cap* xv. *lib.* v.

11. vt iam cœperit non virt. mag. quàm integr. *&c. Propertius meus*, Frangit & attollit vires in milite causa, Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

25. seruata diuinitas] *Præferam* seruatura. *sic enim infrà*, sæuissimo hosti multos instares, & libertate cædis exultans donum noctis duceres quòd pugnantem nemo seruaret. *Alterum illud, mihi quidem, glossema sapit.*

pag. 159. 5. appetitum tuum] *Iniecit mihi manum scripta lectio, ac de insigni aliqua menda suspicionem fecit. Et fallor? an germanum est,*

affectum

affectum tuum? *Idq; qui non assecuti librarij ignota & insolenti voci non vnum interpretamentum dederunt, & alij* appetitum, *alij* amicum (*quod vero propius*) *interpolarunt*. *Propius dixi. non enim sanè hoc* affectus *est quod* amicus, *sed* necessarius ac propinquus. *Capitolinus M. Antonino Philosopho*, Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassij, nec in eius affectus sæuiit, sed per Senatum hostis est iudicatus. *Volcatius Gallicanus Auidio Cassio*, Nec tamen Antoninus grauiter est iratus rebellione cognita, nec in eius liberos, aut affectus sæuiit. *Iterum*, Denique cùm quidam diceret reprehendendum Antoninum quòd tam mitis esset in hostem suum, eiusque liberos, & affectus, atque omnes quos conscios tyrannidis repperisset, *&c. Idem Capitolinus Maximinis*, Quare timentes milites, quorum affectus in Albano monte erant, medio fortè die, cùm à prœlio quiescetetur, & Maximinum & filium eius in tentorio positos occiderunt. *Rursum, Gordianis*, Affectus suos vnicè dilexit, filium & nepotem vltra morem, filium & nepotem religiosè. *Ipse Antoninus epistola quam Capitolinus refert Clodio Albino*, Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papirium, aut ad eius affectus perueniat, nosque videamur in locum viuentis Consulem surrogasse. *Iam* (*quod superest*) *qua necessitudo Constantino, Faustam Maximiani Herculij priuignam in matrimonio habenti, cum Maxentio Herculij eiusdem filio,* (*saltem vt vulgo creditum est*) *cui dubium?*

aut etiam ille] *Ad Plinium Natur. histor.* VII *cap.* XXI. pag. 160. 5. *Strabo Geographic.* VI, Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τὸ ἐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα. καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδερκεστάτων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. Est autem & à Lilybæo ad Carthaginem breuissimus in Africam traiectus stadiorum mille & quingentorum. Atque inibi fama est quendam acie insignem oculorum è specula quidam Lilybæis nauium numerum quæ Carthagine soluerent nunciasse. *Idem & Aeliano narratum Varia histor.* XX *cap.* XIII. *Plutarchus* περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωικούς, Καὶ τὶ λέγεται μὲν ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος διὰ πέτρας καὶ διὰ δρυὸς ὁρᾶν, ἑώρα δ' ἤ τις ἀπὸ σκοπῆς ἐν Σικελίᾳ καθεζόμενος τὰς Καρχηδονίων ἐκ τοῦ λιμένος ναῦς ἐκπλεούσας, ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀπεχούσας δρόμον. At enimuero Lynceus ille trans saxū transque quercum vidisse fertur, & è specula in Sicilia sedens quispiā Carthaginiensiū naues quæ è portu soluerent spectabat, diei noctisq; cursu distantes. *Quod deinde est*, vetustas locuta est, *ποιητικώτερον dictum Virgil.* quā fama locuta est Candida succinctā latrātibus inguina

monstris Dulichias vexasse rates. *Minucius Felix Octauio*, Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, nunc alternis vicibus ardescere.

18. diuini vultus litura deformis] *Luto obliti, credo. Lampridius Elagabalo*, misit qui in castris statuarum eius (*Sermo est de Alexandro Seuero, qui proxime imperauit*) titulos luto tegerent, vt fieri solet de tyrannis. *Ceterum quod attinet ad historiam, imaginem Constantini Romæ ostensam de more narrat Zosimus* II, *sed huius à Maxentiana iniuria non meminit.*

19. In quo lumen mundi obscurabaris] *Purus putus Græcismus*, ἐν ᾧ ἠμαυροῦτο, dum obscuratis *Exempla obuia.*

33. recondita alte, *&c.*] *Sequor* recondite, *&* alte *vt glossam deleo.*

pag 161.14. pro meritis inires] *Emendem* inires, *hoc est, consequerere.*

21. auxil. tui asp. aud. q. patientes] *Pacatus in Theodosium*, nec videri modo patiens, sed facilis audiri, *&c. Horatius*, Siue mutata iuuenem figura Ales in terris imitaris almæ Filius Maiæ, patiens vocari Cæsaris vltor.

34. terrarum triumphis altiori tibi cesserat] Altiori, *id est, maiori, scilicet se. Incertus in Constantinum*, lectissima & pulcherrima Diui patris tui facta superasti, ipsum inquam Diuum Constantium iam primis imperij tui lustris rerum gestarum laude cumulasti.

pag 162.11. restricte compreque] *Places* restr. contenteque. *Pacatus in Theodosium*, cùm videret Imperatorem, rerum parentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viuentem. *Plautus Asinaria*, mater illum arcte contenteq; habet. *Alioqui* con pte *in vetere scriptura est* composite.

Romano quodam bello] *Aduersum Latinos. Dionysium Halicarnassaum lege Antiquitatum* VI.

34. Sat argumento dupl. *&c.*] *Praclare* Stat. *Ac memini equidem (quod nunc commodum mihi venit in mentem) obseruare etiam tum puer in Propertio eleg.* XVI *lib.* III *emendandum videri*, Occidit, & misero sat erat vicesimus annus, *nō (vt circumfertur)* steterat, *vicissimq; eiusdem operis tertia vbi vulgatur*, Stāt mihi cum domina prœlia dura mea, *de sententia legendum*, Sat mihi, *&c. hoc enim ait, satis sibi esse cum domina bellum, vt quærendus non sit externus hostis præsertim qui fortunæ splendorem & opes non ambiat. Tu iudica mi Lector.*

pag 163.20 Ascarico & Comite suo] *Eumenius in Constantinum*, Hæc est tua Constantine de Ascarici Regaisique supplicio quotidiana atque æterna victoria, *& quæ sequuntur. Mox* eam inaud. *bene scribitur, scilicet laudem, quod præcessit.* Famam inaud.

vir

vir doctus temere, nec necessariò emendauit.

quorum vis cùm ad bell. eff. ruesc. *&c.*] *Gallieni imperium notat, tum Francorum gentes spoliata Gallia Hispaniam possederunt, vastato, ac pane direpto Tarraconensium oppido, nactisq; in tempore nauigiis pars in vsque Africam permeauit. Verba sunt Sex. Victoris.* 18.

quid Clamasos?] Clamosos *est in* V, *in* B Clamauos, *neutrum correcte. Sequor* L, *in quo* Chamauos. *Proxime* Erulcos *lego in* VCR, *in* B Heruscos. *Arbitror verum quod in* L, Cheruscos. *Pro* Vangionas *in* L *scriptum* Chabionas, *errore, vt puto. sunt enim Franci, non Germani, quorum hic mentio. Vide ad pag. 34. 18.* Lancianus *est in* L. *Iuuem ego, &* Logionas *rescribam, gentem Germanicam Zosimo lib* I. pag. 164. 20

nihil magis timuisti quam ne timereris] *Pacatus in Theodosium*, Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, cùm se vltrò videret lacessi, qui nihil magis timuerat quam timeri. *Claudianus De laudibus Stiliconis* I, Res mira relatu, Ne timeare times, & quem vindicta manebat Desperare vetas. 16.

dies integer conderetur] *Plinius in Traianum*, cùm tibi dies omnis summa cum vtilitate nostra, summa cum tua laude condatur. *Epistola* XXXVI. *lib.* IX. Ita variis sermonibus vespera extenditur, & quanquam longissimus dies cito conditur. pag. 165. 1.

Illyrij quondam, *&c*] *In* V *asscriptum margini*, lege Iustinum, *verè. est enim hac historia apud eum lib.* VII. *Meminit & Ammian. Marcellinus* XXVI. 23.

Optima aiunt esse remedia, *&c.*] *Notus Horatianus versiculus*, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. pag. 166. 16

quam formidolosa] *Pro* formidabilis. *Vsus & Sallustius*, Regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque iis aliena virtus formidolosa est. *Cicero Tusculana* IIII, Conseruatio stabilis iudicij in iis rebus quæ formidolosæ videntur. 27.

Clibanariis in exercitu nomen est] *Ita Persis dicti qui Græcis κατάφρακτοι. Alexander Seuerus oratione ad Senatum, quam Ælius Lampridius recitat*, Cataphractarios, quos illi (*Sermo est de Persis*) Clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus. *Ammian Marcellinus*, sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios Persæ dictitant, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, *&c.* 28.

quòd ex se rerum captum suum temperat] *Locus perdifficilis, ac plane depositus, sine libris. In queis nulla hic mihi varietas reperta. Eruebam tamen*, quòd ex rerum se captu in vsum temperat. Captu, *hoc est, conditione & modo, vt Adelphis Terentij Donatus exposuit hoc versu*, Hic Geta Præterea, vt captu' est 35.

seruolorum, non malus, Neque iners, alit illas. ***Addit Afranium Simulante***, Is, vt seruorum est captus, facillimè Domo atque nostra familia prouenditur. In vsum, ***id est, in rem gerendam, ac quod in manibus sit patrandum.***

pag. 167. 16 Deducta acie] ***Benè diducta. nam cōtra sequitur***, reductis agminibus. ***Infrà iterum***, nam quæ diducta ferre nequeas, his congregatis subire spei importunioris est quàm fiduciæ promptioris.

35. totus in metum venit, *&c.*] ***Non recordor id in historicis legere. Itaque fides sit penes auctorem.***

pag. 178. 7. magnus quidam & acer, *&c.*] ***Multa hic corrupta. Lego indubitato***, magnus quidem & acer equitatus, sed fuga quàm vi sua turior, *& primo, &c.* ***Non me ostento, mi Lector, sed tamen (fatendum est) egregia emendatio.***

19. Per tota admodum mœnia] ***Saluianus***, Omnes ad modum homines qui pertinere ad humani officij culturam existimarant, vt aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent, id Spiritali cura elaborarunt, *&c.* ***Rursum***, Aiunt igitur à Deo omnia prætermitti, quia nec coërceat malos, nec tueatur bonos, & ideo in hoc sæculo deteriorem admodum statum esse meliorum. ***Vtitur & aliàs toto opere frequenter.***

31. cùm se Veronam proripuisset] ***At intra Veronam obsidebatur, & iam processit***, Aderat quidem Ruticius, *&c.* ***Rescribe ergo*** Veronâ. ***Superiore panegyrico***, vt ipse etiam Dux cum parte copiarum ad accersenda auxilia muris excesserit. ***Mox*** considerati, ***(sic enim legendum) id est, circumspecti, scilicet hominis, aut Ducis.***

pag. 169. 3. spiris tenebrisque, *&c.*] ***Ineptè*** spiculis. ***Tu*** spiris ***accipe vt in Enniano fragmento apud Festum***, spiras legionibus nexunt.

9. Mortis decus perdunt, *&c.*] ***Æneas apud Virgilium interfecto Lauso, Aeneid.*** x, Hôc tamen infelix miseram solabere mortem, Aeneæ magni dextra cadis. ***Camilla quoque occiso Tyrrheno, eiusdem operis*** xi, nomen tamen haud leue patrum Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.

pag. 170. 22 Quòd ita ratio, *&c.*] ***Bellè*** ipsa. ***Sed & legam***, Quid quòd ipsa rat. *&c.* non haberet? ***Paulo antè*** infestior Deus ***sic dixit vt*** hostis Deus. ***Propertius***, Quis Deus in vestra constitit hostis aqua? ***iii, eleg.*** xvi.

pag. 171. 2. visus agi possit] ***Pacatus in Theodosium***, vniuersa latè quà visus agi poterat occuparant.

9. persequi velle] ***Et hic locus non leuiter affectus, sed præsens mihi & sub manu medicina. verum est enim***, persequi velle est quem ten. lec. cæl. exerc. dicere. ***Scilicet è veteribus libris*** em ***& est valet. Vide suprà ad pag. 24. 6.***

24. sonat ictibus vmbo securus] ***Perspicuè sana Lectio, & securus***

rus vmbo *qui imperuius telis*, *vt antè dixit*, telorum irriti iactus. *Itaque aliud egit vir doctus cùm* ictibus umbo, securibus cassis, quas cum trabalis, *&c. reposuit, meo animo, parum cum volentibus Musis. Adeo plerumque lubrica & incerta coniectura etiam qua blandiri & addicere videntur. Mox ferus* ... *equus est Virgilius Æneid* XI, hastam In latus, inque feri curuam compagibus aluum Contorsit. *Arnobius* IIII, Numquid senex Saturnus, iamdudum obsitus canis, nostris carminibus indicatur ab vxore in adulterio comprehensus induisse formam feri, & sub pecoris specie hinnitibus euolauisse iactatis?

fuga turpis prodidit] *De eodem Virgilio est Aeneid.* X, Lucage, nulla tuos cursus fuga segnis equorum Prodidit. pag. 172. 3.

sed educti è carcere Consulares] *Prudentius Aduersus Symmachum* I, *ad Romam*, Cùm te pestifera premeret Maxentius aula, Lugebas longo damnatos carcere centum (Vt scis ipsa) Patres, *& quæ sequuntur*. 22.

Quonam modo te potens Africa, *&c.*] *Suspicor excidisse voti*, *vt sit*, te voti potens Afr. *Ouidius Fastor.* III, Sæpe potens voti, frontem redimita coronis Femina lucentes portat ab Vrbe faces. *Loquitur (vt hoc obiter dicam) de Diana Nemorensi, cui hac lumina ferebant. Propertius*. Sed tibi me credere turba vetat, Cum videt accensis deuotam currere tedis In nemus, & Triuiæ lumina ferre Deæ. *Non longe infrà*, turbide aliquid egerunt, *opinor verius* turbidi. *nam* egerunt *præsens est*, *vt Grammatici vocant*, *ab* egero. *non præteritum ab* ago. pag. 173. 31

pro se quæque officiis suis functæ] *Virgilius Æneid.* V, Tum validis flexos incuruant viribus arcus Pro se quisque viri. *Rursúmque* XII, Pro se quisque viri summa nituntur opum vi. pag 174 13

Sanauit dico?] *Affirmatè legam, non interroganter*, *& mox* non & arcess. *&c. negationem deleam, quæ perspicuè sententiam turbat, si penitius attendas.* 22.

amplius postules] *Scilicet ab eo qui te affecerit beneficio. id est, ab Imperatore. Statim,* sui non pœniteat, *hoc est, beneficij ab se præstiti. Sequitur*, qui solutario modo id egit, *&c. Vbi hoc primum, scriptam lectionem non reperio quî extricem. Planum quod in* L, qui non modo id egit, *&c. sed à litteris abit plusculum. Succedam ego, & tanquam tertio pedato* qui non solummodo id egit, *&c. reponendum arbitrer.* Amiseras *quoque*, doleres, gauderes, *audacter corrigam. Non longè infra* publicitus *sequor. Ausonius Gratiarum actio-* 25.

ne ad Gratianum. Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti. *Vsi & veteres aliquos apud Nonium in* publicitus. *Quem adi.*

pag. 175. 26 ex omnibus prouinciis optimates, *&c.*] *Pulchre Rutilius Numatianus Itinerario priore,* Religiosa patet peregrinæ Curia laudi, Nec putat externos quos decet esse suos. *At Constantinum apertè Iulianus incusabat, quòd Barbaros omnium primus adusque fasces auxerat & trabeas Consulares. Verba sunt Ammiani Marcellini è XXI. Tu mi Lector vide reliqua.*

pag. 176. 8. Idcirco ipse maximæ, *&c.*] *Bene* ipsi, *&* Maximo. *Sed & primori voce peccatum, qua aquo longior. Curto, & emendo,* Circo. *Aurel. us Victor,* A Flauio etiam pòst Circus Maximus excultus mirifice, atque ad lauandum institutum opus ceteris haud multo dispar.

17. vota nostra] *Scilicet pro eorum successione in imperio.* Proferuntur *verò est* differuntur. *Cùm addit*, Nec Lacedæmoniis, *&c. ominatur longum & perpetuam quendam ordinem Imperatorum è stirpe Constantini Magni. In quo frustrà fuit. nam Constantio, Constantini F., ceteris extinctis fratribus, Iulianus patruelis successit.*

20. Tuos Constantine, *&c.*] Tui *&* liberi *Grammatica leges postulant. Sed perpetuus Gracismus est, qualis in hoc Lucians,* ἔστιν δ' εἰ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπὸν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακὸν, εἰ μὴ στερεότερον τοῦ βέλους. *Et passim in optimis scriptoribus, vt exempla congerere non sit necesse. Imitatus & Capitolinus Pertinace*, cumque petiit per litteras vt ad Britannias proficisceretur.

24. Cæsarum maximi] *Ineptè* Cæsaris. *præcessit enim*, ex Cæsaribus nobilissimis, *Crispo scilicet & Constantino.* Maximi *ergo expone* natu maximi.

pag. 178. 3. in sinu tuo] *Emendem* suo, *id est, suis ipsius sedibus & solo atque intimo recessu. Cetera de ingenio sic rescripseram*, fusa Barbaria, Persæ ipsi, potens nat. *&c.* in terr. fecunda, amicitiam, *& quæ sequuntur. Quo nihil verius, & ecce liquido* B *confirmat, in quo idem pòst repperi.*

8. An non vbertate] *Egregiè* Annonæ vb. *sed ne sic quidem omnia purgata. Inuenem ego, & distinguam*, prospera annonæ vbert., fruct. copia. Exornatæ, *&c. Nec dubito quin verè.*

IN VIII.

Eumenio inscripsi cùm aliis de causis, tùm quòd prima statim oratione priuati sui studij litterarum meminit, quod Augustoduni

Roduni obiisse Constantij Caesaris iussu ipse testatur Pro restaur. scholis. Aguntur & gratia de septem millibus capitum in censu, & reliquis quinque annorum debitis remissis. Monendus es autem mihi Lector actionem hanc totam à Bartholomao quodam Chassenaa recitari proœmio Commentariorum in consuetudines Ducatus Burgundia è vetere M S, *vt apparet, Philippi* Bruneti, *Æduorum Suffraganei. Qui cetera fere codicibus nostris deterior, vna & altera tamen complexione est auctior, vt in re prasente ostendemus. Docuit id adeo me nuper admodum P. Andreas Schottus, (ne quem sua laude defraudem) vetere mihi amicitia, qua olim Louanij è morum atque studiorum similitudine contracta, coniunctissimus, homo & diligentia summa, & incredibili lectione.*

tandem æterno nomine nuncupata] *Qua olim Augustodunum, à Diuo Constantio transnominata, qui per Claudiam matrem, Crispi filiam, (Is Diuo Claudio Imperatori frater) in gente Flauia.* pag. 179. 6.

similem facere] *Scilicet prasentia tua, & immoratione. Videtur & Constantinus, bellis, aut negotiis ita poscentibus, Flauia Treueros digressus, clarum alioqui domicilium Principum, vt Ammianus appellat* x v. *Proxime referibam*, Sed quoniam id non potest (Et gessit animo) quod Natura non patitur, *&c.* 14.

Palatij tui] *Flauiensis, vt existimo. Infrà*, Exornauimus vias quibus in Palatium peruenitur paupere quidem supellectile, *& qua sequuntur.* 22.

omnes homines coram non indig. iuuare] Coram *in omnibus nostris quà scriptum, quà vulgatum, sed eruebam è compendiis litterarum* gratia. *nam* grã *in vetere scriptura* gratia *valet. Idq; ad* iuuare adiungam, *non ad* indigentes. *Mox* grauiter affectis *haud immutem, (ita enim Seneca de beneficiis* IIII *cap.* XXXVII, affectum semanimemque recreauit, *& Velleius Paterculus* II, hinc remiges firmissimi, illinc inopia affectissimi) *Infrà, tamen est* afflictis. Dixi quam bene meritis Aeduis subueneris Imp^tor^, sequitur vt dicam quam grauiter afflictis. pag. 180 16

tuam maiore voto. *&c.*] *Placet deleri* tuam. *Altera quidem illa in* R *lectio manca & curta est*, tam maiore voto quam ingenio impari, *aut quid simile, vt Virgilius dixit*, Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ, *& delicia mea Propertius*, Tam maiora senis Tithoni gaudia viui, Quam grauis amisso Memnone luctus erat. *Vulgò editur* Cum maiora, *neque rectius* Cui maiora *est in Vaticano & Posthij* M S *qua tractauimus.* 22.

Y 5 fratres

26. fratres P. R.] *Pro restaur. scholis* ciuitatem istam, olim & fraterno populi R. nomine gloriatam, *&c.*

30. Diuum Claudium, parentem tuum] *Per Crispum fratrem, Lege Trebellium Pollionem Diuo Claudio. Auctor in Constantinum A.*, ab illo enim Diuo Claudio manat in te auita cognatio qui Romani imperij solutam & perditam disciplinam primus reformauit.

pag 131. 4. in Sicilia Mamertini] *Messanenses intelligit. Strabo Geographic.* VI, τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλοῦσι δέ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς ἢ Μεσσηνίους, εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. Adeo autem Mamertini Messanensium potiti, vt & sub potestate sua vrbem haberent, & cuncti Mamertinos eos potius quàm Messanenses appellent. Cumque regio vini admodum sit ferax, non Messanense, sed Mamertinum vocatur, certans cum optimæ notæ Italicis. *Tu adi Lector & Festum in* Mamertini. *Quod proximum est, addit Strabo, Mamertinos gentem esse Campanam, & ab eadem mente scriptum Silio Punic.* XIIII, Incumbens Messana freto, minimumque reuulsa Dicteta Italia, atque Osco memorabilis ortu. *nam Osci in Campanis. Atque hæc hactenus clara, illud obscurum qua origo illa fabulosa quam Romanis imputarint. Si Eumenium capio, hoc senserit, gessisse se Mamertinos, itidem vt Ilienses, pro Romani generis auctoribus. Ac de Iliensibus res nota passim è poëtis, quos nihil attinet proferre, & Suetonius Claudio cap.* XXV, Iliensibus, (*ait*) quasi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit, recitata vetere epistola Græca S. P. Q. R., Seleuco regi amicitiam & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. *Meminit & Strabo copiosè lib.* XIII, *quæ non exscribo, ne frustra sim prolixus. De Mamertinis, quod huc proximè facit, Polybius Histor.* I. οἱ δὲ Μαμερτῖνοι πρότερον μὲν ἐστερημένοι τῆς ἐπικουρίας τῆς ἐκ τοῦ Ῥηγίου, τότε δὲ τοῖς πράγμασιν ἐπταικότες ὁλοσχερῶς, οἱ μὲν ἐπὶ Καρχηδονίους κατέφευγον, καὶ τούτοις ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν ἄκραν, οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον, παραδιδόντες τὴν πόλιν, καὶ δεόμενοι βοηθῆσαι σφίσιν, ὁμοφύλοις ὑπάρχουσιν. At Mamertini, qui & nuper ab Rheginorum auxiliis deserti essent, & tunc summæ suarum rerum ingenti clade lapsarent, partim ad Carthaginienses confugere, seseque & arcem iis dedere, partim legatos Romam mittere, vrbem cedere, & obtestari venirent sibi suppetias, quos genere & cognatione

tione contingerent. *Opinor, per Capyn, Troianum, qui è ducibus Aeneæ in Italia. Virgilius* X, Affuit & Mnestheus, pulsi quem pristina Turni Aggere murorum sublimem gloria tollit, Et Capys. Hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. *Decius verò Magius apud Silium* XI *originem vrbis à Capye repetit qui Assaraco prognatus. Verba hæc sunt,* Ille Dardanius cui sacra pater, cui nomina liquit A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo, Ille ego semihomines inter Nasamonas, & inter Sæuum atque æquantem ritum Garamanta ferarum Marmarico ponam tentoria mixtus alumno? *Verisimile est autem non Capuates solos, sed omnino omnes Cāpanos Capye se parente ostentasse. Merito ergo Mamertini per Capyn se in Romanorum maioribus numerant, Iliensibus pares, sed fabulosa origine, inquit auctor, verè. nam & de Iliensibus Lucanus* III, Iliacæ quoque signa manus perituraque castra (*Intelligit Pompeij*) Ominibus petiere suis, nec fabula Troiæ Continuit, Phrygiique ferens se Cæsar Iuli.

præter cetera necess. vocab.] *Hoc est, præ ceteris, ne quis erret. Iustinus historia è Trogo Pompeio lib.* XXIII, vxorem suam Texenam, cum omni pecunia, & familia, regalique instrumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, Aegyptum remittit. *Infrà mox* princeps Aeduus *Cæsari Diuitiacus est.* pag. 181. 8.

ad recuperandas Gallias] *Retineo, non* occupandas. *Suprà*, nuper Diuum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias soli vocauerunt. *In Constantium Cæsarem*, Statim itaque Gallias tuas veniendo fecisti. pag. 182. 2.

rebellibus Gallicanis] *Vide quæ suprà dixi ad pag.* 113. 5. *Statim post* non possent. *auctius Chassenæus*, Cumque omni tempore de populo R. bene meriti fuerint, tamen liberos in seruitutem abduci, & agros suos vastari viderunt. 6.

Quòd si vobis, *&c.*] Vobis, *id est, Flauiæ genti, quæ ab Diuo Claudio, vt sæpe iam moneo.* 7.

subuenire potuisset] *Ipse Gotthorum bello distentus. Auctor in Constantinum, A.*; ab illo enim Diuo Claudio manat in te auita cognatio qui Romani imperij solutam & perditam disciplinam primus reformauit, immanesque Gothorum copias Ponti faucibus, & Istri ore proruptas terra marique deleuit. *Adi Trebellium Pollionem Diuo Claudio.* 9.

Sine clade Catalaunica] *Intelligit (opinor) Aureliani aduersus Tetricum in Catalaunis victoriam, ipso exercitum suum prodente Duce. Vopiscus Aureliano, Eutropius* IX, *Aurelius Victor.* 10.

pecuniis ad calendaria largiendis] *Hoc voluerit, (credo) de disse Constantium pro liberalitate sua grandem reip.* 15.

Flauien-

Flauiensium pecuniam, quam illi fenori collocarint. Solitos autem calendis ponere qua, vt tardissime, idibus cogerent ac redigerent, Horatianus Alfius declarat, qui, Iam iam futurus rusticus, Omnem redegit idibus pecuniam, Quærit calendis ponere. *Habebantq́ non priuati solum, sed ciuitates quoque calendaria sua, ex quibus qui fenori dabant* calendarij, & calendarij curatores, *qui redigerent* iduarij *dicebantur. Quod me Petrus Pithœus docuit Aduersar. subsec.* II *cap.* IIII.

16. sed & methycis, &c.] *Assentior Rhenano* metoecis *reponenti, hoc est,* μετοίκοις, *nouis colonis. Tu Suidam consule in* μετοίκιον & μέτοικοι.

18. *nisi quos pro tuis gratuleris*] Quo, *non* quos, *emendem, & sequens verbum transferam, vt sit*, nisi pro quo tuis gratuleris, *vt Ciceroni dictum epist. ad C. Cassium pro Quæstore* XIIII *Familiar. lib.* I, ubique cùm pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro oportunitate temporis gratulor, &c. *Sed viro docto, mihiq́ amicissimo olim correctum*, nisi quod pro tuis pertuleris. *Tu cense mi Lector. In Chassenæo est*, nisi quod tuis gratul. *quod emendationem nostram confirmat. Non longe pòst* sine experum miseriæ *arbitror verum, non* misericordiæ, *errore abexscriptoribus profecto. nam* miæ *vetere scriptura &* miseriæ *valet &* misericordiæ.

35. non tam innixa Romanis, &c.] *Inepta lectio. Eruebam ex* v iuribus Rom., *id est, pensitatione & vectigalibus. Pro restaur. scholis*, Salarium me liberalissimi Principes ex huius reip. iuribus in sexcenis millibus nummûm accipere iusserunt. *Ipse Constantius ad Eumenium*, Denique etiam salarium te in sexcenis millibus nummûm ex reip. iuribus consequi volumus. *Franc. Modius è* B mœniū ruinis *ingeniosius (meo animo) quam verius legebat. Quod additur*, noui census, *exponet Aurelius Victor, qui imperio inter Valeriū & Herculium A A., ac Galerium & Constantium Cæsares tributo, quo exercitus atque Imperator ali possent, legem nouam pensionibus inductam refert. Qua, sanè illorum temporum modestia tolerabilis, in perniciem processerit.*

pag. 183. 14 Quanquam merito, &c.] *Correctio quadam & excusatio est eius quod antè dixerat*, nequam hominum segnitia. *Nota hac Martialis*, In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci, Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

21. cuius in vno loco, &c.] *Corrigam* imo. *Infrà mox*, cùm suprà saxa perpetua sint, infra humilitas pruinosa.

pag. 184. 13. via sit confragosa] *Eruebam è scripta lectione* via situ confrag., *quod vix dubito quin planissimè probum. Non longe pòst desunt*

in

in omnibus nostris quæ è Chassenæo subscribam. Sic igitur est in eo, cet. plurimarum Horum locorum, Imp^tor^, ingenium est huiusmodi, vt te eorum aspectum non horruisse loco sit summi beneficij, recreasse verò, planè non hominis, sed diuinum opus omnes fatebuntur. nos propriè beneuolentia colemus sempiterna. Quo magis, *&c. Egregium fragmentum, & quo vno omnia eius exemplaris vitia bene compensata.*

DI boni.] DI mini *è* B *notatur, si bene exscriptum. Voluerit (opinor) librarius* inmortales, *litteris modò inuersis. nam antiquaria scriptura* inmortales, *vt norunt qui veteres codices inspexerunt.* 25.

ad propagandos alior. Princ. *&c.*] Ad *abest* B, *in* C *editum* ad propag. ad aliorum, *&c. Mihi venerat in mentem suspicari annos excidisse de Tertulliano, cuius ex Apologetico verba apponam, vt in* M S *quodam offendi, & (meo animo) rescribi debent.* Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam Natura obduxisset, cuius non præcordia insculpta apparerent noui ac noui Cæsaris scenam congiaris diuidundo præsidentis etiam illa hora qua acclamant, *De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos? Sed in id votum de more, & solenniter iuratum, id vero (vt ingenue dicam) legere hauddum memini. Coniecturam quidem nostram pòst repperi & in Rhenano.* Pag. 185. 1.

cui tam longa ætas prop. debeatur] *Mamertinus in Maximianum*, Sed qui velit omnia ista complecti sæcula sibi optare debet, & quantam tu mereris ætatem. 4.

quod opus desideraremus] Quid *exerte est in* V, *vere, sed &* opus *emenda ex* L. *Infrà mox*, quid remedij posceremus. 20.

verecundiæ nostræ remisisti] *Ineptè* V renuisti. *Mamertinus Gratiarum actione pro Consulatu*, Parui autem Imp^tor^ putas esse beneficij, quòd rogandi mihi periculum remisisti? *Auctor in Constantinum, A.*, cum Natura in ceteris sumptum operis remisisset. *Plinius panegyrico*, Prouinciis quoque in posterum & iniuriarum metum, & accusandi necessitatem remisisti. *Lucanus* IX, *ad Cæsarem*, Quam magnà remisit Crimina Romano tristis Fortuna pudori, Quòd te non passa est misereri perfide Magni Viuentis. 30.

iacentes ad pedes tuos] *Suprà*, cùm in illo aditu Palatij tui stratum ante pedes tuos amplissimum ordinem indulgentiæ tuæ voce diuina, porrectaque hac inuicta dextera subleuasti. *Mox pudendo errore* minimam *pro* misericordiam *vulgatum è curta quam* C *exhibet scriptura. Quod idem mendum incidit & Nazarij laudatione in Constantinum pag.* 156. 27. *Corruptum in eadem &* mira *pro* misericordia *pag.* 154. 4. 33.

vt sibi-

pag. 186. 14 vt vbique possint] *Egregiè prosint. Estq́, hic quoque (vt hoc obiter addam) à compendiis peccatum. nam* p̃sint *in vetere scriptura est* prosint. *Idem mendum obseruo & in Seneca De beneficiis* VI *cap.* XXII. *Verba apponam, quæ fœdè accepta.* Sit tanti vt tu coarguari:. Ista tibi concedere possunt etiam inuito, euntque ista tua causa, etiamsi maior illis alia ac prior causa est. *In Leodiensi vetustissimo* MS, *quem accuratè Car. Langius tractauit, propius vero est,* Est tanti vt tu coarguaris ista concedere. Possunt tibi etiam inuito, *&c. Iuuem, & emendem,* ista conced.? Prosunt, *&c. Clarius etiam dixisset,* Illa verò prosint t., et. inu., euntque tua causa, *&c.*

15 in terras cælo missa perueniunt] *in Constantinum A.,* Illa inquam illa maiestas quæ Iouis subiecta nutu, nec Iridi Deûm nunciæ, sed pennis commissa Victoriæ, tam facilè te comitata est quàm citò ad terras cælo missa perueniunt. *Statius Thebaid.* XII, Non ocius alti In terras cadit ira Iouis siquando niualem Othryn, & Arctoæ gelidum caput instituit Ossæ.

31. definisti numerum] *Scilicet censiterum. Sed &* quæsiuisti *arbitror verum. Patet ex eo quod sequitur,* interrogasti.

pag. 187. 1. Separate igitur vtique dicam] Vtroque, *non* vtique, *est in* V, *curte, integrè in* C de vtroque. *Sed nec malè* vtraque dicam, *quod è* B *notatur. Mox per* satyram *sequor* saturam. *Tu mi Lector Festum consule in* Satura.

4. quartam amplius partem] *Liberalius* B, quintam, *mendosè. censa enim* XXV *millia capitum. Infrà mox,* Remissione ista septem millium capitum viginti quinque millibus dedisti vires, *&c. Iam duc-sis in digitos mihi quater sex, fiunt* XXIIII. *Quod excurrit, id est scilicet quod hic ait,* amplius.

7. an satis gratos] *Nouè meis auribus pro* impendio & eximiè. *Quo significatu in Arnobio, Ammiano Marcellino, historia Augustæ scriptoribus, Sulpicio Seuero, ac (ni fallor) Macrobio legas. Græcu quoque ἱκανῶς est λίαν. Αἰτ χθὸν καὶ ἱκανῶς ἀλόγως nescio quis, alij passim.*

16. Quater tantum] *Rotundè hoc, non ex vero. siquidem quater septem* XXVIII *conficiunt. At censa dumtaxat* XXV *millia capitum, vt iam iam dixi.*

eadem. ter firmum] *Bellissimè tibi, sed insolens mendum καὶ δυσνόητον. Mihi id à litterarum compendiis, quæ non temere iam toties incuso, arcessere libido, in quis* t' *repperi scriptum, vt* t' *explicatè* ter *est. Incidit verò & pag.* 87. 19. *iterumq́,* 197. 17. *Apud Ciceronem contrà in* L. *Pisonem,* Atque vt tuum lætissimum diem cum tristissimo meo conferam, vtrum eandem

à MS bono viro & sapienti optabilius putas, sic exire * à patria vt

omnes

omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum * precentur, (quod mihi accidit) an (quod tibi * proficiscenti euenit) vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent? *hic inquam, vir & diligens & optima fide, Car. Langius in* M S *quodam priuato legi annotarat,* vnam tei illam viam, *&c. perspicuo mendo, (quis neget?) sed ab eodem, vt existimo fonte.* f precarentur in prouincia M S

sub pristina sarcina.] *Id est, ordinaria pensitatione, de qua imminutum erat nihil, tantum reliqua annorum aliquot remissa.* Vacillemus *sic dixit vt suprà*, quibus in ære alieno vacillantibus, *&c. Quod sequitur*, quia nemo præfertur, *manifestè nihili est, & corruptum. Equidem* perfertur *rectè emendari nihil dubito vt paulo antè*, desperatio perferendi debiti, *&c. difficilius quod adhæret*, nemo. *Pro quo reposueram ante veteres codices inspectos* animosè, *hoc est, certa spe & fiducia, scilicet soluendi, commodè ad sensum, nec remotè à litteris, sed turbat scriptura vetus, quam non expedio. Tu cogitasti amice Lector.* 18.

æquauit ætatem] *Hoc est, spatium & tempus, id est, quinquennium Infrà mox*, Quinquennalia tua nobis, etiam perfecta celebranda sunt. *Paulo pòst* quibus singulis, *arbitror rectum* singularis. pag. 188. 19

Catonis oratio de lustri sui felicitate] *Lustrum condidit* A. V. C. D L I X., *P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino Coss. Orationis quidem in veteribus Grāmaticis qui expressè meminerit nondum repperi. Antonius Riccobonus de Prisciani sexto è* Censura de vestitu & vehiculis *hæc adducit*, nam periniurium est, cùm mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, vbi datus est, * tamen vti eos mutem, atque alij modi sim, *sed ea an hæc nostra sit non habeo affirmare. Nota etiam* De suis virtutibus contra Thermum *in Festo pluries, sed quæ ne ipsa quidem liquidò huc pertineat.* 26. f. tum vti

Quidquid illi parcius dederat.] *Id est, vtcunque, quamlibet. Auctor Aetnæ*, Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen. *Hoc vult, opinor, vtcunque Aetnæi incendij causa antiquorum carminibus fabulosè explicata & prodita est. A gellius* XII *cap.* 1, Quidquid ita educati liberi amare patrem atq; matrem videntur, magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis. *Rutilius Itinerario altero, de Stilicone*, Dumque timet, quidquid se fecerat ipse timendum, Immisit Latiæ Barbara tela neci. pag. 189. 3.

resumunt an. operi.] *Aliter hæc in* V *quà scripta, quà distincta*, resum. animos, operi præparantur, culturam melior *&c. parum ad stomachum meum. quis enim sic loquatur*, culturam anni? 27.

anniti? *Mox clarius mihi quidem videatur,* Præsertim vero cum tu, *&c. immisso* vero.

21. & quasi illa maiest. *&c.*] Ille *arbitror verum, sed & verba quoque transponam,* & ille quasi maiest. *&c etsi quem velis non expedio. Fortean Faustum, è Mineruina filium?*

26. non antiquum] *Augustodunum, vt iam diximus, non Bibracte, quod oppidum & ipsum est in Aeduis. Quæ deinceps sequuntur mihi quidem incerta & obscura. quis est enim hic Iulius Pollius Florentius? aut quis transnominatum ab eo Bibracte in omni memoria prodidit? Deinde quã hac tam insulsa hominis noui cum gente Flauia commissio, quæ ab Diuo Claudio A. est ad Constantinum propagata? Inepta quoque illa,* sed Flauia est ciuitas Æduorum. *Quasi verò non & Bibracte in Aeduis! Itaque (vt semel dicam) omne hoc quo de loquimur, vt nullo iure huc intrusum, abesse iubeo & relego, de eoq; equidem te frequens Lector in suffragium mitto.*

IN IX.

E*T hic Eumenij est. Clarum ex eo quòd qualemcunque suam vocem* otij, *id est, professionis litterarum, &* Palatij officiis exercitam ait, *multorumq;* sectatorum, *hoc est, discipulorum, suorum meminit qui prouincias administrarent, qui tutelam fori, qui officia Palatij curarent. Commèmorat & patriam suam, cuius antiqua nobilitas, & fraterno quondam populi R. nomine gloriosa & illustris. Quæ non alia mihi quam Augustodunum, seu Flauia, in Aeduis, qui fratres populi R., vt antè vidimus. Prima statim oratione peccatum in his à librario,*

pag. 190. 7. mediocr. meæ diem dicto in ista ciuit. *&c. è quibus sensum non eruo. Sed prætulit mihi lucem quod in* V *repperi,* mediocr. meæ diem ædium in ista ciuit. *&c. Insunt nimirum in illo* ædium *aperta indicia & extremæ vocis* meæ, *quæ præcessit, &* *proximo* diem. *Itaque & hoc, &* dicto *de coniectura expunxeram, quod abesse &* B *exertè pòst inueni. Ciuitas verò quam significat, (vt hoc obiter addam) meo animo, Treuèrorum est, cuius tum natalis forte dies celebrabatur. Infrà hoc ipso panegyrico.*

13. orationem meam respuere] Respui *est in omnibus, in* B *hoc amplius,* orat. meam quam respui, *proculdubio curte, sed quem hiatum sine libris non expleam. Franc Modius addebat* desiderari *aut* breuem videri. *Sed ne sic quidem perspicua mihi sententia.*

14. omnes vos inuictiss. Principes] *Infrà,* quanquam tu ad Seniores Princi-

Principes de summa republ. quid fieri placeret retulisses, *&c.* *Intelligit Galerium Maximianum A., Seuerum ac Maximinum, qui Galerio A. nepos ex sorore, Cæsares.*

qui Rom.imp.sol.& perd.discipl.*&c*] *Gallieno à gubernaculis* pag. 191.4.
submoto. Trebellius Claudio, neque enim fas erat eum tacere
Principem qui tantam generis prolem *, qui bellum Gotthi- Deest quip-
cum sua virtute coufecit, qui manum publicis cladibus victor piam.
imposuit, qui Gallienum, prodigiosum Imperatorem, etiamsi non auctor consilij fuit, tamen ipse imperaturus bono generis humani, à gubernaculis publicis depulit. *Auctor gratiarum actione pro Flauiensibus*, Quod si vobis, & conatibus Aeduorum Fortuna fauisset, atque ille reip. restitutor implorantibus subuenire potuisset, *&c. Ibi vide.*

Ponti faucibus, & Istri ore proruptas] *Lege apud Suidam in* 6.
Σκύθαι. *quæ è Zosimi Historiar.* 1 *contracta sunt, ex eoq; aliquot locis emendanda.*

familiæ tuæ Principes] *Id est, è familia tua & maioribus* 16.
Augustos & Imperatores, ne quis erret. Constantius quidem Diocletiano ac Maximiano sponte imperio defunctis, è Cæsare cum Galerio Maximiano factus est Augustus. Mox trunca illa, quòd Imp^tor^ es, *quæ non expleo sine libris. Voculam de sententia immittam,* quod natus Imp^tor^ es. *Infrà illicò,* Imperium nascendo meruisti.

quod tuum est] *Hoc est, quod vni tibi & natalibus debes, citra* 21.
ambitum, aut tuorum suffragia. Et tamen Constantio mortuo, cunctis qui aderant annitentibus, sed præcipuè Eroco, Alamanorum rege, auxilij gratia Constantium comitato, imperium cepit. Epitome Sex Victoris. Addit Zosimus Historiar. 11 *prætorianos Constantij, qui è iustis liberis (intelligit qui è Theodora, Herculij priuigna) parem regno haberent neminem, apto & idoneo viso Constantino, simul spe erectos largitionum, Cæsaris ei dignitatem contulisse.*

quàuis enim magna sit & admirab.felic. *&c.*] *Hoc propter Dio-* 28.
cletianum & Maximianum Imperatores, quibus non aliâ ad imperium aditus quàm virtute, vsuq; bellorum.

etiam singulari certamine] *A Galerio Maximiano A., cui* pag. 192. 1.
pater obsidem eum dederat, Sarmatico prælio ducem armatura insignem iussus inuadere. Quem aggressus, sublatum viuum ad Augustum detulit. Auctor Zonaras Annalium 11. *Tu adi locum mi Lector.*

quem primum Imp.fil.Fatatrib.] *Incertus in Maximianum* 12.
& Constantinum, cùm talem hunc filium tuum, *Sermo est ad Constantium*) qui te primus patrem fecit, in imperij tui pos-

fessionem idem pater, idem socer, idem Imperator induxerit. *Addo & vnicum quoque, vt mox dicet ex Helena quidem. nam cæteri eius quà fratres, quà sorores è Theodora, Herculij A. priuigna.*

17. campis Vindonis] *Videris pro* Vindonis *corruptè est in* B. *Infrà* Vindonissæ V B *exhibent in hac ipsa historia, vt existimo. Atque hic equidem lubens sic rescribam, nisi si* Vindoniis, *aut* Vindoneis *ex edita lectionis vestigiis probamus. Sed in Taciti quoque Historiar.* IIII *cohortium alarum, legionum hiberna lego qua Mogontiaci ac Vindonissa sita.*

21. eadem in fronte grauitas] *Gemina hac laudatione in Constantium Cæsarem*, siquidem in ipso Cæsar tuo vultu videbant omnium signa virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in sermone iustitiæ.

31. ascitus imperio] *Hoc est, Cæsar creatus. sunt enim Cæsares quasi quidam designati Imperatores & Augusti. Quæ addit de hostium exercitu, eadem in laudatione quam proximè dixi.*

pag. 193. 1. vt quorum portus, &c.] *Probè portas fluctus alluerat, sed nondum integer & constitutus locus. Succedam ego, & in parte iuuem*, & (*non* vt) quor. port. fluct. all. maré etiam, quod tangerent, perdidissent. Quod tangerent, *id est, quo allui solerent. Deinde* etiam *pro* et *reposui à compendiis, quæ iam toties incuso. nam* ẽt *veteribus libris* etiam *valet.*

6. quondam alumno suo] *Carausium sentit, quem hinc ordines sub Constantio duxisse suspicor. Victor gnarum habitum gubernandi, (hoc est, rei nauticæ, τῆς κυβερνητικῆς) eoq́; officio mercede adolescentiam exercuisse memoria prodidit.* Terram Batauiam *sic dixit vt Catullus Celtiberia in terra, & Tibullus*, Non tibi si pretium Campania terra daretur.

18. seruitutem passos] *Britannos prouinciales intellexerit, (credo) qui Carausio, per Belgica & Aremorica tractum pacando mari præfecto, conniuente à Francis & Saxonibus fœdè vexati, direptiq́;. Quamobrem à Maximiano A. interfici iussus, re comperta*, Britanniam iusto imperio (*Sic repono in Victore pro* hausto imp.) capessiuit. *Ad extremum frustrà bellis tentatis contra virum rei militaris peritissimum pax conuenit*, soliq́ue remissum insulæ imperium, postquam iussis, ac munimento incolarum contra gentes bellicosas opportunior habitus. *Verba sunt eiusdem Victoris, quæ in transitu lucem à me accipient. Igitur quod ait* soli, *Constantium Cæsarem excludit, cui cuncta quæ trans Alpes Galliæ commissa.* Iussis, *id est, ad iussa dandum & imperitandum. Denique quòd* opportunior *addit, ad rei naualis peritiã trahe, de qua antè iam dixi.*

Con-

Conſcium *ergo hic, an* conſcios *legas, pili non intereſt. nam Carauſium & ſocios ſignificat.*

Lingonicam victoriam] *Narrat Eutropius* IX, *quem non exſcribo.* 26.

ſorte communi] *Id eſt, morte in pugna. In Conſtantium Cæſarem*, nec veteri dubia bellorum, nec Martem (vt dicitur putáre communem. *Mox* ex æquo, *hoc eſt integris copiis, & incerto vtrimque prœlij euentu. Infrà*, vt ſibi non murum ſcandere, ſed, ex æquo congredi viderentur. *Hoc vult apertè, æquo Marte & paribus ad victoriam momentis, quæ iniquiora in altum ſubeuntibus.* 35.

Suprema illa expeditio] *Infrà mox*, cùm ad tempus ipſum quo pater in Britanniam transfretabat, claſſi iam vela facienti repentinus tuus aduentus illuxit. pag. 194. 4.

nec Thuleo vltimam] *Virgilius Georgic.* I, *ad Auguſtum*, & tua nautæ Numina ſola colant, tibi ſeruiat vltima Thule. 9.

genitorem illum Deorum] *Alluſit ad Homeri verſum ιλ. ξ,* Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν. Et Diuûm Tethyn matrem, Oceanumque parentem. *Quod deinde eſt*, fluctibus ſuis ignea cæli aſtra refouentem, *De Cleanthis, ac Stoicorum ſententia dictum, qui & aſtra tota ignea eſſe, & Oceani humoribus ali putauerunt, quia nullus ignis ſine paſtu aliquo poſſit permanere. Cicero De natura Deorum* II. *A choreaq ſacerdos apud Lucanum* X, Nec-non Oceano paſci Phœbumque polumque Credimus. 12.

diem pæne continuum] *Infrà in Britanniæ laudibus*, In qua longiſſimæ dies, & nullæ ſine aliqua luce noctes, dum illorum litorum extrema planities nõ attollit vmbras, noctiſque metam cæli & ſiderum tranſit aſpectus. Vt Sol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire. *Tacitus Iulij Agricolæ vita*, Dierum ſpatia vltra noſtri orbis menſuram, & nox clara & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas. Quòd ſi nubes non officiant, aſpici per noctem Solis fulgorem, nec occidere & exurgere, ſed tranſire affirmant. Scilicet extrema & plana terrarum humili vmbra non erigunt tenebras, infraque cælum & ſidera nox cadit. *Plura ibi lege quæ huc faciant. Paulo pòſt* illi *&* patuerunt *bellè ſcribitur. Africanus de ſe apud Ennium*, Mi ſoli cæli maxima porta patet. 14.

Conſtantinum Pium] *Indubiè verum* Conſtantium. *Non longè Infrà*, DI boni, quanta Conſtantium Pium etiã in exceſſu ſuo felicitate donaſtis! *Rurſum*, Gratulare Conſtantiné naturæ ac moribus tuis, quòd te talem Conſtantius Pius genuerit. 18.

Incertus in Constantinum, A., erat ille Maximiani suppositus, tu Constantij Pij filius. *Iterum mox*, te Constantine paterna pietas sequebatur, *&c. Quod proximum est qui* Constantinum *scripsere*, dixit *interpretati sunt* pronunciauit, nominauit *falsò. est enim sensus, rogatum sub decessum patrem cui imperium relinqueret, ea locutum qua Pium deceret. Repone ergo auctoribus libris* dixit vt decebat Constantium, *&c. & post* decebat *sectionem tolle.*

24. quæ tum pleno firm. sit conf] *Codicum non vna lectio. In L C est*, præscripta, quamuis pleno, *&c. in V B*, præscr. quamuis tum pleno fir firm. conf. *Quod equidem sequar, &* pleno consilio *exponam, frequente tanquam Senatu eorum qui Constantio prius ad consilia. Confer qua notamus ad pag. 191.21.*

pag. 195. 5. ad seniores Principes] *Dixi ad pag. 190. 24. Incertus in Maximianum & Constantinum Herculij quoque, qui Diocletiano auctore imperium posuerat, partes aliquas firmando Principatu Constantino facit, si hac capio*, Quanquam quid ego in te ætatis tuæ potius quàm grauitatis nomen vsurpo? cuius tanta maturitas est, vt, cùm tibi pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus expectare malueris vt idem te qui illum declararet Augustum. *Locum perlege Paulo antè vix mihi dubium quin verum sit*, consensit exercitus, *non potui tamen quin scripturam qua in V B, cum fide repræsentarem, etsi ex ea nihil hactenus exsculpo.*

17. quem sequebatur imperium] *Seneca De beneficiis V cap. 1*, nam ferè sequuntur beneficia non reposcentem, & vt gloria fugientes magis magisque sequitur, ita fructus beneficiorum gratius respondet illis per quos etiam esse ingratis licet.

25. Constantinum Cæsarem prima vidisti] *Adi qua notamus ad pag. 192. 17.*

27 nec rigor est nimius hiemis] *Minucius Felix, Octauio*, Britannia Sole deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur. *Tacitus libro quem suprà dixi*, Cælum crebris imbribus ac nebulis fœdum, asperitas frigorum abest.

32. certè quod propter vitam diligitur, *&c.*] *Obscura sententia, & libri variant, in queis optimi V B referunt*, certè quidem propter vita diligitur, *nullo omnino sensu. Egregiè est in C*, certè quidem, quod propter vita diligitur, *&c. Ait caram & iucundam esse vitam diei ac luminis causa*, φωτινόπωλα. *qua est enim sine luce & tanquam in Cimmeriis tenebris gratia voluptasque viuendi? Id adeo de se æstimet quisque.*

33. nullæ sine aliqua luce noctes] *Iuuenalis Sat. 11*, minima contentos nocte Britannos. *Ibi lege qua interpres Pithœanus notauit.*

tauit, & Plinium 11 *cap.* LXXV. *Tacitum quidem iam adduxi, quem omnino conferre operapretium est.*

Tua clementia est] *Indubiè rectum est tuta, id est, cauta & prouida. Infrà mox*, Cautior licet sit qui deuinctos habet venia perduelles, *&c. Iterum*, Hoc est, Imp^tor^, non pacem emere parcendo, sed victoriam quærere prouocando. pag. 196. 10

Vnus Perses. *&c.*] *Pulcherrimam historiam fœdè à verbis acceptam constitui, nunc illustranda Plutarchum adiungam ex Aemilio*, τῷ δὲ Περσεῖ, καίπερ * οἰκτέρας τὴν μεταβολὴν, καὶ μάλα βοηθῆσαι προθυμηθεὶς, οὐδὲν εὕρετο πλὴν μεταστάσεως ἐκ τοῦ καλουμένου κάρκερος παρ' αὐτοῖς εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ φιλανθρωποτέραν δίαιταν. Persæ, tametsi vicem miseratus, & opitulari impensè cupiens, aliud non obtinuit quàm vt è carcere quem vocant in purum domicilium, & humaniorem diætam transferretur. 32. f. οἰκτείρας

comperta potestate] *Ingens hic quà in scriptis, quà in editis varietas, sed quæ ab vno fonte & origine vt iam dicam, manarit. In* V B *lego*, coëmpta ponte, *iratus Orbilio & Grammaticis, in* C cœpto ponte, *in* R coëmpta potestate, *& in margine* a pace. *Suspicor in exemplari principe fuisse*, compta pōte. *Quæ in scriptura oblitus sit librarius per imum p lineolam traducere, hoc nimirum modo*, p. *Id veteribus libris* per, *aut* par *valet. Dixi ad pag.* 29. 29. *Hoc compendium qui non assecuti e interiecere, vt esset*, coëmpta, *de quo postea. Quod proximum est, de illo*, pōte, *adi quæ notamus ad pag.* 206. 10. *Igitur (quod hoc opere rarum) litem secundum hanc nostram lectionem do, addico, &* comperta potestate *expono*, comperto transiri posse. *Ostendi quam præferam, nunc reliquas confutabo. Qui* coëmpta *rescripserunt (quæ, meo animo, labes haud sanè nupera) vellem quid ad transeundi desperationem faceret coëmpta facultas, expedissent. Deinde quis stupor redimere quod desperes? Accessit (si Dis placet) Rhenanus, qui* a pace *annotaret. Audio, sed ex antiqua formula res suas sibi habere eum sine inuidia iubeo, postquam ne id quidem ad desperationem quidquam. Superest extrema*, cœpto ponte, *quam à correctoribus esse pane est vt asseuerem. nam primum non mihi potest eripi quin* ponte *ex illo*, pōte, *hoc est*, potestate, *sit corruptum, & pons ille Agrippinensis, opus Constantini, de quo infrà (eum enim intelligunt) non Barbaris, sed in Barbaros comparatus, neque hercule nudus ac sine præsidio relictus. Prolixior fui quàm statueram, sed illustrem locum indictum præterire non debui.* pag. 197. 17

flumina inter. petitis] *Bellè* potatis. *Virgilius*, Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. *In oraculo Pythio Me-* 10.

garensibus dato, Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον, Ἵπποι Θρηΐκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες, Ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης. Omnibus è terris Argo laus prima Pelasgo, At Thrax præstat equus, Lacedæmoniaque puellæ, Et iuuenes Arethusa tui queis pocula fontes. *Citat Theocriti Scholiastes in Idyll.* XIIII.

23. toto greges nostri flum.hic. versantur] *Sequor* mersantur. *allusum est enim ad illud Virgilij Georgic.* I, Balanrumque gregem fluuio mersare salubri. Toto *etiam, non* tuto, *quod in* L *offendi, probo. Infrà*, cùm totus armatis nauibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus vsque ad Oceanum dispositus miles immineat. *Proximè palmarus correctio* Ascarici Regaisique. *Ascaricus quidem nominatus & Nazario in Constantinum, cum Comite suo, qui (vt puto) hic ipse est Regaisus.*

35. non quò aperto Marte diffideret] *Arnobius* I, Huic omnes ex more prosternimur, ab hoc iusta & honesta, & auditu eius condigna deposcimus, non quò ipse desideret supplices nos esse, aut amet prosterni tot millium venerationem videre. Vtilitas hæc nostra est, & commodi nostri rationem spectans. *Idem* II, Non quò illos negemus aut morum * integritate laudabiles, aut non omni genere studiorum * peritos, sed quid istud ad causam? *Vopiscus Aureliano*, Ipse autem (si vita suppeter) breuiter saltem tanti viri facta in litteras mittam, non quò illius gesta munere mei sermonis indigeant, sed vt ea quæ miranda sunt, omnium voce prędicētur. *Ipse Cicero frequēter. Pro P. Sextio*, dux, auctor, actor rerum illarum fuit, non quò periculum suum non videret, sed in tanta reip. tempestate nihil sibi nisi de patriæ periculis cogitandum putabat. *Iterum*, De cuius laude plura dicam, non quò ipse hæc dici quàm æstimari malit, sed quòd existimo, Si Milonis causam accusatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextij causam existimaturos. *Philippica* I, Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti satisfacerent, non quò me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardiùs quàm cuperem, reip. gratularer. *Rursum*, Atque vtinam P.C. calendis Sextilibus adesse potuissem, non quò profici potuerit aliquid, sed ne vnus modò Consularis dignus illo honore inueniretur. *Non longè pòst*, Primum igitur acta Cæsaris seruanda censeo, non quò probem, (quis enim id quidem potest? sed quia rationem habendam maximè arbitror pacis atque otij.

* esse MS

* paratos MS. Vt infra, nec sæculum esset vllum quod artis esset ignarū alicuius, aut rerum experientia non paratum.

24. hic noster ingens fluuius] *Assentior Rhenano, cui ingens hic fluuius Mosella est, qui & alluit Treueros, vbi dicta hæc laudatio, & ad Confluentes Rheno miscetur.* Noster *autem, id est,* Romanus,

Romanus, (ne quis erret) cui contrarium Barbarus. *Nemesianus Cynegetico*, Mox vestros meliore lyra memorare triumphos Accingar Diui fortissima pignora Cari, Atque canam nostrum geminis sub finibus orbis Litus, & edomitas fraterno Numine gentes, Quæ Rhenum Tigrimque colunt.

tertio Cæsare] *Benè tertius Cæsar. nam Caligulam sentit, qui ab Augusto tertius. Adi Suetonium Caligula cap. XIX.* 15.

ex tantis beneficiis tuis] *Infrà*, quem tu ab Vrbe pulsum, ab Italia fugatum, ab Illyrico repudiatum tuis prouinciis, tuis copiis, tuo Palatio recepisti. *Proximè necessitudinum, hoc est, ducta in matrimonium Fausta, eius filia. In quo ipso cùm fauorem & beneficium ponit, blanditur scilicet Constantino.* 13.

adhuc contemplatui, &c.] *Fœde inquinata & truncata verba, nec adiuuant libri, 1 excepto, in quo est*, adhuc contemplari cogamur, tuque quamuis iratus reuereare, *planè, & melius, (Quis neget ?) sed in quo* contemplari *meis auribus respondet, cui significationem idoneam non inuenio. Mihi (si coniecturam admittimus) rescribi placeat,* adhuc contemplatio tui cogat vt quamuis irati reuereantur. Reuereantur *inquam, κατὰ τὸ σημαινόμενον, vt Grammatici loquuntur, et si praecessit* vox priuata; *in quo* priuati *continentur. Antè etiam* contemplatio tui *reposui, certè in autographo fuisse*, contemplo tui *leuiter suspicatus. Atque ita I C^tus^* mutuam pecuniam dare alicuius contemplatione, arborum contemplatione fundum comparare, *& similia dixerunt.* 15.

vt tam profunda vulnera, &c.] *Pacatus in Theodosium*, altorum vulnerum cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt, manu pendente tractabo. 16.

sortem incurrisse fugiendam] *Sentit velut sortitionem quandam agitari animis in corpora abituris, in qua negat hoc ei Fatum obtigisse, vt hominem quandoque infamis, & Constantinianorum manu properatam nex maneret, fractáque gula sexagenarius perfidia pœnas lueret. ita enim clarè Epitoma Sex. Victoris, Zonaras. Ceteri aut iure interisse, aut pœnas dedisse iustissimo exitu scripserunt. Vnus Zosimus Tarsi morbo extinctum prodidit, perspicuè falsò. Sed ὁμωνυμίᾳ deceptus Maximiano Herculio tribuit quod cõsensu Maximino accidisse autores referunt, Maximino inquam, qui Galerio Maximiano nepos ex sorore, quem Maximianum confusè ipse nominat.* 17.

hanc referret vicem] *Id est, insidias tibi & parricidium moliretur. Eutropius, Victor, alij.* 31.

ad annula fœderas] *Hoc quid sit ne Pythius quidem dixerit. Ceteri omnes libri exhibent* ad annulos, *seu* anulos, *federas,* pag. 200. 3.

aquè obscurè, sed quòd exponeret amicus, vir doctus, sinister sederas, *à consuetudine quà veterum Græcorum, qua Romanorum, qui annulum habuere in digito sinistræ manus qui minimo est proximus, vt Agellius x cap.* x, *ac Macrobius ex eo Saturnal.* VII *cap.* XIII *prodiderunt. Quod equidem nec refutem, nec sanè laudem. nam & longius petitum est, & exemplum eius phraseos desiderem. Calidè etiam adolescenti qui Macrobium nuper edidit* ad annulos hæsèras *rescriptum, & acceptum vt esset, comes aderas. sic enim in Notis ad* II *cap* x. *Quod nihil attinet coarguere. Ceterum vir eruditus, qui* ad mulos *olim correxit, non mihi persuadeo fuisse vt sibi ipse satisfaceret. cui enim probet ad mulos sedere id esse, honoris deferendi causa mulis adequitare ei qui curru vehatur? Mihi velut quarto pedato (vt symbolam quoque conferam) in mentem venerat suspicari latere in his nomen aliquod loci, quò Constantinus Herculium digredientem in Galliam Narbonensem pro officio comitatus sit, quod nunc quidem in lucem non educo. Tu videsis mi Lector, & huic (vt ita dixerim) lampadi succede.*

12. felicitas ingrata] *Nouè* ingrata, *vt apparet, pro cui grati non sint qui eius compotes. Mox* pleni sperum *ἀρχαΐζει. nam* sperum *&* speribus *antiqui inflexerunt. Nonius in* sperem.

21. sua stirpe] *Per adoptionem. nam Maximiano Herculio ad imperij societatem ascito, Galerium quoque Maximianum Cæsarem creauit, à quo deinceps Seuerus, Maximinus, Licinius assumpti. Herculius verò & ipse Cæsarem Constantium dixit, qui decedens Constantinum filium sufficit. Paulo pòst* frater *rectè scribitur, id est, consors imperij. De quo alibi iam dixi.*

30. bis depositum, &c.] *Ægrè primum Diocletiani monitu, cùm vterque priuatus ille in Lucaniam, hic Salonam rusticatum concessit, deinde cùm facti pœnitens, receptis insignibus Augusti, Maxentium filium, vt tantis rebus gerendis imparem, spoliare purpura conatus, militum conuicia tulit, vim quoque (ni absisteret) comminantium. Quo periculo demum territus, detracto sibi ex humeris amictu, fugit, cùm quidem ab Vrbe pulsus, (Verba sunt laudatoris) ab Italia fugatus, ab Illyrico repudiatus, perbenignè à Constantino est exceptus. A quo digressus, iam tum initis belli consiliis, repente Arelati imperium resumpsit.*

pag. 102. 18 ripis lentè recedentibus] *Imitatio Virgiliana. Seneca epist.* LXXI, Prænauigamus Lucili vitam, & quemadmodum in mari (vt

Æneid. III. ait Virgilius noster) terræque vrbesque recedunt, sic in hoc cursu rapidissimi temporis primùm pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quidquid est illud inter iuuenem & senem medium, in vtriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis

nectutis optimos annos. Nouissimè incipit ostendi publicus finis generis humani. *Verba quæ auro contrà redimas.*

incubuere nauigiis] *Bellè* remigiis, *vt idem Virgilius Æneid.* VI, nunc nunc incumbite remis Hectorei socij, *& eiusdem operis* X, Nunc ô lecta manus validis incumbite remis. 20.

Araris moras] *Poëta nescio quis*, Lentus Arar, Rhodanusque celer. *Lucanus* VI, *de vi carminum magici rerum naturas conuertente*, Nilum non extulit æstus, Mæander direxit aquas, Rhodanumque morantem Præcipitauit Arar. *Hercules apud Senecam ludo in mortem Claudij Cæsaris*, Vbi Rhodanus ingens amne prærapido fluit, Ararque dubitans quò suos cursus agat, Tacitus quietis alluit ripas vadis. 22.

quippe olim Græcos] *Phocæa, Ionia in Asia vrbe, ab Harpalo, (seu Harpagus est) Cyri præfecto, pulsos. Lucano in hac ipsa historia* Phocais iuuentus *dicitur. Versus è* III *hi sunt*, Cumque alij famæ populi terrore pauerent, Phocais in dubiis ausa est seruare iuuentus Non Graia leuitate fidem, signataque iura, Et causas, non Fata sequi. *Dioni quoque* XLI. *Phocæa Massiliensium vrbs mater est. Oppianus Halieutic.* III. Ῥοδανοῖο περὶ στόμα ἐνεναιετήσαντο Κελτοί, Φωκαῖοι τὸ παλαίφατον ἐνναετῆρες. *Tu adi Lector Strabonem* IIII, *Iustinum* XLIII, *Cæsarem Ciuilis belli* I, *&* II. pag. 203. 4.

Atenim non primo tuo Imp^tor^ adu.] *Corruptum ac nihili vtrumque, &* non *&* num, *melior lectio quæ in* L. *Sed obseruo & alibi substitutum* non *pro* verò. (*Est autem, expertus loquor, permagna vtriusque vocis vicinitas, maximè si hanc curtè & per compendium scribas*) *nam ecce in Constantium Cæsarem vbi legitur, & rectè*, vltra Oceanum verò quid erat præter Britanniam?, *in* V *est mendosè*, vltra Ocean. non quid erat, *&c. Hæc mihi ratio cur emendatius rear*, At enimuero primo, *&c. Mox* eiusdem Massiliæ *deleam, vt glossema, &* creberrimæ *apertè rectum. Suprà*, quâ firmissimus, & turribus frequens murus opponitur. 16.

Sed (ignosce dicto) non omnia, *&c.*] *Gemina, & pene totidem verbis, hæc Pacati in Theodosium*, Sed bene est quòd non omnia potes. Tui te vindicant & inuitum. pag. 204. 14

Et immo quod credo vidisti] *Bene* quid credo, *sed addo insuper & à distinctione lucem*, Et immo (quid credo?) vidisti. *correctio enim quadam est eius quod præcessit*, vidisti enim (credo) Constantine, *&c. Suprà quod pulcherrimum illud tot*[illegible]*rbe templum, quodue tricenûm annorum in coronis laur*[illegible]*omen frustrà in Zosimo & historiis vestigo.* Nec scire fas est omnia, *inquit ille. Tu admone quisquis es Lector.* pag. 205. 3.

15. & sacras sedes] *Placet, non* ædes. *Suprà*, Immortales Deos in suo quemque templo ac sede veneramur. *Infrà mox*, Numinis tui sedem. *Pro restaur. scholis*, quantum me studium par sit impendere non ipsis modò litteris, sed etiam templo ac sedibus litterarum. *Pacatus in Theodosium*, quod facere magnas vrbes ingressi solemus, vt primùm sacras sedes, & dicata Numini summo delubra visamus, *&c. Sed è* B *exscriptum* hedes. *Quod non capio, fidei tamen causa, & quia insolens, annotandum putaui.*

19. muneris tui] *Præclarè* Numinis, *id est, Apollinis, cuius præ Dis ceteris studiosus, vt apparet, Constantinus. Suprà*, vidisti enim (credo) Constantine Apollinem tuum, *&c. Peccatum verò in hac eadem voce & extrema laudatione in Constantium Cæsarem. Templi quoque Apollinis, quod hic commemorat apud Flauienses insigne, meminit, & Pro restaur. scholis; sed hic quidem hoc amplius, quòd aquæ inibi feruentes, sine vllo soli ardentis indicio, aliaq; quæ sequuntur, & quibus adeò periuria punirentur, vt antè dixit. Magna aquarum laus, sed quæ nescio an ab aliis historicis celebrata. Itaq; fides sit penes auctorem.*

pag. 206. 2. præsentia tua munera] *Non video quem sensum ex his eliciam. Placet* præsentiæ tuæ, *idq; apertè sequentia flagitant. Mox* illustrat *verum est, non* illustrant, *quod alij præferunt. nam* illustrat *expono* adit, inuisit. *Suprà vide ad pag.* 101. 8.

5. Ioui & Iunoni recubantibus] *Sumptum hoc de Homero, cuius* ἰλ. ξ *hi sunt versus*, Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην, Λωτόν τ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον Πυκνὸν καὶ μαλακόν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε. *Quos vertebam*, Ollis submisit tellus herbamque recentem, Lotumque, halantemque crocum, mæstumque hyacinthum, Plurimus vt molli surgebat in aëra silua.

13. tuis auribus consecrarem] *Hoc est, te auditore, &* consecrarem, *sic dixit vt Pacatus in Theodosium*, Ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo consecratus est. *Rursum*, vt crebro ciuilique progressu non publica tantùm opera lustraueris, sed priuatas quoque ædes diuinis vestigiis consecraris.

23. ex meo humo ignobiles, *&c.*] *Fœdalabes, sed quam sub manu & in vestigio (quod aiunt) olim citra libros correxi*, ex me riui non ignobiles, *&c.* Riuos *appellat quos proximè* sectatores *suos, id est, discipulos, venusta & in primis elegante metaphora. Atque eam lectionem in* L C *disertim pòst repperi. In* B *est*, ... mea riuo ignob. *&c. non obscuris eius quod reposuimus vestigiis.*

IN X.

EVmenio & hunc tribui cùm aliis nonnullis argumentis quæ sparsim hic occurrunt, tùm præcipuè quòd initio statim quotidianæ suæ instituendæ iuuentute exercitationis meminit, ac Palatinam dignitatem commemorat, quæ (vt suspicor) Magisterium fuerit sacræ memoriæ. Quorum vtrumque Eumenium hunc obtinuisse clarum ex oratione Pro restaur. scholis. Constantio quoque Cæsari dictum v confirmat, in quo explicatè lego indice qui primore pagina descriptus, Panegyricus Constantio dictus. Accedit præter cetera quod ait auctor, patris ac patrui tui, qui profectò non alij quàm Maximianus ac Diocletianus, quorum ille Constantium Cæsarem creauit, à qua notione pater ei quidam fuerit, hic Maximiano frater, imperij societate. Genethliaco Maximiani, Non fortuita in vobis est germanitas, sed electa. Et mox, certissimæ fraternitatis est vsque ad imperium similitudo.

merita licet æquare, &c.] Impeditam sententiam & obscuram antè inspectos codices emendaram, merita dicendo æquare non possem, poteram tamen, &c. Cuius me coniecturæ nondum pænitet, & iuuat lectio quam in B C post offendi. pag. 207.17

Sed cùm in eo curriculo, &c.] Veterem scripturam, quæ non una cum fide proporam, ac tum arbitrariò locum hunc constituam. Igitur in v lego, Sed cùm & in eo illo vet. curric. aut inter, &c. in B, Sed & cùm in meo curric. illo vet. aut inter, &c. in L, Sed cùm ex vet. illo curric. me aut inter, &c. Corrigam indubiè, Sed cùm et me ex illo vet. curric. aut inter, &c. sequitur enim alterum &, & vos interim nullum, &c. 19.

translati sint Roma cultores] Non fit mihi verisimile colonos Roma in Barbarum solum deductos. Itaque ad veterem scripturam potius inclinem, ac fidenter reponam, in Romana, hoc est, in Romanas nationes, maximè in Gallias. Auctor in Constantinum A., de hoc ipso Constantio Cæsare, terram Batauiam à diuersis Francorum gentibus occupatam omni hoste purgauit, nec contentus vicisse ipsas in Romanas transtulit nationes. 26.

deterreor, nisi hoc vno, &c.] Placet deterreor, non quod v representat, deteror. Tū lego, & distinguo, deterreor. Vt hoc, &c. 29.

imparem facit Cæsar auditor] Locus hiulcus, & sine sensu, sed quem à me ritè sanatum in omnes fortunas meas spondeā. Scribo in primis facis, non facit, quod perspicuè verum, sequitur enim, fauente Numine tuo. Deinde inserta vocula sententiam erigo, quamuis orationi imparem parem facis Cæsar auditor. 31.

Quid

Quid potest clarius? Et notum illud poëta, excitat auditor studium.

pag. 108.10 rex ferocissimæ nationis] *Francorum, aut Alamanorum, vt puto. Sed qua ha insidia, quisúe hic rex ignoro. nudi hic enim & destituti ab historia sumus. Mox egregiè restitutum* ponte *pro* potestate, *qui à compendii error. nam* pōte *in veteribus libris &* ponte *&* potestate *valet. Itidem erratum & præcedente panegyrica, vbi ineptè est* potestati faucibus *pro* Ponti.

11. Danubijtransitū continēsem] *Blanditur nescio quo modo quod ex L notatu*, continenter, *sed non hercle verisimile mihi in voce obuia & protrita librarium errasse, vt* continensem *aut* Contiensem *exscriberet. Sanè Guntiam vrbem Rhætia ad Danubium inuenio, vt* Guntiensem *placere possit, sed non expedio quu hic* transitus Guntiensis. *Deinde (quod geminum est huic loco) haud longè infrà,* porrectis *(inquit)* vsque ad Danubij caput Germaniæ Rhætiæque limitibus. *At Guntia procul à Danubij fontibus, si doctorum suspicio vera Guntiam esse qua nunc Guntzberg. Tu vide-sis mi Lector, & nodum hunc dissolue.*

15. meis quoque stipendiis] *Meruisse hoc bello Eumenium hinc apparet. non enim faciunt huc (opinor) stipendia qua sacra memoria Magister accepit, de quibus Pro restaur. scholis.*

18. vestræ maiestatis ortus] *Nam ex ante diem Cal. Mart. A. V. C.* MXLII *à Maximiano Herculio Cæsar dictus est. Fasti Goltzij. Confer qua notamus ad pag. 126. 34.*

22. cum orig. mundi nasc. anim.] *Infrà mox,* O tempus quo meritò quondam omnia nata esse credantur, *Virgilius Georgic.* II, Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. Ver illud erat, ver magnus agebat Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri. *Statim* moderatus, *id est* ἐυκεράνο, *subaudi* ὤν, *&* dicitur *expungam, quod sententiam turbat.*

35. reip. propagatio orbis, *&c.*] *In* VBC propagati *est, curtè. nam perspicuè integrum est* propagatis. *Sed &* sæcula *ex* B C *addendum, vt sit,* reip. sæcula propagatis.

pag. 109. 12. Numinis vestri numero] *Hoc est, quaternione, Duobus Augustis, Diocletiano & Maximiano Herculio, totidemq; Cæsaribus, Constantio & Galerio Maximiano. Non est igitur hoc quidem panegyrico Constantino locus.*

24. quâ dies oritur, *&c.*] *Alludit, & tanquam digitum intendit in victorias Principum quaternis orbis terrarum partibus. Galerius enim Maximianus Cæsar in Oriente prosperè aduersus Narseum pugnauit, & Ægyptum capto Alexandria Achilleo*

Dio-

Diocletianus restituit, Mauros ac Quinqueg entianos in Africa Maximianus Herculius oppressit, Batauiam & Britanniam Cæsar Constantius à Francis recepit: Quados Carpos, Bastarnas, Sarmatarum gentes, Diocletianus afflixit. Lege Pro re-staur. scholis, sub finem.

Adeo Cæsar vestra, &c.] *Præferam* Cæsar, *non* Cæsares *nam habita hac oratio vno Constantio Cæsare præsente, & (amplius) stante, vt mox dicet, Augustu, & altero Cæsare, Galerio, absentibus.* 16.

necesse nobis gratulari, &c.] *Scopa dissoluta, & non vna in nostris lectio quam repræsentabo cum fide. Igitur* gratulari *abest* V, *& mox pro* gratulationi *scriptum* gratulari, *in quo equidem sensum non perspicio, in* B *haud multo rectiùs* necesse nob. quæ priora nob. sunt max. scilicet gratulari. *Iuuem ego, & commutata vna vocula rescribam,* nec. nob. quæ propria nob. sunt maximè scil. gratulari. *Suprà etiam verba inuertam, & in* quamuis communibus *legam, hac sententia, in reip. bonis, quamlibet communibus; gaudendum esse iis maximè quos propius contingant. Itaque Gallis de Britannica ac Batauica victoria (has enim sentit) præcipuè gratulandum, Franco hoste depulso, qui eorum fortunis proximè imminebat.* Propiora *reposui pro* priora, *vt hac ipsa laudatione contrà* propiore *corruptum pro* priore *obseruamus. Quod superest,* quæ propiora sunt gratulari *sic dictum vt Terentio* aduentum gratulantur, *& infrà, iterum,* hoc ipso in administratione prouidentiam vestram impensius gratulantur. pag. 110. 11

veniendo vicisti] *Egregiè* fecisti, *idq; ad* tuas *adiunge. non enim vincenda erant Gallia, sed asserenda, atque ab aliena hoste purganda.* 13.

omnes ortus tui nuncios, &c] *Suprà,* vestræ maiestatis ortus, *&c. Ibi vide.* 14.

Gesorigiam censibus muris, &c.] *Fœda labes, ac fine libris insanabilis. Prait ad verum quod* L *exhibet,* Gessongiacensibus muris. *Emenda indubitatè* Gesoriacensibus muris. *Clarum infrà hoc ipso panegyrico Mox* Romanum *æquo longius est, & primores litteræ ab extremo præcedentis verbi adhæserunt.* Manum *rescripseram de ingenio, quod in* L *pòst repperi.* Piraticam factionem *appellat Carausii partes, qui imperium in Britannis inuaserat.* 16.

tanquam nullo vsu iuuaret] *Responsat meis auribus* tanquam, *& verum arbitror* tamque. *Infrà* claustra *sic dixit vt Virgilius Georgic.* II, Quid memorem portus, Lucrinoque addita claustra? *Auctor iterum,* cùm statim atque obsidionem 15.

necel-

necessitas, & clementiæ vestræ fides soluerat eadem claustra qui primus insilutit æstus irruperit.

pag. 111. 1. receptu recursuque] *Aestum describit, qui abitu redituq; constat. Egregiè ergo* occursuque *est in* C. *nam* recursus *quid est aliud quàm* receptus? *At diuersum* occursus. *Paulo post*, ripasque destringeret, *exilius mihi videtur* destingeret, *ac* distringeret *malim*.

3. vt res est] *Infrà*, ita (vt res est) subiacentibus innatat, *&c. In Constantinum A.*, Nullis (vt res est] muneribus Fortunæ explentur quorum cupiditates ratio non terminat, *&c. Arnobius aduersus gentes* V, nec quid sceleris cuperet conturbatis per insaniam mentibus aut retractare poterat, aut peruidere, sed (vt res est) ponderis & maiestatis oblitus ad furia illa flagitiosa correpens ibat. *&c. Eiusdem operis* VII, Delectantur (vt res est) stupidorum capitibus rasis, *&c. Adde quæ notamus ad pag.* 104. 27.

12. statim atque obsidionē necessitas, *&c.*] *Infrà*, statim atque illo infestum maiestatis tuæ fulmen intenderas. *Iterum*, statim atque Britanniæ litus inuaserat. *Rursum*, statim atque ad litus illud exoptatus olim vindex & liberator appuleras. *Obseruo &* illico atque *pro eodem. Auctor in Constantinum A.*, illicò enim atque ille terris fuerat exemptus.

21. ædificandis nauibus] *Eodem panegyrico in Constantinum A.*, dum ædificandis classibus Britanniæ recuperatio cōparatur, *&c. Locum perlege. Meminit & Mamertinus in Maximianum A.*

25. illa re[illegible]] *Bataniam sentit. Clarum ex iis quæ proximè citaui. Zosim*[illegible] I I, τῇ Βατταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου *& quæ sequuntur.* Ad Bataniam appulsi, quam bipertitus Rhenus insulam facit, quauis fluminea maiorem.

pag. 112. 1. exercendum fuisse tali solo militem, *&c.*] *Capitolini de Maximino verba hic ascribam, quæ mirificè hæc illustrant.* Denique quasi nauale quoddam prælium in palude fecit, plurimosque illic interemit. *Tu compara sis mi Lector. Proximè* nauale certamen *intellige quod aduersus Carausium parabatur.*

5. cum coniugibus ac lib.] Πανυπνχάντεσσιν coniugiis, *quod in* V *est disertè. Propertius* I I *eleg.* XV, Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ, Masculus & totum femina coniugium. *Claudianus de Eutropio qui subinde heros mutaret*, vetustum Seruitium, semperque nouum. *Et alia talia passim.*

22. Caunus] *Nihili populus.* Chamus *est in* V, *in* C Camaus, *in* B Chamaus. *Scribe ex* L Chamauus. *Idem nomen restituimus &* *Nazario in Constantinum A.*

ille

ille vagus, ille prædator] *De Frisio, quo de proximè, accipio. Sed vir doctissimus Car. Langius in* ille vagus *populum aliquē Francorum suspicione sibi fingebat, quem in lucem equidem non extraho. Mox* exercitio *interpretor* culturæ, *qua insolens populabundo & latroni.* ***Phrasin quoque illustraui ad pag 113. 20.*** *Quod deinde est,* squalidus, *non habeo cur suspectē, etsi in* v squali rudus, *in* B squali rudis *inueni. nam & Iuuenalis in re gemina de damnato in metalla similiter dixit*, quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor. 13.

cultor Barb. laxat annonam] *Imperator Probus epistola ad Senatum, quam Vopiscus refert*, subacta est omnis quàm tenditur latè Germania. Omnes iam Barbari vobis arant, vobis iam seruiunt, & contra interiores gentes militant. *Et mox*, Arantur Gallicana rura Barbaris bobus, & iuga Germanica captiua præbent nostris colla cultoribus. 25.

quo magis confectum sit.] Quo *legam. Q maiuscula, & exponam, Quo id acrius vrgeri & confici è rep. visum. Sed ne quid dissimulem, integra hac non apparent, nec præsto sine libris.* pag. 213. 1.

suo Principe Gallieno] *Adi Trebellium Pollionem Gallienis, & xxx tyrannis.* 2.

Non erat tantùm doloris in singulis] *Obscura (mihi quidem) complexio, & (amplius) corrupta. Emendem*, Non erat tanti dolere in sing., *id est, non erat operæpretium, & præcipua aliqua causa. Frequens Seneca. Extrema voce præit ad verum scripta lectio, è qua agrè & cum cura* quateretur *exsculpsi (meo animo) non infeliciter.* 10.

supplicante per munera rege Persarum] *Eadem Mamertinus in Maximianum A.*, Offert interim varia miracula, eximiæ pulchritudinis feras mittit, amicitiæ nomen impetrare contentus, promeretur obsequio. *Idem Genethliaco*, prætereo Francos ad petendam pacem cum rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem. 17.

Britanniæ nomen vnum] *Probè* vnum, *ineptèque* tuum *est in* c. *Aliis sanè duæ sunt insulæ Britannicæ. Dionysius Alexandrinus De situ orbis*, Ἄλλαι δ' Ὠκεανοῖο παραὶ Βορεάδας ἀκτὰς Δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρεττανίδες ἄντια Ῥήνου. *Andreas Papius, frater meus consobrinus, etiam-tum puer vertebat*, Tum geminæ Boreas tenuere Britannides actas Insulæ Oceano in magno Rheni ostia contra. 21.

tanto immensa circuitu] *Idem poëta*, Τάων τοι μέγεθος περιώσιον, οὐδέ τις ἄλλη Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρεττανίσιν ἰσοφαρίζει. *id est, eodem interprete*, Quarum magna quidem moles: neque enim insula prorsus Vlla Britannidibus sese iactauerit æquam. 25.

Ptole-

Ptolemaus quoque in secundis post Tabropanam collocat.

26. Cæsar ille auctor vestri nominis] *Eustathij è commentariis in eundem Dionysium verba hic subscribam.* εἰς Βρεττανικὴν νῆσον διαίρων, ἤγουν ἀποπλέων, Καῖσαρ ὁ ἐπιλεγόμενος θεὸς νύκτωρ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίους σταδίους διάπλουν τελέσας. δὶς δὲ (φασὶ) διαβὰς ἐκεῖ, ἐπανῆλθε διὰ ταχέων, οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος. οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, ἀλλὰ δύο μὲν ἢ τρεῖς νίκας νικήσας, ἀπολέσας δὲ πλοῖα πολλὰ, διὰ τὴν αὔξησιν τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων. *Tu cui vacat ipsum Cæsarem lege* IIII *De bello Gallico.*

34. & postea Mithridatico] *Falsum id quidem. præcessit enim, non successit Mithridaticum. Clarum ex historiis. In* C & propiore Mithrid., *in* V B & propiore *inueni Iuuem ego, ac primore syllaba recisa* priore *corrigam, quod perspicuè rectum.*

pag 284.13. auctorum magisterio] *Sequor* auctoris. *& de Carausio capio.*

20. inclementiam maris, *&c.*] *Vereor vt ad gratiam, non ex vero dixerit. nam auctor mihi Eutropius frustra aduersus virum rei militaris peritissimum tentata bella, & ad extremum pacem conuenisse, quod alibi notare memini.*

24. communis pœnæ timore] Cōis *est in* C, *compendio. Exponebam* communis *qua omnibus deberetur, vt pari scelere obstrictis. Sed è* B oīs *notatur, id est,* omnis, *&* pæne, *non* pœnæ, *quod & V præfert. Vnde suspicio Franc. Modio* omni pæne timore, *&c. legendum. Ego* pœnæ *retineam, in altero prope est vt assentiar. Proximè* satelles *est Allectus, cuius scelere, vt infida est latronum societas, occisus Carausius.*

25. tanti discriminis] *Quod hic periculum & discrimen? Ego* criminis *probem, scilicet interfecti socij & imperatoris. Cui sceleri præmium imperium peteretur.*

33. potestatis tuæ maiestate] *Fœdam maculam sine libris de ingenio corrtemplate*, inuoc. patris tui maiest., *quo nihil verius. Nūc testificor id exertè in* V B *extare. Patrem intelligit Maximianum Herculium A. Vide quæ primo hoc panegyrico notamus. Erratum est autem (vt hoc obiter addam) à compendiis.*

pag. 285.14. Fronto, Romanæ eloq. non alr. *&c.*] *Cornelium Frontonem accipio, quo Latino oratore vsus M. Antonius Philosophus. Auctor Capitolinus. Pertinentq; ad eum (opinor) hæc Macrobij Saturnal. V cap.* 1, Quatuor sunt (inquit Eusebius) genera dicendi, copiosum, in quo Cicero dominatur, breue, in quo Sallustius regnat, siccum, quod Frontoni adscribitur, pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.

belli

belli in Britannia confecti] *Idem Capitolinus*, Britannos per Lollium Vrbicum, Legatum, vicit, * alio muro cespitio submotis Barbaris ducto. *Pausanias Brigantes vocat Arcadicus, additaq; magna soli parte multatos, quòd Genuniorum, qui P. R. subditi, agrum cum armis inuisissent. Mox ineptè* Antonio *legebatur. est enim sermo de M. Antonino Philosopho.* 15. f alto

mandasset auspicium] *Ouidius ad Augustum de Tiberio in Delmatas Legato*, Auspicium cui das grande, Deosque tuos. 17.

Siquidem magis Gesoriac. litore, &c.] *Codicum discors, & non vnà lectio in* L *abest* magis. *In* V *lego omnino*, siquid.magis origiacensi lit., *in* B, siquidem à Gesorigiacensi lit., *propius vero nam germanum reor*, siq. a (*seu* in, *vt in* C *est*) Gesoriacensi lit. *Adi quæ notata mihi suprà ad pag*. 210. 16. *Egregiè quoque* prior *additur, scilicet exercitus tui parte, vt mox sequitur, idq; illustrat vehementer quod præcessit*, exemplo. 23.

Quem Sequanam fluctus inuexerat] *Expeditum* Sequanæ fluct., *quod in* L *est, sed quis fluctum attribuat flumini? In* V *scriptum explicatè*, quem sequa natura nisi inuexer. *Eruit tandem è vestigiis (meo animo) bellè*, quē Sequana curuus inuexer. *Tu adi tabulas mi Lector, & perpetuos fluuij, certè inde à Parisiis, flexus obserua. E* B *notatum*, quem Sequanam nisi inuexer., *in quo reliquiæ quadam proxima lectionis.* 26.

ad tempus ipsum] *Auctor in Constantinum A.*, cùm ad tempus ipsum quo pater in Britanniam transfretabat classi iam vela facienti repentinus tuus aduentus illuxit. *Mox* Vecta *insula Suetonio est* Vectis *Vespasiano cap*. IIII. pag. 216. 6.

ne vel moraretur ipse tum,] *Perspicuè verum est* morar. impetum. *Estq; ab exscriptorum compendiis error. nam vetere scriptura* ipe & impe *valet &* ipse. 9.

vbi vultus vestri, &c.] *Nota & obuia in historiis Principum in vexillis imagines. Paulo pòst*, in tuorū manus, *Asclepiodotum sentis, Prætorio præfectum, à quo Allectus oppressus. Eutropius.* 11.

te post terga respiciens] *Totidem pæne verbis Pacatus in Theodosium*, Ibat interim Maximus, ac te post terga respectans in modum amentis attonitus auolabat. 34.

Illa Barbara, &c.] *Non occurrit melius quàm quod olim ante codices inspectos diuinabam*, Illa inquam Barb. &c. *Sed è* B *notatur*, ita illa Barb. *Fortassè an legendum*, texerunt, & illa Barb. &c. pag. 217. 9.

dolorem vulnerum fuerant secuta] *Idem Pacatus*, Illi mutilis excisisque membris reliqua sui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum sequebantur. *Mox* velaminis, *nescio an non rectiùs* vel alterius, *quod olim mihi in mentem venerat.* 12.

26. Adeò verum sibi dixerat] *Incertus in Constantinum A.*, Et adeò ipse verum sibi dixerat, & venturo tibi cesserat, *&c.*

28. in spectaculo voluptatem] *Respicit (opinor) ad illa suprà*, totis porticibus ciuitatum sedere captiua agmina Barbarorum, *&c.*

35. Gloriare tu verò] *Potius sit (meo animo) rescribi* verè. *cõmittit enim solidam veramq; Constantij Cæsaris è Britannica victoria laudem cum illa de qua suprà Diui Iulij ostentatione & iactantia, qui hoc vno gloriari debuerat, quòd Oceanum nauigasset. Meritoq; ad Vespasianum eruditus poëta*, Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos, *& ab hac ipsa mente pseudo-Seneca Octauia, de Diuo Claudio*, En qui Britannis (*Sic fidenter à me olim correxi, citra magnum illum Criticum, qui nunc quoque quis sit nescio, pro* ora Tanais. *non, quod vir Doctus reposuit*, ora Tamesis) primus imposuit iugum, Ignota & antè classibus texit freta, *& quæ sequuntur.*

pag. 218. 17 paucorum ex Francis captiuorum] *Adi Zosimum extremo libro* I. *Vopiscus quidem, Probo, ad Gepidas Vandalosq; transtulisse mihi videtur. Eum lege.*

34. minoribus gaudiis feruntur] *Infrà mox*, Nec mirum si tanto gaudio ferebantur, *&c. Pro restaur. scholis*, vt quocumque oculos circumtuli ad restitutionem operum singulorum gaudio ferar. *Pacatus in Theodosium*, Ambo pari gaudio ferũtur exercitus.

pag. 219. 2. prouidentiæ vestræ] *Sequor* L, *è quo exscriptum*, prouidentiam vestram, & in factis fortunam impens. gratul. *Confer quæ suprà scripsimus ad pag.* 210. 11. *Pro* infectione *reposueram de coniectura* in confectione. *Quod ne nunc quidem damnare possum.*

6. Sola sui restitut.] *Emendem* tui, *id est, tuo vnius reditu & aduentu*. Vestram *verò, hoc est, tuam tuorumq; Ducum, & militum.*

19. vera imperij luce] *Nam Carausij, & Allecti non imperium, sed tyrannis ac latrocinium fuit.*

pag. 220. 11. quidquid infrequens Ambiano, *&c.*] *Loca hæc habuerit (credo) in mente cùm suprà dixit Barbaros prouincialibus ad obsequium distributos, donec ad destinatos sibi ducerentur cultus solitudinum.*

23. Baro cultore reuirescit] *Sudatum doctissimo Pithœo in hoc* Baro *Aduersar. subsecinor.* I. *cap.* VIII, *visumq;* vario, *aut* Ambarro *rescribere, frustrà, & irrito successu. nam perspicuè probum* Barbaro. *Suprà*, & cultor Barbarus laxat annonam. *Impedita quoque in* B *scriptura*, restababat baro cult., *sed in*

quà

qua vestigia sanæ lectionis clara & expressa, restabat Barbaro cult, *quod erudite & Franc. Modius vidit. Infrà mox*, ciuitas Æduorum *indubiè Augustodunum est, à Constantij beneficiis qua hic commemorat Flauia transnominatum, vt iam diximus.*

IN XI.

CVm me ærar. publ. cur. vol.] *Infrà*, Primùm thesaurorum omnium mandata custodia, & dispensatio largiendi, *& qua sequuntur. Magna verò & eximia laudes quas de se prædicat, si ex fide. Sed de Ammiano obseruo, cùm is videri haberi vellet, sequiores in se hominum voces commouisse. Verba eius è XXI. hac sunt*, Tunc & memoriam Constantini, vt nouatoris, turbatorisque priscarum legum, vexauit, eum apertè incusaus, quòd Barbaros omnium primus adusque fasces auxerat & trabeas Consulares, insulsè * nimirum & leuiter, qui cùm vitare deberet id quod infestius obiurgauit, breui postea Mamertinum ad Consulatum euexit, nec vita, nec splendore, nec vsu, nec gloria horum cuiusquam similem quibus magistratum detulerat amplissimum Constantinus, contrà inconsummatum & subagrestem, & (quòd minus erat ferendum) celsa in potestate crudelem. *Iterum*, Mamertinum, præfectum prætorio per Illyricum, designauit Consulem, & Neuitam, qui nuper, vt primum augendæ Barbaricæ vilitatis autorem, immoderatè notauerat Constantinum. pag. 221. 22

f. nimium

partim non minus exitial.] *Deest alterum membrũ, quod expleo,* partim deprædatione Barbarica, partim nõ minus *&c. ex* BIC. 27.

nominis noui] *Nam Byzantium prius dicta est, à conditore Byzante. Claudianus in Eutropium* II, Hoc Byzas Constantinusque videbunt? *Sibylla Erythræa (seu Phaëllo Epirotis est) oraculo quod Historiar. II. refert Zosimus*, τυχὺ δ' ἐπιδήσεται ἀρχὴ Αὐξάσιν οἳ Βύζαντος ἕδος κατοικήσουσι. Tum regna ingentia quondam Debentur terris posuit quâ mœnia Byzas. *Adi Eustathium in Dionysij Alexandrini περιήγησιν. Atticorum coloniam Byzantium Ammianus vocat* XXII. pag. 222. 15

quasi quoddam salurare Sidus] *Idem Ammianus, de Iuliano*, vrbi (*Antiochia*) propinquans in speciem alicuius Numinis votis excipitur, publicas miratus voces multitudinis magnæ, salutare sidus illuxisse Eois partibus acclamantis. *Cleopatra ad Iulium Cæsarem apud Lucanum* X, Tu gentibus æquum Sidus ades nostris. 67.

auspicarissimo die] *Intellexerit (opinor) Cal. Ianuarias, quibus Magistratum inierint. Fl. Claudius Mamertinus noster* 19.

& Fl. Neuitæ A. V. C. MCXIII. *Vt ordinarij Consules fuerint, nullis in eum annum suffectis, quod quidem in Fastis annotetur. Firmant hæc Ammiani quæ adscripsi,* Allapso itaque Calendarum Ianuariûm die, cùm Mamertini & Neuitæ nomina suscepissent paginæ Consulares, humilior Princeps visus est in officio, pedibus gradiendo cum honoratis.

28. quanto totius] *Arbitror verum* quantocius, *etsi id haud recordor in classico scriptore legere. Sed vsus & Sulpicius Seuerus Dialog.* III. *cap.* V, Nihil loqui te necesse est, scio quid desideres, video quid requiras. Discede quantocius, ne me ob iniuriam tuam cælestis ira consumat.

33. fratris Imperatoris] *Verè* fratris. *nam Iulianus & Constantius Augustus inter se fratres patrueles: ille Constantio, quem* post fratris Constantini excessum *(Verba sunt Ammiani è* XXV*)* inter complures alios turba consumpsit, imperij successorem, *hic Constantino Magno, germanis, non vna matre, editi. Valer. Flaccus Argonautic.* I, Prior huic tunc regia proles Aduolat, amplexus fraternaque pectora iungens. *Acastus enim & Iason patrueles ab Aesone & Pelia, fratribus. Aliter Diocletiano A. Herculius frater, vt me alibi notare memini.*

pag. 223.16 Ingenua indignis, *&c.*] *Excidit vox à capite, quam inseram de ingenio,* Lacerabantur ingenua, *&c. Mox vbi est*, nimium habuit, *&c. reposueram* minimum hab., *sententia fideiubente, atque id demum in* B *repperi.*

25. Vna acie german. *&c.*] *Eutropius* X, Cùm multa oppida Barbari expugnassent, alia obsiderent, vbique fœda vastitas esset, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret, ab hoc (*Iuliano*) modicis copiis apud Argentoratum ingentes Alamanorum copiæ extinctæ sunt, * rex nobilissimus captus, Galliæ restitutæ. *Zosimus Historiar,* III. LX *millia in eo conflictu cecidisse ait, totidem in Rhenum fluuium acta & extincta. Adilocum.*

*regis filius, Vadomarius. Zosimus.

30. in vltorem iuris] *Id est, vindicem & instauratorem. Infrà mox,* vt aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura restituat. *Sed Diuus noster* in auctorem *malebat.*

32. opinionum, vituperationum] *Placet alterutrum abesse, nisi si coniunctionem* et *immittimus, quod nō temerè probem. Posterius quidem meis auribus glossema sapit, atque id potius tollam. Suetonius Augusto cap.* LXVII, Cosmum, seruum, grauissimè de se opinantem non vltra quàm compedibus coërcuit.

34. accusatoriam dicit. laud. tit. perag. *Notata hac aulicorum scabies & Polybio Historiar* IIII *extremo.* Ο' δὲ Α'πελλῆς (*inquit*) οὐδαμῶς ἀφίςατο τῆς προαιρέσεως, ἀλλὰ τὸν Ταυρίωνα τὸν ἐπὶ

ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον διέβαλεν, οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ φάσκων ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν, βουλόμενος ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. Εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον ἡ τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. At proposito Apelles neutiquam absistere quin Tautionem calumniaretur, qui Peloponnesum procurabat, non insimulans, sed laudans, & idoneum prædicans qui sub dio cum rege vnà agitaret, volens Peloponnesi rebus alium ab se præfici. noua hæc enim calumniandi inuenta ratio, non accusatione, sed laudibus noxam in socios comparare. Inuenta est autem potissimùm ac primùm hæc malignitas & inuidia atque fraus ab iis qui in Palatiis degunt, eorumque inter se æmulatione, studioque præstandi. *Tacitus de Iulio Agricola*, Crebrò per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Caussa periculi non crimen vllum, aut querela læsi cuiusquam, sed infensus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac pessimum inimicorum genus, laudantes.

obsessæ, expugnatæ] *Sequor* expugn., *non* oppugn. *Suprà*, flo- pag. 224. 3.
rentissimas quondam antiquissimasque vrbes Barbari possidebant. *Et alioquin oratio crescit.*

Prouincias firmissimas] *Gallias significat, opinor. Easq; Diuus* 17.
Claudius Romanæ reip. vires *appellat epistola ad Senatum, quam Trebellius recitat.*

Nobilem Etrur. adolescentem, *&c.*] *In* v *asscriptum margini*, 22.
Spurina fuit, *verè. Adi Valerium Maximum* IIII *cap.* V.

vicem fortitudinis] *Pithœus Aduersar. subsec.* I *cap.* XV. vitem 35.
emendabat, allusione ad Centurionatus vitem, durè, & cui equidem non applaudam. Mihi cum doctissimo Lipsio ceruicem *placet.*

gentesque recensuiras) *Itidem & in* V B *est, in* C R recensitas, pag. 225. 9.
neutrum probè. Vera lectio quæ in L, recens victas, *scilicet à Constantino Magno, & ante à Constantio patre. Proximè quoque* sed aduersum *legam, non* & adu. *Mox* quæ omnia *detractorum voces exponam, quas specie laudum accusationem peregisse antè dixit. nam quæ deinceps sequuntur, meo animo, ad Iuliani apparatum pertinent in Constantium mouentis.*

comites viæ] *Hoc est, itineris, πορείας. Infrà*, Qui properatio- 19.
nem illam contemplabitur, nihil egisse præter viam Imperatorem putabit. *Propertius*, Et maris & terræ cæca pericla viæ.

Iterum, Sit Galatæa tuæ non aliena viæ. *Sophocles Trachiniis, de Deianira* Οὔποτ' εὐνάζει ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ' εὐμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθ' κακὰν δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. *Quæ Latinè totidem numeris mutabam*, Dulcibus nullam leuare ægros Lacrymis oculos, sed Olim mariti dum timet vsque viæ, Sæua inquiem cura tori Frigentis angi, flebilis Iam iamque sperantem orsa Fati.

21. prolapsum cælo] *Non sollicito. sed nec damnes quod in c offendi*, primæ lapsum cælo, *&c Seruius ad illa Æneid.* 11, *Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium, &c.* Dicunt sanè alij (*inquit*) vnum simulacrum cælo lapsum apud Athenas tantum fuisse, alij duo volunt, hocde quo diximus, (*Troianum*) & illud Atheniense.

pag. 126. 5. Prò sancta diuinitas,] *Infrà*, Illic (pró sancta diuinitas!) gaudentibus cunctis quo ore, qua voce inquit, Aue Consul amplissime? *Iterum* Quid secutus sit ipse scit,& quæcunque consilia eius gaudet formare diuinitas. *Rursum*, Absit Auguste, & istud sancta diuinitas omen auertat, vt tu à quoquam mortalium expectes vicem beneficij.

leuati status] *Id est, fortuna, vt proximè velut se ipse exponens* καὶ ἐπεξηγούμενος *subdit. Seneca De beneficiis* III *cap.* III, Amauimus aliquem & suspeximus, & fundatum ab illo statum nostrum professi sumus. Leuati *sic dixit vt infrà*, leuati equorum pretiis enormibus Dalmatæ. *Cicero Pro L. Cornelio Balbo*, Testantur (*Gaditani*) & mortuos nostros Imperatores, quorum viuit immortalis memoria & gloria, & hoc tempore ipso populum R., quem * in caritate annonæ (vt sæpè antè fecerant) frumento suppeditato leuauerunt. *Lucanus* IIII, Tandem volgata cruenti Fama mali terras monstris æquorque leuantem Magnanimum Alcidem Libycas exciuit in oras.

* malim abesse.

13. innumerabilibus Barbaris] *Capio de Quadis, & Saxonibus, quos Iulianus Chariettonis cuiusdam transfuga ductu & insidiis casos pluries, intercepto regio filio, ad conditiones pacis admisit, iuratos tamen in Romanos nunquam arma capturos. Zosimus Historiar.* III.

22. sideribus consecrasti] *Nota fabula. Valer. Flaccus*, Prima Deûm magnis canibus freta peruia nautis, Fatidicamque ratem, Scythici quæ Phasidos oras Ausa sequi, mediosque inter iuga concita cursus Rumpere, flammifero tandem concedit Olympo.

23. puerum inuentorem serendi] *Virgilius Georgic.* I, vncique puer

puer monstrator aratri. *Triptolemum sentit. Adi Ouidium Metamorph.* v *extremo. Idem Tristium* III.*eleg.*VIII, Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus, Misit in ignotam qui rude semen humum. *Et alibi passim.*

per eiusmodi agros] *Suspicabar verum* cuicuimodi, *hoc est, ὡς τὰ τυχόντα μέσια, fuisseque in principe scriptura* cuimodi, *certè, librario primorem syllabam geminare obliuo, quo genere frequenter est peccatum. Sed Franc. Modio è* B *exscriptum* cuiuscemodi, *proximè ad nostrum, & eodem sensu. Pro nostro quidem hac Agellij stant* IX *cap.* II, Demus huic aliquid æris, cuicuimodi est, *vt exhibent membrana.* 34.

formidines obserentem] *Plautus Trinummo,* Post id frumenti cùm alibi messis maxima est, Tribu' tantis illi minu' redit quam obseueris. *Addit Philto, Hem.* Istic oportet obseri mores malos, Si in obserendo possint interfieri. pag. 227. 3.

Mæotidem porrigebas] *Non est de nihilo librorum in voce nota varietas. Eruebam è vestigiis non infeliciter, opinor,* Tyrrhenum mare, Oricum. porrig. *Oricos Epiri ciuitas, & de Iuliani beneficiis in Epirotas mox auctor.* 5.

Epirotæ incol. trib. &c.] *Palmare est quod è duobus fidelissimis codicibus insertum,* ad incitas, *subaudi, lineas, aut ψήφους. Isidorus Originum* XVIII, Calculi qui moueri omnino non possunt incitos dicunt. Vnde & egentes homines inciti vocantur, quibus spes vltra procedendi nulla restat. *Benè eruditus Grammaticus. At Nonio Marcello (si DIs placet) incitas est* egestas. *Plautus Pœnolo Scena Sati spectatum est,* Profectò ad incitas lenonem rediget si eas abduxerit. *Idem Trinummo Scena Minu' quindecim,* Alij exulatum abierunt, alij emortui, Alij se suspendere. Ph. Hem. St. Hic nunc cuius est, Vt ad incitas redactu' st! *Pro eodem vsurpatum &* ad incita, *subintellige, loca. Lucilius Satyrar.* III, Illud, ad incita cùm redit atque internecionem. *Idem* XV. Villicum Aristocratem, mediastinum atque bubulcum, Commanducatus corrupit, ad incita adegit. *nam malè, & contra carminis legem* incitas *vtrobique est in Nonio. Plura doctissimus Ios. Scaliger appendice ad Coniectanea in Varronis sextum.* 7.

Vrbs Nicopolis] *Suetonium lege Augusto cap.* XVIII. *Obnoxiam terræmotui fuisse auctor Seneca Natural. quæst.* VI. *cap.* XXVI. 10.

non gustu, sed difficultat. æstim.] *Pacatus in Theodosium,* nam appositas dapes non sapore, sed sumptu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa nau- pag. 228. 28.

 fragiis

fragiis maria misissent, quos inuitæ quodammodo reluctantique Naturæ pericula rapuissent. *Suprà*, r.p. sentiebat, *est* respublica, *non* populus Romanus, *vt opinor*.

30. æstiuæ niues, hibernæ rosæ] *Idem Pacatus*, parum se lautos putabant nisi luxuria vertisset annum, nisi hibernæ poculis innatassent rosæ, nisi æstiua in gemmis capacibus glacie falerna fregissent. *In infami quidē L. Veri Imperatoris cōuiuio coronas datas lemniscis aureis interpositis, & alieni tēporis floribus Capitolinus refert. Nigrinus quoque apud Lucianum reprehendere solitus* τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας, τὸ δ᾽ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας, qui media se hieme rosis implerent, rarum illud & intempestiuum in iis amantes, sui temporis & naturale superbè, vt vile ac nihili, despicati.

32. comparandæ sunt] *Benè est, nec controuertam. In* B *tamen expertè est* ēparandæ, *in* V epandæ, *quod tantundem est, vt obseruamus ad pag. 29.29. Sed nimirum*, par. *fuerit in autographo. Animaduersum autem mihi semicirculum inuersum librariis* con *vel* com *valere*.

pag. 229. 5. poculo fortuito] *Horatius*, Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant. *Neque aliter* fortuitò cenare *Suetonius dixit, &* per fortuita animalia vehi *Lampridius Elagabalo*.

18. communibus defuerit ind.] *Erratum à compendiis. nam* coībus *&* communibus *est, &* comibus, *vt in* B *est explicatè. Infrà*, Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia Principis nostri, rude (vt vrbanis istis videtur) parum come, subrusticum.

29. Saxo præcipites dati] *Mira lectio quæ in* V, præceps dati, *& in* præceps *emendaram. Sed ecce & Sex. Victor*, Senatus (*inquit*) satellites propinquosque per scalas Gemonias præceps agendos decreuit.

30. interdicta posteris nomina] *Prænomina certè. Liuius* VI, *de Manlio Capitolino*, Adiectæ mortuo notæ sunt, publica vna, quòd cùm domus eius fuisset vbi nunc ædes atque officina Monetæ est, latum ad populum est ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret; gentilitia altera, quòd gentis Manliæ decreto cautum est ne quis deinde M. Manlius vocaretur.

35. Nepotiane atque Siluane] *Ambo imperium inuaserunt, Flauius Popillius Nepotianus*, (*Sex. Victori est Potentianus, falsò, & errore, vt opinor*) materna stirpe * Flauio propinquus, (*Verba sunt eiusdem Victoris*) cæso Vrbi præfecto, armataque gladiatorum manu, *Flauius Siluanus, in Gallia ortus Barbaris parentibus, sed ordine militiæ, & quòd olim à Magnentio transfugerat*

*Id est, Cōstantino, vt aliàs semper Victori positum. nam matrem Eutropiam ha-

rit ad Constantium, pedestri Magisterio donatus. Vterque intra octauum & vicesimum diem oppressus est, ille à Magnentianis, hic Agrippina à Constantianis. bebat, Diui Constantij, patris Constantini, filiam. pag 230.6.

& vltrò omnibus largiam.] *Arbitror verum*, & (vltrà) omn. *&c. Lege quæ notamus ad pag. 12.10.*

dispoito exerc. commeatu] *Infrà mox*, Cùm Romani populi victis, & exercitus commeatus esset in nauibus, *&c. Paulo pòst* annonæ vacuam *dixit vt alibi* opum vacuo, *& Eumenius in Constantinum* vacuum commodorum. *Vsurpatum & Plauto, vt Bacchidibus*, Valens afflictat me vacuum virium, *& alibi sæpe.* 21.

esurientem iam Vrbem] *Infrà*, An populus est timendus procuratori alimentorum suorum, *&c. Non longè hinc* nauibus *benè scribitur, non* manibus. *Contrà Plinij panegyrico* manibus *pro* nauibus *non semel corruptum. Vide pag. 30. 24. & 75 5.* 28.

amoris in patriam] *Constantinopolim. Suprà*, Hæc tibi, nominis noui, sed antiquissimæ nobilitatis, ciuitas patria est. *Mox* futuræ felicitatis euentum *equidem decessus Constantij Imperatoris nuncium iam iam imminens exponam. Quo successu potiturum se rerum Iulianus diuinabat. Infrà*, Cui non vel illud tempus sedatæ præbuit mentis indicium, quo horrendi belli metu rep. liberata elati sumus cuncti gestiente lætitia? pag. 231.1

Cis pauculos dies] *Sex. Victor*, Eum (*Vetranionem*) Constantius cis mensem decimum facundiæ vi deiectum imperio in priuatum otium remouit. *Vsus & Plautus Mostellaria*, Cis hercle paucas tempestates Tranio Augebis ruri numerum, genu ferratile. *Vbi quod Muretus Variar. v cap. IX numero rescripsit, meo animo, frustrà est, hoc quidem loci.* 16.

ipso tempore refutatur] *Hoc vult, (credo) alienum esse imperio Iuliani minus dignos legere, Constãtianis Magistratibus rapina, & omni crudelitate infamibus. Iulianus ad Alypium, Constantij olim partium, vt apparet,* σύ τε γὰρ οὐδὲν δέῃ συγκαταστρεφομένου τὴν πόλιν βασιλέως, ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθούντων τὰ πεπτωκότα κακῶς. nam nec tu regis indiges qui Vrbem vnà euertat, & opus mihi multi qui pariter instaurent quæ fœdè collapsa. *Vide tamen quæ initio huius ipsius laudationis ex Ammiano notamus. Proximè* tamen *retineo, & obstrua-sis Lector errorem à compendiis. nam vetus scriptura* tñ, *cui tũ admodum vicinum.* 30.

sine impendio] *Spartianus Hadriano*, Ceionium Commodum Verum Prætura honorauit, ac statim Pannoniis imposuit, decreto Consulatu cum sumptibus. *Iulius Capitolinus M. Antonio,* pag. 232.1.

tonio,

non admodum ad stomachum meum, quod pace eius dixerim. Sed profectò liberum est omne hoc litterarium arbitrium, vereq́; ille nescio quis, Qui benè diurnarit vatem perhibebo optimum. *Equidem* pernox *reposuerim. Dixerat de diurna indignitate eorum qui aula monstra captabant, nunc amplius ait, nec noctu, & quidem à patriciis, ab ea cessatum. Estq́;* ad fores pernox, *si Græcè reddas*, διανυκτερεύων ἐπὶ θύραις. *Proposui modò quod verisimile mihi videretur, nec præmium posco. Tu censeas Lector.*

pag. 236. 21. vnius est hiemis oliuitas] *Hoc est, olei prouentus, qua figura & autumnitatem Arnobius dixit Aduersus Gentes* I, Ex oliuis vestris atque vineis plenam faciant autumnitatem fundi, at ex nostris exprimi vnum prohibeant palmitis rorem. *Eiusdem operis* II, Interrogemus & nos contrà, Quæ causa, quæ ratio est, vt non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius * hiems, serius æstas atque autumnitas fiant? *Minutius Fælix, Octauio*, nam id temporis post æstiuam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat. *Vtrumque apud Catonem, Varronem, Columellam legas. Paulo antè veterem scripturam*, Nec quis (*meo animo*) *benè in* Nunc quis *reformes, pro eo quod vsitatius in orationis transitu*, Iam quis. *Occurrit & laudatione Pacati* 275. 9. *Tu vide Lector qua notamus ad pag* 40. 34.

* hiemes MS

pag 237. 10. Fortunatorum insulas] *Eumenius in Constantinum*, nec Hiberniam proximam, nec Thulem vltimam, nec ipsas (si quæ sunt) Fortunatorum insulas dignabatur acquirere, *&c. Horatius Epod.* XVI, beata Petamus arua, diuites & insulas, Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea, *& quæ sequuntur.*

34. ac necdum spoliatam] *Arbitror germanum quod in* V *est*, nedum. *In* B C *lego*, ac non solum spol., *quod glossema & interpretamentum meis auribus. Gemina verò hac Ciceronis ad Atticum* X *epist.* XVI *extrema*, Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste. *Quanquam ne inibi quidem explorata scriptura. nam ecce editum Manutio*, & non modò morbum rem. *Sed illo modo in optimis libris, homo diligens, Simon Bosius perspicuè offendit, & secundum eos equidem litem dem, addicã. Atque hac notatio est vocis qua de loquimur cùm præponitur, alia cùm postponitur. Quo positu tantundem est ac si dicas multominus. Seneca De beneficiis* VI *cap.* XXXVII, Ne in patrocinium quidem (nedum in gloriam) incendium extinxisse quòd feceris reputatur. *Alij passim.*

amictum

amictum purpura] *Eadem, & iisdem penè verbis. Pacatus in* 26.
Theodosium, Tu amicitiam non solùm intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam solio recepisti.

qui paulo antè pecorum atque quadrupedum, &c.] *Insolens* 29.
lectio qua in V, pomorum ac quadrupedum. *Sed indubiè verum est quod* B C *referunt* pronorum ac quad *Ouidius*, Pronaque cùm spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit. *Sallustius Catilinar.*, veluti pecora, quæ Natura prona, atque ventri obedientia finxit. *Quod proximum est, digitum mihi intendere videtur in Constantij Imperatoris sæculum, vt iniquius aduersum Philosophos, (quod iam dixit) ac mathematices, qui & aliàs Vrbe, Italiaque submoti à Principibus futurorum scientia metu, vt ex historiis clarum.*

quòd imperitia rudes, &c.] *Facilis emendatio*, quòd impe- pag.238.35
riti ac rudes, &c. *vt in* C *est subaudi* ὑπάρχοντες. *Sed argutit adolescens qui Macrobium nuper vulgauit, reponique vult*, primum quòd illi peritia rudi, &c. *In quo calidè sibi placet. At ego eum habere sibi res suas ex animi sententia iubeo, & mecum tu Lector, sat scio.*

in amicis habetur, vltrò, &c.] *Auctiores libri nostri*, V B C in pag.239.11
am. habetur. Qui in oratoria facultate, qui in scientia iuris ciuilis excellit, vltrò, &c.

& princeps veritas] *Non hoc assequor, ac ne veterem quidem* 20.
scripturam, qua repræsentata mihi cum fide. Placet rescribi, & maximi Principis securitas, *ac* virtutum *exponam*, bonorum & præditorum virtute, κατὰ μετωνυμίαν. *Æquè proximius quid agam nullus video, nec vel leuiter mentem elicio. In* V C *est.* Nunq. in an., *in* B Nunquam, *nihili ad sententiam momento. Legebam timidè, & citra præiudicium*, Num quis malignè de se suspicatum audiuit? *Sed tu adiuua-sis mi Lector, & si quid ad manum melius, imperti.*

aliorum Imperatorum] *Domitianum notat, de quo adi Sue-* 23.
tonium cap. XI.

in laceratis Galliæ prouinciis lapsus] *Quid hoc audio? Lapsus* pag.240. 6.
in Galliis Iulianus, hoc est, ἔπταισεν? *At enimuero quæ mihi ab eo contra Barbaros gesta fortiter ac feliciter Constantij, & factionum inuidiam conciuerunt, vt suprà dixit. Legam ego, haud sanè fidenter*, In laceratas Gall. prouincias. *Ait incidisse & incurrisse in Iulianum laceras ac deploratas Gallia prouincias, non consilio & sponte ab eo susceptas.*

induit fatum] *Nihili & inepta lectio, sed ad verum mihi præi-* 20.
uit quod in V *repperi*, fratrum. *Emendabam liquidò* fratrem, *id est, caritatem fraternam. erant enim inter se fratres patrueles*

Con-

Ptolemaeus quoque in secundis post Tabropanam collocat.

26. Cæsar ille auctor vestri nominis] *Eustathij è commentariis in eundem Dionysium verba hic subscribam.* εἰς Βρεττανικὴν νῆσον διαίρων, ἤγουν ἀποπλέων, Καῖσαρ ὁ ἐπιλεγόμενος θεὸς νύκτωρ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίους σταδίους διάπλουν τελέσας. δὶς δὲ (φασὶ) διαβὰς ἐκεῖ, ἐπανῆλθε διὰ ταχέων, οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος. οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, ἀλλὰ δύο μὲν ἢ τρεῖς νίκας νικήσας, ἀπολέσας δὲ πλοῖα πολλὰ, διὰ τὴν αὔξησιν τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων. *Tu cui vacat ipsum Cæsarem lege* IIII *De bello Gallico.*

34. & postea Mithridatico] *Falsum id quidem. præcessit enim, non successit Mithridaticum. Clarum ex historiis. In* c & propiore Mithrid., *in* v b & propiore *inueni* *Iuuem ego, ac primore syllaba recisa* priore *corrigam. quod perspicuè rectum.*

pag. 214. 13. auctorum magisterio] *Sequor* auctoris, *& de Carausio capio.*

20. inclementiam maris, &c.] *Vereor vt ad gratiam, non ex vero dixerit. nam auctor mihi Eutropius frustra aduersus virum rei militaris peritissimum tentata bella, & ad extremum pacem conuenisse, quod alibi notare memini.*

24. communis pœnæ timore] Cois *est in* c, *compendio. Exponebam* communis *quæ omnibus deberetur, vt pari scelere obstrictis. Sed è* b oïs *notatur, id est,* omnis, *&* pæne, *non* pœnæ, *quod & v præfert. Vnde suspicio Franc. Modio* omni pæne timore, *&c. legendum. Ego* pœnæ *retineam, in altero prope est vt assentiar. Proximè* satelles *est Allectus, cuius scelere, vt infida est latronum societas, occisus Carausius.*

25. tanti discriminis] *Quod hic periculum & discrimen? Ego* criminis *probem, scilicet interfecti socij & imperatoris. Cui sceleri præmium imperium peteretur.*

33. potest. atis tuæ maiestate] *Fœdam maculam sine libris de ingenio correxeram,* inuoc. patris tui maiest., *quo nihil verius. Nunc testificor id exertè in* v b *extare. Patrem intelligit Maximianum Herculium A. Vide quæ primo hoc panegyrico notamus. Erratum est autem (vt hoc obiter addam) à compendiis.*

pag. 215. 14. Fronto, Romanæ eloq. non alt. &c.] *Cornelium Frontonem accipio, quo Latino oratore vsus M. Antonius Philosophus. Auctor Capitolinus. Pertinent que ad eum (opinor) hæc Macrobij Saturnal.* v *cap.* 1, Quatuor sunt (inquit Eusebius) genera dicendi, copiosum, in quo Cicero dominatur, breue, in quo Sallustius regnat, siccum, quod Frontoni adscribitur, pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.

belli in Britannia confecti] *Idem Capitolinus*, Britannos per 15.
Lollium Vrbicum, Legatum, vicit,* alio muro cespitio submo- f alto
tis Barbaris ducto. *Pausanias Brigantes vocat Arcadicis, additaq; magna soli parte multatos, quòd Genuniorum, qui P. R. subditi, agrum cum armis inuisissent. Mox ineptè* Antonio *legebatur. est enim sermo de M. Antonino Philosopho.*

mandasset auspicium] *Ouidius ad Augustum de Tiberio in Delmatas Legato*, Auspicium cui das grande, Deosque tuos. 17.

Siquidem magis Gespriac. litore, *&c.*] *Codicum discors, & non vnà lectio. in* L *abest* magis. *In* V *lego omnino*, siquid. magis origiacensi lit., *in* B, siquidem à Geforigiacensi lit., *propius vero nam germanum reor*, siq. a (*seu* in, *vt in* C *est*) Gesoriacensi lit. *Adi qua notata mihi suprà ad pag.* 210. 16. *Egregiè quoque* prior *additur, scilicet exercitus tui parte, vt mox sequitur, idq; illustrat vehementer quod praecessit*, exemplo. 23.

Quem Sequanam fluctus inuexerat] *Expeditum* Sequanae fluct., *quod in* L *est, sed quis fluctum attribuat flumini? In* V *scriptum explicatè*, quem sequa natura nisi inuexer. *Erui tandem è vestigiis (meo animo) bellè*, quē Sequana curuus inuexer. *Tu adi tabulas mi Lector, & perpetuos fluuij, certè inde à Parisiis, flexus obserua, E* B *notatum*, quem Sequanam nisi inuexer., *in quo reliquiae quaedam proximae lectionis.* 26.

ad tempus ipsum] *Auctor in Constantinum A.*, cùm ad tempus ipsum quo pater in Britanniam transfretabat classi iam vela facienti repentinus tuus aduentus illuxit. *Mox* Vecta *insula Suetonio est* Vectis *Vespasiano cap.* IIII. pag. 216. 6.

ne vel moraretur ipse tum,] *Perspicuè verum est* morar. impetum. *Estq; ab exscriptorum compendiis error. nam vetere scriptura* ipe *&* impe *valet &* ipse. 9.

vbi vultus vestri, *&c.*] *Nota & obuia in historiis Principum in vexillis imagines. Paulo pòst*, in tuorū manus, *Asclepiodotum sentit, Pratorio praefectum, à quo Allectus oppressus. Eutropius.* 31.

te post terga respiciens] *Totidem pane verbis Pacatus in Theodosium*, Ibat interim Maximus, ac te post terga respectans in modum amentis attonitus auolabat. 34.

Illa Barbara, *&c.*] *Non occurrit melius quàm quod olim ante codices inspectos diuinabam*, Illa inquam Barb. *&c. Sed è* B *notatur*, ita illa Barb. *Fortassè an legendum*, texerunt, & illa Barb. *&c.* pag. 217. 9.

dolorem vulnerum fuerant secuta] *Idem Pacatus*, Illi mutilis excisisque membris reliqua sui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum sequebantur. *Mox* velaminis, *nescio an non rectiùs* vel alterius, *quod olim mihi in mentem venerat.* 21.

16. Adeò verum sibi dixerat] *Incertus in Constantinum A.*, Et adeò ipse verum sibi dixerat, & venturo tibi cesserat, *&c.*

28. in spectaculo voluptatem] *Respicit (opinor) ad illa suprà*, totis porticibus ciuitatum sedere captiua agmina Barbarorum, *&c.*

35. Gloriare tu verò] *Potius sit (meo animo) rescribi* verè. *cõmittit enim solidam veramq; Constantij Cæsaris è Britannica victoria laudem cum illa de qua suprà Diui Iulij ostentatione & iactantia, qui hoc vno gloriari debuerat, quòd Oceanum nauigasset. Meritoq; ad Vespasianum eruditus poëta*, Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos, *& ab hac ipsa mente pseudo-Seneca Octauia, de Diuo Claudio*, En qui Britannis (*Sic fidenter à me olim correxi, citra magnum illum Criticum, qui nunc quoque quis sit nescio, pro* ora Tanais. *non, quod vir Doctus reposuit*, ora Tamesis) primus imposuit iugum, Ignota & antè classibus texit freta, *& quæ sequuntur.*

pag. 218. 17 paucorum ex Francis captiuorum] *Adi Zosimum extremo libro* I. *Vopiscus quidem, Probo, ad Gepidas Vandalosq; transtulisse mihi videtur. Eum lege.*

34. minoribus gaudiis feruntur] *Infrà mox*, Nec mirum si tanto gaudio ferebantur, *&c Pro restaur. scholis*, vt quocumque oculos circumtuli ad restitutionem operum singulorum gaudio ferar. *Pacatus in Theodosium*, Ambo pari gaudio ferũtur exercitus.

pag 219. 2. prouidentiæ vestræ] *Sequor* L, *è quo exscriptum*, prouidentiam vestram, & in factis fortunam impens. gratul. *Confer quæ suprà scripsimus ad pag.* 210. 11. *Pro* infectione *reposueram de coniectura* in confectione. *Quod ne nunc quidem damnare possum.*

6. Sola sui restitut.] *Emendem* tui, *id est, tuo vnius reditu & aduentu*. Vestram *verò, hoc est, tuam tuorumq; Ducum, & militum.*

19. vera imperij luce] *Nam Carausij, & Allecti non imperium, sed tyrannis ac latrocinium fuit.*

pag. 220. 21. quidquid infrequens Ambiano, *&c.*] *Loca hæc habuerit (credo) in mente cùm suprà dixit Barbaros prouincialibus ad obsequium distributos, donec ad destinatos sibi ducerentur cultus solitudinum.*

23. Baro cultore reuirescit] *Sudatum doctissimo Pithœo in hoc* Baro *Aduersar. subseciuor.* I. *cap.* VIII, *visumq;* vario, *aut* Ambarro *rescribere, frustrà, & irrito successu. nam perspicuè probum* Barbaro. *Suprà*, & cultor Barbarus laxat annonam. *Impedita quoque in* B *scriptura*, restababat baro cult., *sed in*

quæ

qua vestigia sana lectionis clara & expressa, restabat Barbaro cult, *quod eruditè & Franc. Modius vidit. Infrà mox*, ciuitas Æduorum *indubiè Augustodunum est, à Constantij beneficiis quæ hic commemorat Flauia transnominatum, vt iam diximus.*

IN XI.

CVm me ærar. publ. cur. vol.] *Infrà*, Primùm thesaurorum omnium mandata custodia, & dispensatio largiendi, *& quæ sequuntur. Magna verò & eximiæ laudes quas de se prædicat, si ex fide. Sed de Ammiano obseruo, cùm is videri haberiq; vellet, sequiores in se hominum voces commouisse. Verba eius è XXI. hæc sunt*, Tunc & memoriam Constantini, vt nouatoris, turbatorisque priscarum legum, vexauit, eum apertè incusans, quòd Barbaros omnium primus adusque fasces auxerat & trabeas Consulares, insulsè * nimirum & leuiter, qui cùm vitare deberet id quod infestius obiurgauit, breui postea Mamertinum ad Consulatum euexit, nec vita, nec splendore, nec vsu, nec gloria horum cuiusquam similem quibus magistratum detulerat amplissimum Constantinus, contrà inconsummatum & subagrestem, & (quòd minus erat ferendum) celsa in potestate crudelem. *Iterum*, Mamertinum, præfectum prætorio per Illyricum, designauit Consulem, & Neuitam, qui nuper, vt primum augendæ Barbaricæ vilitatis autorem, immoderatè notauerat Constantinum. pag. 221. 22 f. nimium

partim non minus exitial.] *Deest alterum membrũ, quod expleo*, partim deprædatione Barbarica, partim nõ minus *&c. ex* BIC. 27.

nominis noui] *Nam Byzantium prius dicta est, à conditore Byzante. Claudianus in Eutropium* II, Hoc Byzas Constantinusque videbunt? *Sibylla Erythræa (seu Phaëllo Epirotis est) oraculo quod Historiar.* II. *refert Zosimus*, τυχὺ δ' ἐπιδόντων ἀρχῇ Ἀνδράσιν οἱ Βυζαντίοι ἕδος κατεσκευάκασι. Tum regna ingentia quondam Debentur terris posuit quâ mœnia Byzas. *Adi Eustathium in Dionysij Alexandrini περιήγησιν. Atticorum coloniam Byzantium Ammianus vocat* XXII. pag. 222. 15

quasi quoddam salutare Sidus] *Idem Ammianus, de Iuliano*, vrbi (*Antiochia*) propinquans in speciem alicuius Numinis votis excipitur, publicas miratus voces multitudinis magnæ, salutare sidus illuxisse Eois partibus acclamantis. *Cleopatra ad Iulium Cæsarem apud Lucanum* X, Tu gentibus æquum Sidus ades nostris. 67.

auspicatissimo die] *Intellexerit (opinor) Cal. Ianuarias, quibus Magistratum inierint. Fl. Claudius Mamertinus noster* 19.

& Fl. Neuita A. V. C. MCXIII. *Vt ordinarij Consules fuerint, nullus in eum annum suffectus, quod quidem in Fastis annotetur. Firmant hac Ammiani qua asscripsi,* Allapso itaque Calendarum Ianuariûm die, cùm Mamertini & Neuitæ nomina suscepissent paginæ Consulares, humilior Princeps visus est in officio, pedibus gradiendo cum honoratis.

28. quanto totius] *Arbitror verum* quantocius, *etsi id haud recordor in classico scriptore legere. Sed vsus & Sulpicius Seuerus Dialog.* III. *cap.* V, Nihil loqui te necesse est, scio quid desideres, video quid requiras. Discede quantocius, ne me ob iniuriam tuam cælestis ira consumat.

33. fratris Imperatoris] *Verè* fratris. *nam Iulianus & Constantius Augustus inter se fratres patrueles: ille Constantio, quem* post fratris Constantini excessum *(Verba sunt Ammiani è* XXV) inter complures alios turba consumpsit, imperij successorem, *hic Constantino Magno, germanis, non vna matre, editi. Valer. Flaccus Argonautic.* I, Prior huic tunc regia proles Aduolat, amplexus fraternaque pectora iungens. *Acastus enim & Iason patrueles ab Aesone & Pelia, fratribus. Aliter Diocletiano A. Herculius frater, vt me alibi notare memini.*

pag. 223. 16 Ingenua indignis, *&c.*] *Excidit vox à capite, quam inseram de ingenio,* Lacerabantur ingenua, *&c. Mox vbi est*, nimium habuit, *&c. reposueram* minimum hab., *sententia fideiubente, atque id demum in* B *repperi.*

25. Vna acie german. *&c.*] *Eutropius* X, Cùm multa oppida Barbari expugnassent, alia obsiderent, vbique fœda vastitas esset, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret, ab hoc (*Iuliano*) modicis copiis apud Argentoratum ingentes Alamanorum copiæ extinctæ sunt, * rex nobilissimus captus, Galliæ restitutæ. *Zosimus Historiar,* III. LX *millia in eo conflictu cecidisse ait, totidem in Rhenum fluuium acta & extincta. Ad ilocum.*

*regis filius, Vadomarius. Zosimus.

30. in vltorem iuris] *Id est, vindicem & instauratorem. Infrà mox,* vt aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura restituat. *Sed Diuaus noster* in auctorem *malebat.*

32. opinionum, vituperationum] *Placet alterutrum abesse, nisi si coniunctionem et immittimus, quod nō temerè probem. Posterius quidem meis auribus glossema sapit, atque id potius tollam. Suetonius Augusto cap.* LXVII, Cosmum, seruum, grauissimè de se opinantem non vltra quàm compedibus coërcuit.

34. accusatoriam dicit. laud. tit. perag. *Notata hac aulicorum scabies & Polybio Historiar* IIII *extremo.* Ὁ δὲ Ἀπελλῆς (*inquit*) οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς προαιρέσεως, ἀλλὰ τὸν Ταυρίωνα τὸν

ἐπὶ

ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον διέβαλλεν, οὐ ψέγων, ἀλλ᾽ ἐπαινῶν, καὶ φάσκων ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν, βουλόμενος ἕτερον ἐπισταθῆναι δι᾽ αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ᾽ ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. Εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον ἡ τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. At proposito Apelles neutiquam absistere quin Taurionem calumniaretur, qui Peloponnesum procurabat, non insimulans, sed laudans, & idoneum prædicans qui sub dio cum rege vnà agitaret, volens Peloponnesi rebus alium ab se præfici. noua hæc enim calumniandi inuenta ratio, non accusatione, sed laudibus noxam in socios comparare. Inuenta est autem potissimùm ac primùm hæc malignitas & inuidia atque fraus ab iis qui in Palatiis degunt, eorumque inter se æmulatione, studioque præstandi. *Tacitus de Iulio Agricola*, Crebrò per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen vllum, aut querela læsi cuiusquam, sed infensus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac pessimum inimicorum genus, laudantes.

obsessæ, expugnatæ] *Sequor* expugn., *non* oppugn. *Suprà*, florentissimas quondam antiquissimasque vrbes Barbari possidebant. *Et alioquin oratio crescit.* pag. 224. 3.

Prouincias firmissimas] *Gallias significat, opinor. Easq; Diuus* 17.
Claudius Romanæ reip. vires *appellat epistola ad Senatum, quam Trebellius recitat.*

Nobilem Etrur. adolescentem, *&c.*] *In* V *adscriptum margini*, 22.
Spurina fuit, *verè*. *Adi Valerium Maximum* IIII *cap.* V.

vicem fortitudinis] *Pithœus Aduersar. subsec.* I *cap.* XV. vitem 35.
emendabat, allusione ad Centurionatus vitem, durè, & cui equidem non applaudam. Mihi cum doctissimo Lipsio ceruicem *placet.*

gentesque recensuitas) *Itidem & in* V B *est, in* C R recensitas, pag. 225. 9.
neutrum probè. Vera lectio qua in L, recens victas, *scilicet à Constantino Magno, & ante à Constantio patre. Proximè quoque* sed aduersum *legam, non* & adu. *Mox* quæ omnia *detractorum voces exponam, quas specie laudum accusationem peregisse antè dixit. nam quæ deinceps sequuntur, meo animo, ad Iuliani apparatum pertinent in Constantium mouentis.*

comites viæ] *Hoc est, itineris*, πορείας. *Infrà*, Qui properatio- 19.
nem illam contemplabitur, nihil egisse præter viam Imperatorem putabit. *Propertius*, Et maris & terræ cæca pericla viæ.

Iterum, Sit Galatæa tuæ non aliena viæ. *Sophocles Trachiniis, de Deianira* Ο'ὔποτ' ἐυνάζειν ἀδακρύτων Βλεφάρων πόθον, ἀλλ' ἀι-είμνασιν ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ Ε'νθυμίοις ἐυναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι κακὰν Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. *Quæ Latinè totidem numeris mutabam*, Dulcibus nullam leuare ægros Lacrymis oculos, sed Olim mariti dum timet vsque viæ, Sæua inquiem cura tori Frigentis angi, flebilis Iam iamque sperantem orsa Fati.

21. prolapsum cælo] *Non sollicito. sed nec damnes quod in c offendi*, primæ lapsum cælo, *&c Seruius ad illa Æneid.* 11, *Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium, &c* Dicunt sanè alij (*inquit*) vnum simulacrum cælo lapsum apud Athenas tantum fuisse, alij duo volunt, hoc de quo diximus, (*Troianum*) & illud Atheniense.

pag.126. 5. Prò sancta diuinitas,] *Infrà*, Illic (prò sancta diuinitas!) gaudentibus cunctis quo ore, qua voce inquit, Aue Consul amplissime? *Iterum* Quid secutus sit ipse scit, & quæcunque consilia eius gaudet formare diuinitas. *Rursum*, Absit Auguste, & istud sancta diuinitas omen auertat, vt tu à quoquam mortalium expectes vicem beneficij.

leuati status] *Id est, fortuna, vt proximè velut se ipse exponens* καὶ ἐπεξηγούμενος *subdit. Seneca De beneficiis* III *cap.* III, Amauimus aliquem & suspeximus, & fundatum ab illo statum nostrum professi sumus. Leuati *sic dixit vt infrà*, leuati equorum pretiis enormibus Dalmatæ. *Cicero Pro L. Cornelio Balbo*, Testantur (*Gaditani*) & mortuos nostros Imperatores, quorum viuit immortalis memoria & gloria, & hoc tempore ipso populum R., quem * in caritate annonæ (vt sæpè antè fecerant) frumento suppeditato leuauerunt. *Lucanus* IIII, Tandem volgata cruenti Fama mali terras monstris æquorque leuantem Magnanimum Alcidem Libycas exciuit in oras.

* malim abesse,

13. innumerabilibus Barbaris] *Capio de Quadis, & Saxonibus, quos Iulianus Chariettônis cuiusdam transfuga ductu & insidiis casos pluries, intercepto regio filio, ad conditiones pacis admisit, iuratos tamen in Romanos nunquam arma capturos. Zosimus Historiar.* III.

22. sideribus consecrasti] *Nota fabula. Valer. Flaccus*, Prima Deûm magnis canibus freta peruia nautis, Fatidicamque ratem, Scythici quæ Phasidos oras Ausa sequi, mediosque inter iuga concita cursus Rumpere, flammifero tandem concedit Olympo.

23. puerum inuentorem serendi] *Virgilius Georgic.* I, vncique puer

puer monstrator aratri. *Triptolemum sentit. Adi Ouidium Metamorph.* v *extremo. Idem Tristium* III *eleg.* VIII, Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus, Misit in ignotam qui rude semen humum. *Et alibi passim.*

per eiusmodi agros] *Suspicabar verum* cuicuimodi, *hoc est, ὡς τὰ τυχόντα πεδία, fuisseq́; in principe scriptura* cuimodi, *curtè, librario primorem syllabam geminare oblito, quo genere frequenter est peccatum. Sed Franc. Modio è* B *exscriptum* cuiuscemodi, *proximè ad nostrum, & eodem sensu. Pro nostro quidem hac Agellij stant* IX *cap.* II, Demus huic aliquid æris, cuicuimodi est, *vt exhibent membrana.* 34.

formidines obserentem] *Plautus Trinummo*, Post id frumenti cùm alibi messis maxima est, Tribu' tantis illi minu' redit quam obseueris. *Addit Philto, Hem.* Istic oportet obseri mores malos, Si in obserendo possint interfieri. pag. 227. 3.

Mæotidem porrigebas] *Non est de nihilo librorum in voce nota varietas. Eruebam è vestigiis non infeliciter, opinor*, Tyrrhenum mare, Oricum. porrig. *Oricos Epiri ciuitas, & de Iuliani beneficiis in Epirotas mox auctor.* 5.

Epirotæ intol. trib. *&c.*] *Palmare est quod è duobus fidelissimis codicibus insertum*, ad incitas, *subaudi, lineas, aut ψήφους. Isiderus Originum* XVIII, Calculi qui moueri omnino non possunt incitos dicunt. Vnde & egentes homines inciti vocantur, quibus spes vltra procedendi nulla restat. *Benè eruditus Grammaticus. At Nonio Marcello (si DIs placet)* incitas *est* egestas. *Plautus Pœnolo Scena Sati spectatum est*, Profectò ad incitas lenonem rediget si eas abduxerit. *Idem Trinumma Scena Minu' quindecim*, Alij exulatum abierunt, alij emortui, Alij se suspendere. Ph. Hem. St. Hic nunc cuius est, Vt ad incitas redactu' st! *Pro eodem vsurpatum &* ad incita, *subintellige, loca. Lucilius* Satyrar. III, Illud, ad incita cùm redit atque internecionem. *Idem* XV. Villicum Aristocratem, mediastinum atque bubulcum, Commanducatus corrupit, ad incita adegit. *nam malè, & contra carminis legem* incitas *vtrobique est in Nonio. Plura doctissimus Ios. Scaliger appendice ad Coniectanea in Varronis sextum.* 7.

Vrbs Nicopolis] *Suetonium lege Augusto cap.* XVIII. *Obnoxiam terræmotui fuisse auctor Seneca Natural. quæst.* VI. *cap.* XXVI. 10.

non gustu, sed difficultat. æstim.] *Pacatus in Theodosium*, nam appositas dapes non sapore, sed sumptu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa nau- pag. 228. 28.

 fragiis

fragiis maria misissent, quos inuitæ quodammodo reluctantique Naturæ pericula rapuissent. *Suprà*, r.p. sentiebat, *est* respublica, *non* populus Romanus, *vt opinor.*

30. æstiuæ niues, hibernæ rosæ] *Idem Pacatus*, parum se lautos putabant nisi luxuria vertisset annum, nisi hibernæ poculis innatassent rosæ, nisi æstiua in gemmis capacibus glacie falerna fregissent. *In infami quidē L. Veri Imperatoris cōuiuio coronas datas lemniscis aureis interpositis, & alieni tēporis floribus Capitolinus refert. Nigrinus quoque apud Lucianum reprehendere solitus* τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας, τὸ δὲ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας, qui media se hieme rosis implerent, rarum illud & intempestiuum in iis amantes, sui temporis & naturale superbè, vt vile ac nihili, despicati.

32. comparandæ sunt] *Benè est, nec controuertam. In* B *tamen expertè est* cōparandæ, *in* V epandæ, *quod tantundem est, vt obseruamus ad pag. 29. 29. Sed nimirum,* par. *fuerit in autographo. Animaduersum autem mihi semicirculum inuersum librariis* con *vel* com *valere.*

pag. 229. 5. poculo fortuito] *Horatius*, Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant. *Neque aliter* fortuitò cenare *Suetonius dixit, &* per fortuita animalia vehi *Lampridius Elagabalo.*

18. communibus defuerit ind.] *Erratum à compendiis. nam* coībus *&* communibus *est, &* comibus, *vt in* B *est explicatè. Infrà*, Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia Principis nostri, rude (vt vrbanis istis videtur) parum come, subrusticum.

29. Saxo præcipites dati] *Mira lectio qua in* V, præceps dati, *&* in præceps *emendaram. Sed ecce & Sex. Victor*, Senatus *(inquit)* satellites propinquosque per scalas Gemonias præceps agendos decreuit.

30. interdicta posteris nomina] *Prænomina certè. Liuius* VI, *de Manlio Capitolino*, Adiectæ mortuo notæ sunt, publica vna, quòd cùm domus eius fuisset vbi nunc ædes atque officina Monetæ est, latum ad populum est ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret; gentilitia altera, quòd gentis Manliæ decreto cautum est ne quis deinde M. Manlius vocaretur.

35. Nepotiane atque Siluane] *Ambo imperium inuaserunt, Flauius Popillius Nepotianus, (Sex. Victori est Potentianus, falsò, & aliàs semper errore, vt opinor)* materna stirpe * Flauio propinquus, *(Verba sunt eiusdem Victoris)* cæso Vrbi præfecto, armataque gladiatorum manu, *Flauius Siluanus, in Gallia ortus Barbaris parentibus, sed ordine militia, & quòd olim à Magnentio transfugerat*

*Id est, Cōstantino, vt Victori positum. nam matrem Eutropiam ha-

rit ad Constantium, pedestri Magisterio donatus. Vterque intra octauum & vicesimum diem oppressus est, ille à Magnentianis, hic Agrippina à Constantianis. bebat, Diui Constantij, patris Constantini, filiam.

& vltrò omnibus largiam.] *Arbitror verum*, & (vltrà) omn. *&c. Lege quæ notamus ad pag.* 12.10. pag 230.6.

dispoito exerc. commeatu] *Infrà mox*, Cùm Romani populi victis, & exercitus commeatus esset iu nauibus, *&c. Paulo pòst* annonæ vacuam *dixit vt alibi* opum vacuo, *& Eumenius in Constantinum* vacuum commodorum. *Vsurpatum & Plauto, vt Bacchidibus*, Valens afflictat me vacuum virium, *& alibi sæpe.* 21.

esurientem iam Vrbem] *Infrà*, An populus est timendus procuratori alimentorum suorum, *&c. Non longè hinc* nauibus *benè scribitur, non* manibus. *Contrà Plinij panegyrico* manibus *pro* nauibus *non semel corruptum. Vide pag.* 30. 24. *&* 75 5. 28.

amoris in patriam] *Constantinopolim. Suprà*, Hæc tibi, nominis noui, sed antiquissimæ nobilitatis, ciuitas patria est. *Mox* futuræ felicitatis euentum *equidem decessus Constantij Imperatoris nuncium iam iam imminens exponam. Quo successu potiturum se rerum Iulianus diuinabat. Infrà*, Cui non vel illud tempus fœdatæ præbuit mentis indicium, quo horrendi belli metu rep. liberata elati sumus cuncti gestiente lætitia? pag. 231.19

Cis pauculos dies] *Sex. Victor*, Eum (*Vetranionem*) Constantius cis mensem decimum facundiæ vi deiectum imperio in priuatum otium remouit. *Vsus & Plautus Mostellaria*, Cis hercle paucas tempestates Tranio Augebis ruri numerum, genu ferratile. *Vbi quod Muretus Variar. v cap.* IX numero *rescripsit, meo animo, frustrà est, hoc quidem loci.* 26.

ipso tempore refutatur] *Hoc vult, (credo) alienum esse imperio Iuliani minus dignos legere, Constãtianis Magistratibus rapina, & omni crudelitate infamibus. Iulianus ad Alypium, Constantij olim partium, vt apparet,* σύ τε γὰρ οὐδ᾽ ἐν δέῃ συγκατερειψομένου τὴν πόλιν βασιλέως, ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθωσόντων τὰ πεπτωκότα κακῶς. nam nec tu regis indiges qui Vrbem vnà euertat, & opus mihi multi qui pariter instaurent quæ fœdè collapsa. *Vide tamen quæ initio huius ipsius laudationis ex Ammiano notamus. Proximè* tamen *retineo, & obstrua-sis Lector errorem à compendiis. nam vetus scriptura* tñ, *cui* tũ *admodum vicinum.* 30.

sine impendio] *Spartianus Hadriano*, Ceionium Commodum Verum Prætura honorauit, ac statim Pannoniis imposuit, decreto Consulatu cum sumptibus. *Iulius Capitolinus M. An-* pag. 232.1.

tonino, sed multum ex his Frontoni detulit, cui & statuam in Senatu periit, Proculum verò vsque ad Proconsulatum prouexit, oneribus in se receptis. *Valerianus epistola ad Aurelianum, quam Vopiscus refert*, Consulatum cum Vlpio crinito in annum sequentem in locum Gallieni & Valeriani sperare te conuenit sumptu publico. *Adde alteram eiusdem ad Ælium Xiphidium, ærario præfectum. Mox* nōnnunquam *prò* nunquam *cum Doctissimo Lipsio reponam. Eum lege Epistolic. quæst.* III *ep.* XXIIII.

22. cùm peteret Consulatum] *Sumptum è Cicerone, apuaquem* I *De oratore ipse hic L. Crassus de se confitetur*, Equiden cùm peterem Magistratus, solebam in prensando dimittere à me Scæuolam, cùm ei ita dicerem, me velle esse ineptum. Il erat petere blandius. Quod nisi ineptè fieret, benè non posse fieri. Huncautem * esse vnum hominem ex omnibus quo præsente ego ineptus esse minimè vellem. *Refert & Valer. Maximus* IIII *cap.* V.

*semper iudicaui esse hom. vnum ms

29. pro virili portione] *Id est. pro viribus, Tacitus Iulij Agricolæ vita*, Tu verò felix Agricola non vitæ tantùm claritate, sed etiam opportunitate mortis. Vt perhibent qui interfuerunt nouissimis sermonibus tuis, constans & libens fatum excepisti, tanquam pro virili portione innocentiam * Principi donares. Pro virili parte *Cicero dixit Philippica* XIII, nam cùm Magnum Pompeium auctoritate adduxit ad pacem, remque publicam sine armis maximo ciuilis belli periculo liberauit, tum me eius beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto. *Vsus & Pro Sextio, & alibi.*

Domitiano.

pag. 233. 8. tunc mecum dixi, Mamertine, *&c.*] *Scripturam quæ in* V *repræsentaui cum fide, eaq; diu me multumq; frustra fatigauit, donec tandem in* C *inueni*, tunc mecum, Claudi Mamertine, *&c. Quod perspicuè & palmariò verum est, nec longiorem orationem desiderat. Non longè infrà*, periculum remisisti *benè scribitur pro* commisisti. *Lege ad pag.* 185. 30.

pag. 234. 9. diuisorum flagitia] *Ineptè* diuersorum *est in* V. *sunt enim* diuisores *qui pronũciatas à petitoribus pecunias viritim per tribus diuidunt, vt notum. Proximè* luculorum *præst. est in eodem. Iuuem ego, & rescribam* loculorum, *meo animo, verè. Ausonius Gratiarum actione ad Gratianum*, Consul ego Imp^tor^ Auguste munere tuo, non passus Septa, neque Campum, non suffragia, non puncta, non loculos.

16. quem plures, id est, quem, *&c.*] *Apertè probum. Sed in* C *repperi*, quem plures I. quem, *&c. per notam & compendio. A quo quantum abest* .n. I *Id* enim *valet. Vnde hic error in exemplari*

plari nostro. Peiores *verò etiam Rhenanus legendum coniecerat, quod libri confirmant. Spectant q; huc Plinij hac epist.* XII *lib.* II. Sed hoc pluribus visum est. numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico consilio fieri potest, in quo nihil est tam inæquale quàm æqualitas ipsa. nam cùm sit impar prudentia, par omnium ius est.

Gabinios designatos] *Non hoc damnem, non, sed verisimile mihi cum Catone competitorem commissum, qui profectò Vatinius. Seneca libello*, Quòd in sapientem non cadit iniuria, *cap.* I, Nuper cùm incidisset mentio Catonis, indignè ferebas quòd Catonem ætas sua parum intellexisset, quòd supra Pompeios & Cæsares surgentem infra Vatinios posuisset, *&c. Rursum De diuina prouidentia cap.* III, Quod ad Catonem pertinet, summam illi felicitatem contigisse consensus hominum fatebitur, quem sibi rerum Natura dilegit cum quo metuenda collideret. Inimicitiæ potentum graues sunt? Opponatur simul Pompeio, Cæsari, & Crasso. Graue est à deterioribus honore anteiri? Vatinio postferatur. *Adde Valer. Maximum* VII *cap.* V. *Mox* debet record. *est in* C, *non* debent, *vtrumque falsò, & ab ignoratione curta scriptura. nam* dēt *in exaratitiis libris &* debet *&* dent *valet.* 18.

clades corporis separauit] *Claudiani versus pulcherrimos è* I *in Eutropium asscribam*. Illas præterea rerum Natura creauit, Hos fecere manus, seu prima Semiramis astu Assyriis mentita virum, ne vocis acutæ Mollities, læuesque genæ se prodere possent, Hos sibi coniunxit similes, seu Parthica ferro Luxories vetuit nasci lanuginis vmbram, Seruatoque diu puerili flore coëgit Arte retardatam Veneri seruire iuuentam. 30.

& improbissimum adul.] *Mira lectio qua in* V, & probissimum adul. *Et fallor? an germanum quod* B *prafert*, probrosissimum? Adulabant *vetustè dixit, vt Ausonius in Gratianum*, Tribus non circumiui, centurias non adulaui. 31.

Manlios, Scæuolas] *T. Manlium Torquatum Valer. Maximus* V *cap.* VIII, præter egregia multa (*Sic lego, non* propter) raræ dignitatis, *iuris quoque ciuilis, & sacrorum Pontificalium peritissimum fuisse refert. Itaque nihil mutem*. Mallios *tamen est in* V, *quod non excuso. Vidi etiam qui* Manilios *mallet, qui & ipsi iureconsulti.* pag. 235. 2.

ternos patriciæ gentis viros cern.] *Hui, ternos duntaxat? Immo (arbitror) frequentes*. Sernos, *aut* cernuos *rescriptum Doctissimo Lipsio Epistolicar. quæst.* III. *epist.* XXIIII, pag. 235. 16

non

non admodum ad stomachum meum, quod pace eius dixerim. Sed profectò liberum est omne hoc litterarium arbitrium, vereq; ille nescio quis, Qui benè diuinarit vatem perhibebo optimum. *Equidem* pernox *reposuerim. Dixerat de diurna indignitate eorum qui aula monstra captabant, nunc amplius ait, nec noctu, & quidem à patriciis, ab ea cessatum. Estq;* ad fores pernox, *si Græcè reddas*, διανυκτερεύων ἐπὶ θύραις. *Proposui modò quod verisimile mihi videretur, nec præmium posco. Tu censeas Lector.*

pag. 236. 21. vnius est hiemis oliuitas] *Hoc est, olei prouentus, qua figura &* autumnitatem *Arnobius dixit Aduersus Gentes* I, Ex oliuis vestris atque vineris plenam faciant autumnitatem fundi, at ex nostris exprimi vnum prohibeant palmitis rorem. *Eiusdem operis* II, Interrogemus & nos contrà, Quæ causa, quæ ratio est, vt non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius * hiems, serius æstas atque autumnitas fiant? *Minutius Fœlix, Octauio*, nam id temporis post æstiuam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat. *Vtrumque apud Catonem, Varronem, Columellam legas. Paulo antè veterem scripturam*, Nec quis *(meo animo) benè in* Nunc quis *reformes, pro eo quod vsitatius in orationis transitu*, Iam quis. *Occurrit & laudatione Pacati* 275. 9. *Tu vide Lector qua notamus ad pag.* 40. 34.

hiemes MS

pag 237. 10. Fortunatorum insulas] *Eumenius in Constantinum*, nec Hiberniam proximam, nec Thulem vltimam, nec ipsas (si quæ sunt) Fortunatorum insulas dignabatur acquirere, *&c. Horatius Epod.* XVI, beata Peramus arua, diuites & insulas, Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea, *& quæ sequuntur.*

34. ac necdum spoliatam.] *Arbitror germanum quod in* V *est*, nedum. *In* B C *lego*, ac non solum spol., *quod glossema & interpretamentum meis auribus. Gemina verò hæc Ciceronis ad Atticum* X *epist.* XVI *extrema*, Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste. *Quanquam ne inibi quidem explorata scriptura. nam ecce editum Manutio*, & non modò morbum rem. *Sed illo modo in optimis libris, homo diligens, Simon Bosius perspicuè offendit, & secundum eos equidem lubens dem, addictã. Atque hæc notatio est vocis qua de loquimur cùm præponitur, alia cùm postponitur. Quo positu tantundem est ac si dicas multominus. Seneca De beneficiis* VI *cap.* XXXVII, Ne in patrocinium quidem (nedum in gloriam) incendium extinxisse quod feceris reputatur. *Alij passim.*

amictum

amictum purpura] *Eadem, & iisdem pane verbis. Pacatus in* 26.
Theodosium, Tu amicitiam non solùm intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam solio recepisti.
qui paulo antè pecorum atque quadrupedum, &c.] *Insolens* 29.
lectio qua in V, pomorum ac quadrupedum. *Sed indubiè verum est quod* B C *referunt* pronorum ac quad *Ouidius*, Pronaque cùm spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit. *Sallustius Catilinar.*, veluti pecora, quæ Natura prona, atque ventri obedientia finxit. *Quod proximum est, digitum mihi intendere videtur in Constantij Imperatoris seculum, vt iniquus aduersum Philosophos, (quod iam dixit) ac mathematices qui & aliàs Vrbe, Italiaq; submoti à Principibus futurorum scientia metu, vt ex historiis clarum.*
quòd imperitia rudes, &c.] *Facilis emendatio*, quòd imperitiae rudes, &c. *vt in* C *est subaudi* ὑπάρχοντες. *Sed argutis adolescens qui Macrobium nuper vulgauit, reponiq; vult*, primum quòd illi peritia rudi, &c. *In quo calidè sibi placet. At ego eum habere sibi res suas ex animi sententia iubeo, & mecum tu Lector, sat scio.* pag. 238. 35
in amicis habetur, vltrò, &c.] *Auctiores libri nostri*, V B C in am. habetur. Qui in oratoria facultate, qui in scientia iuris ciuilis excellit, vltrò, &c. pag. 239. 11
& princeps veritas] *Non hoc assequor, ac ne veterem quidem scripturam, qua repræsentata mihi cum fide. Placet rescribi*, & maximi Principis securitas, *ac* virtutum *exponam*, bonorum & præditorum virtute, κατὰ μετωνυμίαν. *Æquè proximus quid agam nullus video, nec vel leuiter mentem elicio. In* V C *est*. Nunq̄. in an., *in* B Nunquam, *nihili ad sententiam momento. Legebam timidè, & citra praiudicium*, Num quis malignè de se suspicatum audiuit? *Sed tu adiuua-sis mi Lector, & si quid ad manum melius, imperti.* 20.
aliorum Imperatorum] *Domitianum notat, de quo adi Suetonium cap.* XI. 23.
in laceratis Galliæ prouinciis lapsus] *Quid hoc audio? Lapsus in Galliis Iulianus, hoc est,* ἔπταισεν? *At enimuero qua ibi ab eo contra Barbaros gesta fortiter ac feliciter Constantij, & factionum inuidiam conciuerunt, vt suprà dixit. Legam ego, haud sanè fidenter*, In laceratas Gall. prouincias. *Ait incidisse & incurrisse in Iulianum laceras ac deploratas Gallia prouincias, non consilio & sponte ab eo susceptas.* pag. 240. 6.
induit fatum] *Nihili & inepta lectio, sed ad verum mihi praiuit quod in* V *repperi*, fratrum. *Emendabam liquidò* fratrem, *id est, caritatem fraternam. erant enim inter se fratres patrueles* 20.

Con-

Constantius ac Iulianus, vt antè vidimus. Nunc ne dubites quisquis es Lector, ita disertim est in B.

23. meminit heredis] *Hoc est, fortuna sua, qui heres ei successorq́; esset, vt Pompeij heredem Cato Cæsarem apud Lucanum* IX *appellat*. O famuli turpes, domini post fata prioris Itis ad heredem? *Et alioqui* fama rumorq́ue loquebatur (*Verba sunt Ammiani è* XXI) interim Constantium voluntatem ordinasse postremam, in qua Iulianum scripsit heredem.

31. tanquam præceptus] *Id est præuentus. Virgilius*, Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi. *Spectantq́; huc illa Ausonij in Gratianum*, In officiis amicorum non dico paria reddis, anteuenis, & quoties te in obsequendo præcedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quàm in nobis esse deberet ab Imperatore præuentis.

pag. 241. 5. Poëtæ ferunt, &c.] *Statius Thebaid.* XI, Componit dextra victor concussa plagarum Iuppiter, & vultu cælumque diemque reducit. *Alij passim.*

18 Illa iactatio togarum, &c.] *Iactationis togarum notatæ non vna mihi ratio & occasio, hic præ lætitia, contrà Actor. Apostolicorum cap.* XXII. *vers.* 23. *in motu & indignatione. Ouidius Amor.* III *eleg.* II *ad studia Circi transtulit.* Fauimus ignauo. Sed cum reuocate Quirites, Et date iactatis vndique signa togis.

35. Consulatus prætextatis] Non est mihi dubium quin verum sit, prætextis. *Sed & Consularibus probem. medius enim inter Consules Iulianus.*

pag. 242. 12 præire pedes cœpit] *Ammianus* XXII, Allapso itaque Calendarum Ianuarium die, cum Mamertini & Neuitæ nomina suscepissent paginæ Consulares, humilior Princeps visus est in officio, pedibus gradiendo cum honoratis. Quod laudabant alij, quidam vt affectatum & vile carpebant.

16. ne inhonores cōtemnerent] *Non arbitror Latinum* inhonores. *Itaque legebam* inhonoros. *Hoc vult, Principes de quibus loquitur, ne inglorios aliquos & ignobiles contempsisse viderentur, in eos ipsos quos fastidirent honores contulisse, proba & liquida sententia. At adolescenti qui notas in Macrobium nuper conscripsit visum emendare*, ne in honores contenderent. *Quod equidem nullus capio, ipse viderit.*

pag. 243. 29 à iuuentute mea vigente &c.] *Itan' Mamertine? Iuuenis es, qui suprà dicebas*, à teneris annis ad hanc vsque canitiem Consulatus amore flagraui? *An* à iuuentute mea, *hoc est, à iuuenibus meis liberis? Nihil poterat aptius, aut magis verisimile, absque* B *fuisset. E quo notatum*, à viuente mea cui gente. *Perspicuè germanum*

germanum est, à viuente me ac vigente.

In referenda autem gratia] *Hac iam non imitata & efficta, sed penè transscripta è Ciceronina ad Quirites post reditum extrema.* 32.

IN XII.

ANtè trepidauerit] *Fatigauit me scripta lectio donec incidi in hac Seneca De beneficiis* VII. *cap* XIII, Etiam damnato reo oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte vsus est. *Vbi peruetusta membrana, quas doctissimus Car. Langius tractauit,* omni iure *exhibent. Quo exemplo hic quoque reposueram* iure, *idq́ nunc testificor liquidò mihi in* B *inuentum. Adeò hoc in genere quadam sub manu feliciter cadunt.* pag.245. 6.

his qui consilium tuum participant] *Totidem verbis & Mamertinus in Iulianum,* cunctos qui consilium tuum participant. *Intelligit qui Theodosio à consiliis.* 7.

atque hereditaria] *Arbitror germanum quod in* C *est*, atque adeò heredit. *Infrà*, cui excolendæ, atque adeò ditandæ impensius quàm ceteris gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit. *Rursum*, nominibus Antistites, reuera autem satellites, atque adeò carnifices. *Iterum*, Magno quidem (fateor) pectoribus humanis, atque adeò maximo lux amori est, *&c.* 20.

obseruat:que] *Bellè* obseruarique. *Idemq́ mendum tollo in Seneca patre procemio libri* I *Controuersiar.* Quædam verò, quæ obseruantia mihi & iam ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare, *&c. nam mihi liquet exploratè verum esse* obuersantia. 28.

timere quid video] *Probè* quod video *&* quod timeam, *sed nonanum constituta lectio. Rescribam fidenter,* timere quod video, video quod timeam. Quod video, *hoc est, auditorium hoc præsens.* Quod timeam, *scilicet veteres illos oratores qui dicturo obuersantur. Doctissimus Lipsius* cogito *immiserat, mihi* video *geminari places, errore in libris obuio.* 31.

obsequio interpretor impud.] *Non hoc mutem, non, & eundem virum doctissimum non audio, qui* obsequio interfero impud. *legit, nam* interpretor *est excuso, &* pro obsequio duco. pag. 246.10

tempus afficiam] *Sequor indubitatò* arripiam, *quod exemplis firmamus ad pag.* 134. 11. 33.

Sed placet replicare causas] *Egregiè* parcam replic. *Infrà,* parcam arcanum cæleste rimari. *In editione Parisiensi Franc. Balduini est,* Sed par causa replic., *indiciis veri manifestus. nam veteribus libris* cā *&* cam *valet, &* causa *Quod proximè est,* vulgus offend. *non ausim cum eodem Balduino in* vlcus *commutare* . *non enim* pag.247. 1.

enim, meo iudicio, ſatis Latinum eſt placatum vlcus, *& exemplum equidem deſiderem.*

8. aliorum vulnerum] *Perſpicuè rectum eſt* altorum. *Eumenius in Conſtantinum*, Quid faciam igitur vt tam profunda vulnera ſuſpenſa manu tractem? *Correximus & ſuprà* alta *pro* alia *pag.* 207. 20. *ſcriptura aquè obſequente. Minus expoſitum quod notatum mihi in Arnobio lib.* II, Quid ergo? vos ſoli ſapientiæ conditi atque intelligentiæ vi mera neſcio quid aliud videtis & profundum? *Equidem hic quoque* altum *reſcribam, & ſuſpicio mihi ſciolum quempiam litterarum* i *&* t *ſimilitudine deceptum, cùm* altum *legiſſet*, aliud *ſuffeciſſe.*

10. præſentiſſe] *In* C perſentiſſe *eſt*, *in* L perſcrutaſſe, *voces nihili, & à loquendi legibus aliena. Præiuit ad verum quod* V B *exhibent corruptè*, perſentiaſſe. *Vnde eruebam agrè nec ſine ſeria cura*, per ſententias iſte: *nam* ſẽtias *in exaratitiis libris* ſententias *valet. Lampridius Alexandro Seuero*, neque vllam conſtitutionem ſacrauit ſine XX iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientibus viris, iiſdemque diſertiſſimis, non minus L, & id quidem ita, vt iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur quid quiſque dixiſſet. *Franc. Modius* percenſuiſſe *legebat, quod mihi quidem non admodum probat. Tu vide-ſis, mi Lector.*

pag. 148 7. Meuania memoretur armento] *Ineptè, & contra omnem ſcripturam editum Balduino* Menauia, *Geographis auctoribus, vt ait. At Ptolemao ac Straboni* μηουανία *eſt. Lucanus* I, tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. *Silius* VI, ingentem paſcens Meuania campum Dona Ioui. *Propertius* IIII *eleg.* I, Quâ nebuloſa cauo rorat Meuania campo. *Paulo pòſt* aſſurgat *ποιητικώτερον dixit, vt Virgilius Georgic.* II, Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus.

11. ad quam tanti præſtet geſta, *&c.*] *Eadem in* C *lectio, niſi quod mox* quanti *exhibet pro* quam, *indubiè nullo ſenſu. Optimè* V B, ad-hoc tanti viri geſta prꝗſtet, *&c.* Ad-hoc, *id eſt, praterea. Auctor infrà*, gemmis ſericoque præbendo, ad-hoc triumphalibus belluis in tua eſſeda ſuggerendis, *&c. Frequens Plinio, Sex. Victori, aliis.*

pag. 149. 13 ſcire obuium eſt qua fuerit felic. præd. *&c.*] *Deeſt alterum membrum, quod in* C *repperi*, ſcire obu. eſt qua præditus fuerit virtute qui te docuit, qua fuerit felic. præd. *&c.* Qui te docuit, *hoc eſt, cui rudimenta & ſcientiam debes rei bellica, id eſt, pater. Infrà*, tu ita fortiter multa geſſiſti, vt ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Hannibal videre dum diſceret, ſed parentes atque inſtitutores eorum optaſſent facere dum docerent.

19. Fortunæ ſuæ par eſt] *Seneca pater procemio Controuerſiar. de Cicerone,*

Cicerone, Potui & illud ingenium quod solum populus Romanus par imperio suo habuit cognoscere.

dignum prius metatur hospitium] *Gemina Eumenius in Constantinum*, non frustrà enim doctissimi viri dicunt Naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, & ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse quantus illos cælestis spiritus intrarit habitator. 18.

sed patere eam in laudum tuar. *&c.*] *Franc. Balduinus* ea in laud. tuar *edidit, mihi liquet sincerum esse*, ea à me in laud. tuar. *Infrà quod de ætate Consulari, Prætoria, Aedilitia ait, (addo à me & Quæstoria) Paulus Manutius, aliíq; nonnulli seriò & cùm cura tractarunt, quos non exscribo.* pag. 250. 4.

comitiali lege] *Annalem capio, qua lata ab L. Villio, Tribuno pl., quot annos nati quemq; Magistratum peterent, caperentq;. Vnde familiæ cognomen inditum, vt Annales appellarentur. Auctor Liuius* XL. 16.

(illos Catulos, *&c.*] *Tetigit mihi autem quod in* V *offendi*, (si illos Cat. *&c. ac sub manu* (Sullas, Catulos, *&c. emendabam. Quod disertè* L C *pòst firmarunt. Tu adi Lector Valer. Maximum* VI *cap.* IX. *Asscribam & Ciceronis Pro M. Cœlio locum.* Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam recepisse, grauesque homines atque illustres fuisse. 21.

in tentoria Hispana] Hispana *pro* Hispania, *quod omnino nihili est, rescripsi ex autore ipso, vt mox ostendam, & de librorum omniū consensu, c excepto, inquo* Hispanica est. *Sed & in deleam ex* V B. *Infrà*, Vix tecta Hispana successeras. *Et* murum succedere *apud Tacitum legas.* pag. 251. 18.

ad quietem receptum] *Id est, ἀναχώρησις. Qua notatione tritum* receptui canere. 30.

oppida rure mutare] *Πεποιηκότως, & quod non temerè in hac scriptione vsurpes. Horatius*, Velox amœnum sæpè Lucretilem Mutat Lycæo Faunus. *Iterum*, Libros Panæti, & Socraticam domum Mutare loricis Iberis. *Alij passim.* pag. 252. 8.

aliqua te laborum, *&c.*] *An sic dictum vt* lata camporum, *& similia, quæ alibi collegimus? Probarem, sed in* C *est* aliqua re laborem, *&c. Vnde corrigam* aliqua te re laborem, *&c. Mox* cuiuscemodi, *nescio an non* cuiusquemodi *præstet. Macrobius Saturnal.* I *cap* VII, Saturno insertiones surculorum, pomorumque educationes, & cuiusquemodi fertilium tribuunt disciplinam. *sic enim lego, non* eiuscemodi. 19.

30. vestra natura est] Vestra, *hoc est, Deorum, in quis & tu Imperator. Franc. Balduino temerè & contra libros vulgatum,* illius nat.

pag. 253. 2. iam Istro prætendebaris] *Egregiè* prætendebas. *Vide ad pag.* 148. 17. *Infrà mox,* munerum numeros *perspicuè rectum est, & eundem virum doctum non audio, qui* munera numerorum *reposuit. nam ita dictum vt illud Plinij Panegyrico,* omnes comitatis numeros obibas. *Seneca pater,* Quid igitur? quæstio per omnes suos numeros implenda non est?

18. Nec dans spem] *Indubiè verum est* speciem, *ortusq; è compendiis error. nam* spē̃m *veteribus libris* speciem *valet. Corruptum & suprà* spem *pro* spē̃, *id est,* specie, *pag* 205. 4. *Infrà, vicissim* spem *pro* spē̃m, *hoc est,* speciem *castigamus. Quod proximè est,* Nec dans speciem, *dubium mihi & suspectum facit quod in* V *lego,* nec idas speciem, *in* C, ne dedisse speciem. *Neque hercule defugio quin Latinum sit* dare speciem, *id est,* ἔμφασιν ποιεῖν, *vt Quinctilianus dixit,* speciem hosti abeuntis exercitus dedit *sed arbitror germanum quod in* B *est,* Nec id ad speciem, *hoc est, simulato, & ad quendam prætextum.*

pag. 254. 8. mœnibus Augustus ornaret] *Non sollicito contra libros. Augustus apud Senecam, Ludo in mortem Claudij,* Ideo legibus Vrbem fundaui, operibus ornaui? *& quæ sequuntur. Notumq; eius apophthegma,* Romam lateritiam accepi, marmoream relinquo *Franc. Balduino* moribus *probatum pro* mœnibus *ex h* i*c Horatij ad Augustum,* Res Italas armis tuteris, moribus ornes.

23. publici parricidæ] *Clementem Maximum tangit, à quo Gratianus occisus. Quod inde est,* oblita fide, *scio excusari posse, & lucem accipere ex his Virgilij Æneid.* VI, quique arma secuti Impia, nec veriti dominorum fallere dextras, *sed mihi perplacet* cæde, *quod in* B C *est Iuuem ergo, & ampliùs, breui media rescribam,* obliti cæde, *id est, inquinati*

pag. 255. 25. Impendia Palatina minuendo] *Abit in alia omnia Zosimus Historiar.* IIII, *qui à Theodosio tantum impendiorum in mensam regiam ait inuectum, vt præ multitudine ciborum & lautitia populosæ coquorum ac pocillatorum cohortes sint institutæ. Non potuit dissimilius,* καὶ ἐξ ἐναντίας μᾶλλον, *qua fide, ipse viderit.*

33. modico & castrensi cibo] *Mamertinus in Iulianum,* gaudens castrensi cibo, ministro obuio, & poculo fortuito. *Asseribam commentarij vicem Aelij Spartiani locum Hadriano,* cibis etiam castrensibus (inquit) in propatulo libenter vtens, hoc est, larido, caseo, & posca, exemplo Scipionis Aemiliani, & Metelli, & auctoris sui Traiani.

non

non sapore, sed sumptu æstimantes] *Columella præfat. De hortorum cultu*, Mox cùm sequens. *&* præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, cænæque non naturalibus desideriis, sed censibus æstimentur, plebeia paupertas submota ab pretiosioribus cibis ad vulgares compellitur. *Seneca Consolatione ad Heluiam cap.* IX. O miserabiles quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur, pretiosos autem non eximius sapor, aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit! *& inibi in eandem sententiam plura.* pag. 256. 10

cuiusdam certò Principis] *Verisimile mihi est Imperatorem Vitellium denotari, de quo hæc Suetonij sunt cap.* XIII, Nec cuiquam minus singuli apparatus quadringentis millibus nummûm constiterunt. *Sed impedita quæ proximè sequuntur, & (ampliùs) falsi se ipsa manifestè conuincunt quid enim? tantundem sunt sestertium millies & Equestre patrimonium? Ne in somniis quidem. Et ecce de Equestri censu clarè Iuuenalis*, effice summam Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis. Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum, Sume duos Equites, fac tertia quadringenta. *Horatius*, Si quadringentis sex, septem millia desunt, Est animus tibi, sunt mores, est vita, fidesque, Plebs eris. *Iterum Iuuenalis*, Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis, Et melior Fatis donaret homuncio, quantus Ex nihilo fieres! *Plinius epist.* XIX *libri* I, Esse autem tibi centum millium censum satis indicat quòd apud nos Decurio es. Igitur vt te non Decurione solùm, verum etiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis facultates CCC millia nummûm. *Pluribus, quæ ad manum, testimoniis in re minimè dubia supersedeo, & incredibilem summam, quæ nostratis moneta coronatorum milliones (vt vocamus) duos ac dimidiatum conficit, ad fidem reduco. fidensque lego* sestertiis CD, *hoc est*, quadringentis, *haud paulo tolerabiliore impensa, denûm millium coronatorum. Scio hunc ipsum quo de loquimur Vitellium, ac Caium Cæsarem, & pòst Elagabalum profusiùs cenasse. sed de ferculis hîc, non iustis prandiis, cenisúe sermo. Nec me præterit Hadrianum Iuniū Animaduersor.* IIII *cap* IX. sestertius mille *emendare, (& habet sanè qui se sequantur) sed non hercule video vt ea summa cum Equestri patrimonio consentiat, quæ perspicuè alterum tantum, ac dimidiatum ampliùs reddit. Itaque opinionem non muto. Quod paulo ante est de infami dilectu. id hactenus mihi non lectum in historiis, non auditum. Tu obserua- sis quisquis es Lector.* 18.

blandissimè iubetur exemplo] *Theodosius præceptis ad Honorium filium apud Claudianum De* IIII *Honorij Consulatu*, 26.

In commune iubes si quid censésque tenendum, Primus iussa subi. tunc obseruantior æqui Fit populus, nec ferre negat, cùm viderit ipsum Auctorem parere sibi. Componitur orbis Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent quàm vita regentis.

pag. 257. 7. vel exceptos habeas] *Probè acceptos, id est, Fato (vt iam dixerat) oblatos. Patet ex his proximè*, & illi meruerunt teneri. Repertos *intellige iudicio quæsitos.*

11. nec Palariis digna] *Seneca De beneficiis* VI, *cap.* XXXIII, Nescis quantum sit pretium amicitiæ si non intelligis multum te ei daturum cui dederis amicum, rem non domibus tantùm, sed sæculis raram, quæ non alibi magis deest quàm vbi creditur abundare. *Mox* promiserint *sequor, non* promiserit, *& de Imperatoribus accipio, in quibus aut facilius repertum iri liberalitatis quàm fidei & amicitiæ exempla.*

pag. 258. 35 Quod conscientiæ tuæ sufficit] *Eumenius in Constantinum*, sibi imputet quisquis vti noluit beneficio tuo, nec se dignum vita iudicauit, cùm per te liceret vt viueret, tu (quod sufficit conscientiæ tuæ) etiam non merentibus pepercisti. *Paulo pòst* tamen *rectè scribitur non* tu, *aut* tum, *quorum vtrumque ab errore est qui è compendiis profectus. nam* in *librariis* tamen *est.*

pag. 259 9. memoriam conuenimus] *Infrà*, Agedum, si videtur, præteritas cogitationes tuas consule, & vota conueni. *Minutius Felix Octauio*, Illum iam velim conuenire qui initiari nos dicit, aut credit de cæde infantis & sanguine. *Nonius interpellare exponit.*

15. Hortensio. Lucullione, vel Cæsari] *Hortensij memoriam laudant Cicero Bruto, & extremo De oratore* III, *Seneca pater procemio libri* I. *Controuersiar.*, *Luculli idem Cicero Lucullo, Tusculana* I, *& De oratore* III. *De Cæsare adi Plinium* VII *cap.* XXV.

20. assistere Fata cum tabulis] *Pertinent huc Euripidis versus Menalippa, qui apud Stobæum Eclogis Physicis extāt sermone* VII, Δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς Πτεροῖσι, Κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς Γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν Θνητοῖς
f. ὁ πᾶς ἂν δικάζειν; Οὐδ' * ἁπωσοῦν οὐρανὸς Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας Ἐξαρκέσειεν, οὐδ' ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν Πέμπειν ἑκάστῳ
f. 'στιν ζημίαν. Ἀλλ' ἡ δίκη Ἐνταῦθά που * ἐστὶν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ', ὁρᾶν. Scelera putatis alite in cælum fuga Librata ceris quamlibet capacibus Iouis inarari, queis Deûm inspectis sator Merita rependat? Omne nec cælum (reor) Sat innotandis patuerit nefariis, Nec ipse lustrans arbiter suffecerit Pœnis nocentum Iuppiter. Sed indidem Iuxtà in propinquo est pœna, sultis, cernere. *Propius de Fatis testimonium nunc quidē non est ad manum.*

pietatis

pietatis nouissimæ mater] *Valer. Maximum lege* IX. *cap.* XII, pag. 160. 1.
Plinium VII. *cap.* LIII. *Agellium* III. *cap.* XV. *De eadem* (*vt puto*) *hac incerti apud Senecam patrem Controu.* I. *lib.* VIII, Fertur quædam visu contra spem filio expirasse. *Mox cùm ait*, conscius cælestis arcani *&c. vult* (*opinor*) *Principem suum homine relicto Deum quendam in terris agere, compotemq; cælestium, & quæ propria Deorum, supra Naturam euasisse, καὶ τῶν φ νεικῶν ἄνω γενέσθαι, nouo inuento genere liberalitatis, quo tempus retraheret quod Natura subduxerat. Pudet tam proiectæ adulationis in Christiano Principe, qualis & superior illa*, maiestatis tuæ participi Deo.

semper pertæsum est.] *Suspecta mihi & insuauis tam vicina eiusdem vocis semper repetitio. Itaque hic delebam, ac fidentiùs adeò è carta, quam exhibemus, scriptura. Quã equidem non sum nescius τῷ τῶν συγγράφοντων valere* semper, *sed iteratam vitio putaui ab extrema antè littera, & primore pòst syllaba* (*nam profectò p ad longum per est, vt alibi monemus*) *coniectura vt tum videbatur, minimè pænitenda. Nunc testificor in* B *exertè hic abesse. Statim*, ipsum illum Tarquinium, *placet vtrumque pronomen, vt infrà*, ipse ille rex eius, dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem. *Iterum*, vt decertaturus cum ipso illo Hannibale videreris. *Rursum*, ipsum illum vexillatium sacrilegæ factionis auidis gurgitibus absorbuit. 29.

vocauerunt Superbum.] *Aliter hoc agnomen quàm hic noster premit Cicero Philippica* III. *Verba hæc sunt*, Atque ille quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus est habitus, & dictus. Quod nos vitium in priuatis sæpè tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. *Infrà* petitorum comitate *rectè legitur, & temerè Balduinus* Prætorum *edidit. Graphicè de candidatis Mamertinus in Iulianum*, tributim homines, atque etiam singuli salutandi, prensandæ obuiorum manus, omnibus arridendum, non solùm cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda. *Plura, vt iure nota & perspicua, non addo.* pag. 116. 2.

vt sui Numinis consc.] *Locus hic diu multumq; frustra me fatigauit, sed praiuit ad verum scripta lectio. Vnde eruebam* (*vt mihi videor*) *bellè*, nisi Numinis. *Ait consultorem qui repulsam meruerit hoc saltem solatij referre, aspectum Numinis. Mox* aliud secretum *non ausim damnare, & aliud pro alterum dixerit; quod Græci ἕτερος, vt* aliud cælum *Statio est templum Flauium Siluar.* V, *A bascantij in Priscillam pietate*, inque alio posuit sua sidera cælo. *nam sua sidera suos appellat, iam consecratos & diuos, Vespasianum patrem, Titum fratrem, Iuliam* 32.

 sororem,

sororem, filium ex Domitia. Proximè solitudo prouisa, *id est, quæsita & captata, quod Domitiano studium. Suetonius cap.* XVIII, *Plinius Panegyrico.*

pag. 262. 13 cum vicinum habeant permissa fastidium] *Iuuenalis,* Voluptates commendat rarior vsus.

33. receptos ad seruitium Gotthos] *Non suspecto, & quod in* B *est,* receptum seruitum Gotthos, *id equidem non video qui excusem. Saltem legeretur* receptos seruitum. *Paulo pòst vbi est,* arcus esse fug., *scripta lectio præfert* arcus etiam fug. *Quæ varietas (opinor) orta è compendiis. valdè enim inter se vicina* cē *&* eē, *quorum illud notariis* esse, *hoc* etiam *valet. Sed quis idoneus testis Albani in fuga arcus metuendos, quod abusum de Partho? Itaque è vestigiis certa scripturæ haud temerè emendem,* arcus te fug. Albani.

pag. 263. 9. dedignatus antea confit. hominem] *Gemina hæc Mamertini in Maximianum A*, rex ille Persarum, numquam se antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat, *& quæ sequuntur.*

24. effracto Cn. Lent. ludo] *Sequor* effracto, *& indubiè frustra est vetus lectio. Apud auctorem quoque incertum Panegyrici in Pisonem, quem Lucano asserit Hadrianus Iunius (meo animo) haud nimium certò, vbi vulgatur,* Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra, *itidem* effracta *fidens legerim.* Mirmillonum agmen *gladiatores vocat; à specie genus, quos cum Crixi & Oenomao Spartacus armauit. Appianus Bellorum ciuil.* I, *L. Florus, Themistius Sermone* IX, *alij.*

31. exulem suum] *Nam genere Hispanus erat, & Theodosij Principis in Britannia commilito. Auctor Zosimus. Infrà,* se orbis extorrem, patriæque fugitiuum.

35. contra remp. fuerat armatum] *Hiulca hæc, & verbis aliquot defecta, quæ in* BC *offendi. Sic igitur est in iis,* contra remp. foret versum quidquid pro rep. fuerat arm., *egregiè.*

pag. 264. 23 victoriam Maximi, interitum Gratiani] *Ecce apertè intra Gallias & victus Gratianus, & cæsus. Prosper Chronico hoc amplius ait, superatum in Parisiis. Lugduni interfectum idem Prosper, Cassiodorus, Marcellinus Comes prodiderunt. Vt vehementer Zosimū mirer, qui equitatu Maurusio primùm, deinde ceteris paulatim desciscentibus ad hostem; rebus suis diffisum cum trecentis equitibus per Alpes, quæ tum incustoditæ, in superiorem Mysiam fuga euasisse, ibiq; Sigiduni in transitu pontis ab Andragathio Comite, qui cum expeditis insequi iussus, comprehensum, & occisum refert. Nobis id scriptori ceteroqui non indiligenti excidisse. Quamquam & alibi in historia lapsus.*

Tyran-

Tyrannidem ille non vidit, hic tyrannicid. vidit] *Manifestè* 19.
præter vsum, & pædagogorum præcepta ille *ad propius*, hic *ad remotius iunxit, quod ferè classicu neglectum. Ouidius*, Rettulit & ferro Rhesumq́ue Dolonaque cęsos, Vtq́ue sit hic somno proditus, ille dolo. *Alij passim, quos non adduco. Auctor iterum*, Magno quidem (fateor) pectoribus humanis, atque adeò maximo lux amori, interitus horrori est, sed quatenus aut ista optari potest, aut ille vitari. *Temerè ergo Franc. Balduinus contra omnes libros, & auctoris ipsius exemplum immutauit.*

ablata alus sibi reddit] *Non video quid in his verbis desiderem*, pag. 186. 4.
& tamen abl. aliis vt sibi redd. *est in* V B. *Quod ingenuè non expedio, fidei nihilominus causa, & quia meritò summa apud me est vtriusque codicis auctoritas, preponendum putaui, si quid erui fortasse queat. non enim omnia omnes possumus.*

vna & perpetua via] *A Cicerone est in L. Pisonem. Verba exscripsi ad pag.* 187. 16. *Auctor rursum.* Hic perpetuum victis abitum, ille victoribus crebrum optabat aduentum. *Infrà mox* Principum *sequor, non* ciuium, *neque profectò ciuium, proinde vt Principum, vel leuissimè defensio est auferre donanda quia legibus deni pœnas. Contrà* Principum *pro* ciuium *emendamus pag.* 63. 7. 19.

quod nullus aditurus sit] *Perspicuè rectum est* habiturus. *Suprà* 21.
aditu *pro* habitu *rescriptum pag.* 239. 34. *In epistola quoque Sabiniana Paridis ad Oenonem, quæ Ouidianæ respondet, vbi vulgatum est*, Iam dolet & Mauors, terras vtroque relinquit. Prætulit Anchisen hinc abitura suum, *olim benè mihi correctum*, huic habitura. *Sermo est de Venere.*

preter insitum pess. cuique boni exempli] *falsa, & nihili senten-* pag. 267. 4.
tia, quam amabam, & ante inspectos codices legebam, pess. cuique odium boni exempli. *Et ecce disertè est in* C. pess. c. b. exempli odiū. *In quo acquiescamus sanè nāquod* V *exhibet*, cuius *pro* cuique, *æquè ad sensum nauci est. Tentabam tamen, & mutatione parua scribebam*, præter inuisum pess. cuius cuius boni exemplum. Boni, *id est, virtutis. Tu dispice mi Lector.*

stilos timeretur] *Hoc est, proscriptiones. Suprà*, Quid ego refe- 18.
ram vacuatas municipibus suis ciuitates, impletas fugitiuis nobilibus solitudines, *& quæ sequuntur.*

post amplissimos magistratus] *Consulem bis inuenio, primùm* 24.
cum Flauio Gratiano A. IIII, *A. V. C.* MCXXVIII, *iterum sexennio pòst cum Flauio Saturnino, qui hic Vallio est. Quo anno exantè diem* VIII. KL. *Septembres Gratianus occisus est, vt Marcellinus Comes tradidit. Cassiodorus & Prosper in proximos Consules, Ricimerem & Clearchum, reijciunt.*

pag. 268. 2. non parcè sæuitum] *Abest* V B *negatio. Itaque Franc. Modius* pace sæuitum *diuinabat, quod non improbo.*

4. clari vatis matrona] *Ineptè* B clarinatis, C claritatis, R Clariuatis *præferunt nam Delphidium Rhetorem significat, de quo Ausonius, Professoribus Cui Euchrotia vxor, Procula filia, vtraque Priscilliano, Gnostico, familiaris. Adi Sulpicium Seuerum Sacra historia* II.

6. mulieri viduæ] *Iam enim decesserat maritus. Ausonius de Delphidio,* Minus malorum munere expertus Dei, Medio quòd æui raptus es, Errore quòd non deuiantis filiæ, Pœnaque læsus coniugis. *Proximè* nimiam religionem *Priscillianismum, & impiam Gnosticorum hæresim vocat. Infrà iterum,* impio religionis iniuria. *Lege omnino Sulpicium Seuerum.*

7. Quid hoc maius pot. intendere, &c.] *Retineo* maius, *scilicet ad laudem matronæ. Piget toties, & tam acerbè inculcari Priscillianismi in egregio oratore. Mox* antistites *Idacium & Ithacium intellige, qui pòst huius ipsius accusationis inuidia ab Episcopis communione sunt multati.*

16. damnatorum frena] *Non expedio quæ hæc* frena, *& audacter* funera *repono, id est, cadauera. Infrà,* tegit totos strages vna campos, continuisque funeribus cuncta latè operiuntur. Damnatorum *dixit ex vero, non oratoriè, & ad inuidiam. In iis Priscillianus, Latronianus, Euchrotia, alij non pauci. Ex eodem Seuero.*

26. ius feriale] *Maximum refert Zosimus traducto ad se imperio cæde Gratiani Constantinopolim misisse, qui fœdus cum Theodosio, belliq; contra hostes omnino nominis Romani societatem coirent, ac, ni acquiesset, inimicitias & arma edicerent; illum in præsens furioso & Augusti appellationem, & imaginum ius dedisse, ac præferocem palàm officiis & omni assentatione captasse, cùm interea bellum clàm appararet. Hoc est (opinor) ius feriale quod hic commemorat. Id à Maximo est violatum, cùm Valentiniano fugato expeditionem in Theodosium suscepit, quod ciuilis latrocinij tertium vexillum auctor nominat.*

28. primi sceleris] *Occupati per cædem imperij, vt iam dixi. Quo perpetrato Maximus arma in Valentinianum conuertit, deceptoq; Domnino, per Alpes, quæ tum simulatione pacis incustodita, Aquileiam mouit, & imparatum Principem regno exuit. Lege accuratè apud eundem Zosimum. Atque hoc illud est secundum latrocinium, vt mox sequitur.*

pag. 269. 5. ruere inferum] *Facilis emendatio* in ferrum. *Mamertinus in Iulianum,* qui propter cæcam imperandi cupidinem in ferrum ruerunt. *Itaq; miseret me Franc. Balduini, cui* ruere in infernum

infeli-

infeliciter rescriptum. Adeò non vbique perspicaces & oculatisumus.

flagra in aciem detulerunt] *Herodotum historiæ huius auctorem Themistius laudat sermone* IX, τέως δὲ ἠπίστουν ἐγὼ Ἡροδότῳ τῷ συγγραφεῖ τοὺς ἀποστάντας οἰκέτας Σκυθῶν ὑποκύψαι μετὰ τῶν ὅπλων δίχα σιδήρου τοῖς δεσπόταις ἐπιφανεῖσιν. Ac enimuero adhuc Herodoto scriptori fidem non habebam, Scytharum seruos qui desciuerant armatos heris inermibus visis succidisse. *Tu Herodotum adi initio Melpomenes, & Iustinũ libro Historiar. à Trogo* II. *Claudianus extremo in Eutropium* I, Vt Scytha post multos rediens exercitus annos, Cùm sibi seruilis pro finibus obuia pubes Staret, & arceret dominos tellure reuersos, Armatam ostensis aciem fudere flagellis. Notus ab inceptis ignobile reppulit horor Vulgus, & obductus sub verbere torpuit ensis. 11.

negligentissimus vernula] *In constanter est in nostris, suspicor tamen voluisse dicere* neglectissimus. *Mox* seruilium *abest* *a plagio, vt apparet. Sed nescio equidem an hoc satis ex fide proditum. Certè parcius aliquanto* armigerum lixam *Ausonius appellat, Claris vrbibus sic enim ait de Aquileia*, Mœnibus, & portu celeberrima. Sed magis illud Eminet, extremo quòd te sub tempore legit, Solueret exacto cui iusta piacula bello, Maximus armigeri quondam sub nomine lixæ. *Sulpicius quidem Seuerus Dialogo* II *cap.* VII, Maximus (*inquit*) Imperator remp. gubernabat, vir omni vitæ merito prædicandus, si ei vel diadema non legitimè tumultuante milite impositum repudiare, vel armis ciuilibus abstinere licuisset. Sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri. 17.

se orbis extorrem] *Nam in Britannis per tumultum imperium capessierat. Itaque* Rutupinum latronem *idem eruditus poëta nominat*, Felix quæ, tanti spectatrix læta triumphi, Punisti Ausonio Rutupinum Marte latronem. *Geminum verò huic quod suprà ait*, cum regali habitu exulem suum illi exules orbis induerent. *Virgilius*, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. 23.

populis Barbarorum] *Quibus nimio plus addictum fuisse Theodosium è Zosimo obseruo. Lege quæ de Gerontij ob cædem Barbarorum qui Tomos prætendebant periculo narrat, & Protingis (f. Grutungis) à Promoto Istri transitu prohibitis. Proximè* vouentibus *retinea è libris, non* volentibus, *quod Franc. Balduinus substituit. Tu vide quæ ad pag.* 98. 16. *notamus.* pag 270. 15

altrinsecus conferamus] *Valet (arbitror) vtrimque. Suprà*, Mihi verò ij omnes quibus altrinsecus iactur æstus diu antè meditati, longeque prospecti sunt. *Clarè in eum sensum* pag. 117. 13

Ammianus Marcellinus xxv, Quo ignobili decreto firmato, ne quid committeretur per inducias contrarium pactis, obsidatus specie viri celebres altrinsecus dantur, Neuita & Victor ex parte nostrorum, ex parte verò diuersa Bineses, tresque alij satrapæ non obscuri. *Trebellius Pollio Gallienis*, Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. *Auctor fragmenti ad Chalcidium Grãmaticum De prisco sermone, qui vulgò est Fulgentius.* Bæbius (*inquit*) Macer, qui fastos dies scripsit, ait

f. gemina Iunoni eas quæ *geminas parerent oues sacrificari cum duobus agnis attrinsecus alligatis! Quas oues ambegnas vocari quasi ex vtrique parte agnos habentes.

25. longum iter sub armorum fasce carpentes] *Manifestè expressum è Virgilio Georgic.* III, patris acer Romanus in armis Iniusto sub fasce viam cùm carpit, *& qua sequuntur.*

35. pulcherrimus amne conflictus] *Mendum est apertè, & variant libri. In* v *lego*, pulcherrimus aue onfl., *in* B pulcherrimis aue, *neutrum sincerè. Palmaria lectio qua in* C, pulcherrimi Sauæ. *Scilicet* Saua *est auctori qui aliis* Sauus, *&* hauæ conflictum *pugnam accipe qua in traiectu amnis Saua commissa. Cuius testem & conscium ait Siscian, ad quam haud dubiè is conflictus. Sectionem ergo qua post* Fiscia *dele. nam profectò testis ad emphasin geminauit.* Siscia *denique, non* Fiscia, *aut* Sciscia, *aut* Syscia, *scribe è vetere inscriptione, quam Smetius refert pag.* XC. 13.

C. VALERIVS C. F
FLAVIA. SPECTATVS
SISCIA. MIL. COH
VIII. PR. Z VOCONI
MIL. ANN. VI. VIX
ANN. XXIIII. H. F. C

pag. 272. 31. excellentiorem operam] *Perspicuè verum est* exertiorem, *hoc est*, προφανεστέραν. *Eandem vocem restituo & Statio Siluar.* v. *Protreptico ad Crispinum*, quod tempus amicum Fraudibus, exerto quænam bona tempora bello, *id est, aperto Marti: Ineptè editur* extorto. *Apud Agelliũ quoque* x. *cap.* XXIIII *in* C. *Matij mimiambis scripserim*, Nuper die quarto, vt recordor exerte, Aquariu vrceũ, *&c. pro* recordor & certè *quod editiones referunt.*

pag. 273. 27. telaque homines.] *Otiosa* q; *coniunctio, & obscura vetus lectio. Sed eruebam sub manu (absit inuidia) feliciter*, tela, equi, homines, *quo nihil verius.*

hac

hac mora] *Praferam* Hæmona, *ex quo corruptum quod in* B *est*, Hacinona. *Vrbs subiacens Alpibus, vt mox sequitur, Aquileiam Siscia tendenti in itinere. Quam à Maximino, & ipso in Italiam mouente, vacuam desertamq́; inuentam Capitolinus refert Maximinis Omnino confer locum. Meminit iterum Maximino iuniore. Sed* Narona *substitutum Rhenano, (meo animo) parum circumspectè, qui exercitum properantem*, vt spatio lucis vnius Illyrico continuaret Aquileiam, (*Verba sunt aucto-ris*) *longissimo tractu retrongat in imū panè Illyricum. Adi tabulas tui Lector, & omnem hunc terrarum situm explora.* pag. 174. 12

in speculo frontium] *Vult speculum quoddam animorum esse frontes, &* in speculo frontium *valet in frontibus tanquam speculo. Tibullus*, Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa, Difficile est tristi fingere mente iocum. *Erratum veteribus libris quod indignor, quorum in* V fottium, *in* B fonnum *est, vtrumque ineptè.* 19.

aulæis tardantes plateas] *Citra controuersiam probum* vndantes. *Virgilius Georgic.* II, Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum. *Mox turbam domorum, insulsa & insolens translatio. Conieceram* bonorum, *nunc librorum omnium consentiente scriptura apposui asteriscum, valdéq́; suspicor de hiatu.* pag. 175. 32

ipsos viæ implicabat errores] *Non hac ad stomachum meum. Emendem* ipso se viæ implic. errore. *Addicunt clarè quæ sequuntur. Lucanus* VIII, Cornipedem exhaustum cursu stimulisque negantem Magnus agens, incerta fugæ vestigia turbat, Implicitasque errore vias. 14.

Vt quem viribus, &c.] *Dialogismus quidam secum Maximi est, breuis & acutus, ac subobscurus, vt antè quidem legebatur. Nos lucem ei à distinctione dedimus. In* C *est*, aut quem vir., *à minuscula, ineptè. sibi ipse enim respondet κατὰ ὑποφορὰν, Scilicet quem viribus totis, &c. Statim obseruabo haud scio an non sincerius, id est, ἀφελῶς. Statius Siluar.* IIII *ad Marcellum*, Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes, Aut Rheni populos, aut nigræ litora Thules, Aut Istrum seruare latus. 18.

germana illa pict. &c.] *Sentis (credo) pictores & poëtas geminos quosdam ac germanos esse. Frustra est ergo Franc. Balduinus, qui* ingeniosa *subdidit citra codices.* pag. 176. 3

nunciasse victoriam] *Clarè ad historiam hanc Cicero* De *natura Deor.* II, *Plutarchus Æmilio, Valer. Maximus* I. *cap. vltimo, Minutius Felix Octauio, Lactantius Institut.* II *cap.* VIII. 26.

partita sum militem] *Suprà*, Tunc copias tuas trifariam diuidis, vt & hostis audaciam multiplicato terrore percelleres, & pag. 177. 22

fugam

fugam circumfusus ambires. *Proximè tenere nihili, & ineptum ad sententiam. Corrigebam referre, litteris quà inuersis, quà leuiter, & in vicinas commutatis. Tu mi Lector, si melius quid habes, imperti.*

26. quam tecimus] *Geminum illi vulgato*, Sapientem sibi ipsum Fortunam moliri & fingere.

pag.278. 16 non rimentur extrema] *Mortem intelligit, quæ vltima rerum linea, vt infrà*, certo extremorum leuior videri debuit voluntarius quàm coactus interitus. *Franc. Balduinus temerè externa edidit.*

21. fortunis paciscentes] *Præclarè* fortius pac. *Sed audi fabulam, & ride. Asscripserat margini Rhenanus*, vel fortunis. *Is in contextum idem quem proximè dixi admisit. Hominem credulum! Ego verò vtrumque res suas sibi habere iubeo, & mecum cuicumque cor salit.*

25. vltra spem timuit] *Perspicuè rectum* vltra spem, *hoc est, nulla reliqua spe. Pulchrè Seneca Troadibus*, Miserrimum est timere cùm speres nihil.

pag 280.16 nisi se auctoramenti tui finxisset auctorem] *Non hæc assequor, ac ne sana quidem sunt, opinor. In B est*, nisi tui se auctoram. finxissent auct., *meo animo, partim ad verum propius. Quod eruebam sub manu*, nisi sui te auctoram. finxisset auct., sui *inquam, &* finxisset, *non* tui *&* finxissent. *De Maximo sermo, qui apud militem se vt à Theodosio velut auctoratus ferebat. Est que* auctoramentum *hic αὐθεντία & imperium, planeque ei geminum est quod præcessit*, fauoris. *Adi quæ è Zosimo suprà scripsimus ad pag.* 268.26.

pag.281.19 auulsum humeris Max. caput] *Manifestè à Virgilio sunt, qui de Priamo ait Æneid.* II, Iacet ingens litore truncus, Auulsúmque humeris caput,& sine nomine corpus.

pag.282.18 Sullam tua clade felicem] *Incertus poëta apud Suetonium Tiberio cap.* LIX, Aspice felicem sibi, non tibi Romule Sullam, Et Marium (si vis) aspice, sed reducem.

28. Cannis Collina feralior] *Seneca De beneficiis* V *cap.* XVI, Ingratus L. Sulla, qui cùm à Prænestina arce vsque ad Collinam portam per sanguinem humanum incessisset, alia edidit in Vrbe prælia, alias cædes. *Velleium lege Histor.* II.

pag.283. 1. cui decernere posses triumphum] *Valerij Maximi è cap.* VIII *libri* II *uerba commentarij vicem asscribam.* Verùm quamuis quis præclaras res maximeque vtiles reip. ciuili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est, neque aut curru, aut ouans triumphauit, quia vt necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatæ victoriæ sunt, vtpote non externo, sed dome-

domeſtico partæ cruore. *Doctéq; Lucanus*, Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis Auſoniis, vmbraque erraret Craſſus inulta; Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Romæ geſta ſunt, qualem, *&c.*] *Quædam hic deficiunt, quæ in vno* c *inueni. Ex eo ſcribe*, geſta ſunt, & geruntur, ingeniis permittenda Romanis ſunt, qualem, *&c. Quo in* [illegible] *cum Deo deſino. Tu aue Lector, & faue.* 11.

FINIS.

APPROBATIO.

Veteres hi XII. Panegyrici cum eruditis ad eoſdem Notis, vt apprimè vtiles ac neceſſarij ad illorum temporum hiſtoriam, magno cum ſtudioſorum fructu excudentur. Datum Antuerpiæ pridie Id. Maij. Anno M. D. XCVIII.

Siluester Pardo, S. Theol. Licentiatus, Cathedralis Eccleſiæ Antuerp. Canonicus, Librorumq; Cenſor.

Svmma Privilegii Regii.

PHilippvs Dei gratia Hiſpaniarum, &c. Rex Catholicus, diplomate ſuo ſanxit: ne quis citra voluntatem Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis, XII. *Panegyricos veteres, quos D. Ioannes Livineius recenſuit ac notis illuſtrauit* vllo modo intra octennium imprimat, aut alibi impreſſos, in ſuas ditiones importet venal'éſue habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna multabitur. Vti latiùs patet in litteris, datis Bruxellæ III. Iunij. M.D.XCVIII.

Signat.

Facuvvez.